HOMERI

POETARVM PRINCIPIS ODYSSEAE LIBRI XXIIII.

Raphaele Volaterrano interprete, cum Ausonij Poëtæ argumentis.

HOMERI

Βατραχομυομαχία, id est, Ranarum & Murium pugna, ALDO *Ma. Ro. interprete, ad uerbum ferè tralata.*

HOMERI

Hymni Deorum XXXII. *Iodoco Velareo Verbrokano fideliß. interprete, hactenus neq; unquàm uersi neq; latine excusi.*

HOMERI

Vita, per Dionem Philosophum, eodem Iodoco interprete.

1528

AVSONII POETÆ, IN PRIMUM *Odyssea Librum, Argumentum.*

DIC mihi musa virum captæ post mœnia Troiæ.
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

¶ Minerua in Ithacam Ioue ita volente descẽdit, Mentorisq; Taphiorũ regis ducis sumit effigiem, suasura Telemacho, vt ad Nestorẽ Menelaumq; festinet, qui recens domũ regressi, certi aliquid de Vlysse nouissent. Tũc Phemius citharista adhibitus cõuiuio procorũ, inchoat flebilẽ cantilenã nauigationis improsperæ, quæ profectos ab Ilio Græcos diuersis sparsit exilijs: quẽ Penelope digressa chalcidico argumento tã miserabilis offensa materiæ, vt alia cõcinat adhortat.

ODYSSEAE

HOMERI PER RAPHAELEM VOLETERRANVM CONVERSAE LIBER PRIMVS.

DIC mihi musa uirum, captæ post tempora Troiæ.
Qui mores hominum multorum uidit & urbes.
Multa quoq; & ponto passus dũ naufragus errat:
Vt sibi, tum socijs uitam seruaret in alto.
Non tamen hos cupiens fato depromsit acerbo,
Ob scelus admissum extinctos, ausumq; malignum:
Qui fame compulsi solis rapuere iuuencos.
Stulti, ex quo reditum ad patrias Deus abstulit oras.
Horum itaq; exitium memora mihi musa canenti.

Omnes igitur Græci qui ex bello primũ, deinde ex maris naufragio superstites, duram sortem uitauere, domi iam erant: solum Vlyssem reditu cõiugeq; carentem, nympha dia Calypso uirum habere cupiens, in caua spelunca retinebat. Cũ uero tempus uenit voluentibus annis, hunc Parcæ redire domum atq; Ithacam decreuere, ubi tamen unà cum sibi delectis certamina fugiturus non erat. Quamobrem Dij omnes eius fatum miserati præter Neptunnũ fuere. Is ei longo tẽpore infensus, reditum uotumq; negabat: tunc uero ad Æthiopas procul existentes secesserat. Hi nãq; extremi boĩm sunt, bifariã diuisi, Hesperij quidem alij, alij orientales: hic ille & taurorum & agnorum hecatõba cultus conuiuijs aderat lætus. At reliqui Dij Iouis in excelsis ædibus cõuenere: inter quos ipse pater deũ atq; boĩm Iuppiter Ægisthi casus ab Oreste interfecti reminiscens, sic est exorsus:

Iouis uerba in Deorum concilio.

O facinus: mortale genus nos numina primum
Incusat, causamq; putat, fontemq; malorum
Quæ ueniunt: sua sed pereunt ob facta nefanda,
Cum præter fatum sibi sponte incõmoda quærant.

Sicuti nunc Ægisthus Atridæ coniuge potitur, ab eo in reditu trucidati: quanquã exitij sui nõ ignarus: nam Mercuriũ eum monitũ misimus ut à matrimonio huiuscemodi pariter & à uiri cæde abstineret: quoniã Orestes quàm primum pubesceret, & amore terræ patriæ caperetur, statim ulturus esset. Hoc nuntio Mercurius minime profecit, neq; illius animum quanquã

sapiens mutauit. Nunc uero ille cumulatissime pœnas omniũ dedit. Cui Minerua: O pater (inquit) summe, nempe ille merito interijt exitio, quod utinã sortiatur quicunq; talia perpetrabit.

Sed me sollicitat miseri nunc casus Vlyssis,
Qui procul à patria magnos iam sustinet æstus. Minerua p Vlysse intercedit.
In pelagi medio, qua totum in parte uidetur,
Insula conspicitur, nigris circundata lymphis.
Arboribusq; obtecta domus, quam filia diri
Atlantis Circe retinet, maria alta tuentis.
Hic fluctus celsas (mirum) super ipse columnas,
Tellurem, pariterq; omnem prospectat olympum.

Huius itaq; filia illum cohibet miserũ: continuóq; & mollibus & blandis demulcet uerbis, ut Ithacæ obliuiscatur. At Vlysses fumum è sua terra exeuntẽ cupiens, mortem optat. An tibi curæ nõ est charum caput ô genitor? Nõne & ille apud Argæorum naues in bello Troiano grata tibi sacra obtulit? Cur tot affi cis eum doloribus Iuppiter? At ille: Quodnã, inquit, nata uerbum tibi excidit? quonam modo Vlyssis obliuiscar, qui mente quidem cæteris præstat mortalibus, sacraq; Dijs rite exhibuit? Sed Neptũnus continuo Cyclopis sui incõmodi iratus reminiscitur, cui alternum lumen ademit. Is Polyphemus est, cuius potentia maxima supra Cyclopes oẽs erat, quẽ Nympha Phorcynis marini regis filia Neptũno in cauis cõpressa speluncis peperit. Ex illo igitur Neptunnus non quidem eũ peremit, uerũ à patria procul dispergẽdo amouit. Iuppiter Mineruæ.

Sed iam nos omnes unà cogitemus, quonam modo redire queat. Ipse namq; iram leniet:neq; enim inuitis omnibus Dijs solus poterit aduersus contendere. Cui Minerua: Siquidem hoc oībus gratum Dijs, ut redeat Vlysses domum, Mercuriū in insulā Ogygiam propere mittamus, ut Nymphæ celeriter nostrū referat cōsilium, ac eum redire permittat. Ego uero Ithacā obiter contendam, ut Vlyssis filiū impellam: uimq; illi tribuam, ut uocatis in cōcionē Achæis, procos omneis minis absterreat: qui continuo oues bouesq; pingues mactantes, rem illius absumunt: eundem quoq; Spartā & Pylum ad inquirendum patrem mittam, sicubi gentiū audiuerit, uel certe ut laudem inter homines ex hoc cōsequatur. Sic dicens pulchris pedibus calceos aureos & immortales aptauit, q illam supra pontum supraq; terram uento agitante tulerunt ualidam. Deinde hastam acuto munitam ferro corripit: hac herorū turmas quibus est irata perdomat. Igitur è summo ruens cœlo ad populum Ithacensem, in uestibulo domus Vlyssis cōstitit, Mentori Taphiorum regi assimilata, procos offendit ante fores animū talis ludendo recreātes, ac thoris ex boum tergoribus quas ipsi mactauerant insidentes. Præcones autē ac seduli ministri uinum illis simul & aquam in crateribus miscebant. Alij uero spōgijs mensas tergebant parabantq;, tum carnes plurimas incidebāt. Hanc igitur longe prior Telemachus uidit: sedebat enim inter procos animo perturbatus, ac cogitans si quo modo pater ueniens procorum stra

gem in ædibus æderet: Ipse honorē assequeretur, suūq; quiete possideret. Hæc itaq; meditans Mineruā conspexit: statimq; consurgens in uestibulum auersus ijt, indignatus hospitē apud fores diu consistere. Propinquansq; dextra illam, simulq; hastam prendit, ac ultro compellās ait: Salue hospes, sede iuxta nos, deinde ubi cœnaueris quid tibi opus loquere. Sic dicens præit, illa subsequitur: qui ubi intra domum fuere, hastā ante oīa Telemachus apud longam columnam intra armarium ubi multæ aliæ Vlyssis, posuit. Ipsam uero Mineruam in throno ducens statuit: stragulumq; tenue uarioq; opere laboratum substrauit. Scabellum insuper pedibus submisit. Iuxtáq; ipse sedem separatim à procis ad modum pulchram posuit, ne hospes ob tumultum proteruis hoībus commixtus minus cœnaret, & ut illum commodius de patris reditu percunctaretur. Post hæc famula gutturnium cum opistodocho aureo super lebetem argenteum ad lauandum effudit, iuxtáq; cōcinnam parauit mensam: Proma sedula panem ac cibos plurimos præsentibus gratificando apposuit. Chironomon carnium omnigenum repositoria manu sublata, aureaq; itē pocula, præco frequenter ipsis uina fundebat. Post hæc ingressi proci ordine in sedibus ac thoris constitere, quibus præcones aquas multas fudere: panem famulæ canistris expediunt. Illi paratis cibis manus iniecere, Iuuenes crateras statuunt, & uina coronant. Ast ubi cibi & potus compressus amor, proci quibus alia curæ erant, cantū saltationemq; (quæ con

Minerua Mētoris regis habitum mentita, à Telemacho hospítio excipitur.

Proci Penelopes.

Phemius cantor. Telemachi & Mineruae hospitis colloquium

uiuij sunt appendices) celebrant. Praeco Phemio can*tori cytharam in manu dedit, qui coactus iuxta procos assedit, cantumq; prosequebatur.* Interea Telemachus Mineruā alloquitur, prope caput inclinans ne alij au*direnti:* Dilecte hospes, *si nō aegre fers quae dico:* His *curae sunt haec & cythara & cantus, quod impune rē uiri edant illius, cuius alba ossa aut in terra iacentia inhumata pluuia inundante putrescūt, aut certe in ma ri fluctus euoluit:* Si *illum* Ithacam *redeuntē uiderēt, omnes cursu pedibus leuiores, quàm auro uesteq; ditiores esse cuperent.* Nunc uero *quando is perijt, nul la nobis spes amplius.* Sed *agedum, dic mihi uere cuias es? unde gentiū? ubi tibi patria & parentes? in qua naui uenisti, quomodo te nautae* Ithacam *duxere? quinam esse se gloriantur?* Non *equidem te pedibus uenisse puto.* Hoc *item uere narra ut sciam, an nuper ad me uenisti, uel patrius es hospes, quoniam ille libēter cum hominibus conuersabatur, quamobrem multi domum nostram petiere.* Cui Mineruá: Tibi *ego haec uera referam:* Mentes Achiali *filius esse glorior, qui apud* Taphios *regno, nunc hic simul cum naui & socijs descendi, per alienas tendens gentes ad urbem* Temesam *aeris gratia. ferrumq; mecum fero.* Nauis *mea hic in agro separatim à ciuitate in portu fluenti, sub nemoroso nouali constitit.* Hospites *uero inter nos patrij gloriamur esse.* Ab *initio siquidē senem* Laërtem *adiens interroga, quem in urbem nō uenire dicūt, sed separatim in agro degere cum uetula uinistra, quae illi*

cibum

cibum ac potum apponit: Ipse membra labore exercet repens continuo per loca consita & uineta: Nūc ego ueni. Patrem uero tuum dicunt peregre esse, Dij illum per itinera exagitant, non adhuc perijt, sed uiuus in mari apud insulam circūfluam continetur, ab agrestibusq; & duris prohibetur hominibus, qui illum inuitum retinent. Sed ego, qui nec uates sum neq; augurij sciens, nunc tibi uaticinor, quod & Dij in animū induxere, quodq; & euenturum spero, ut nō diu Vlysses procul à patria erit, nō si ferrea uincula haberet. Nā cum magna sit præditus arte, excogitabit oīno quemadmodū redeat. Tu uero rursus dic, si ex ipso Vlysse natus es, nam ei uehementer & corpore & oculis simi lis uideris. Etenim frequenter simul cōuenimus prius quàm ad Troiam iret. Hic & alij Argæi fortes nauem conscenderunt. Ex illo neq; ego amplius Vlyssem, neq; item ille me uidit. Huic Telemachus: Nempe (inquit) uera tibi referam: Mater enī me illius dicit esse: attamen ego nescio: Nondum enī aliquis suum ipse nouit genitorem. Vtinam ego fortunati uiri alicuius filius fuissem, quē suis in possessionibus senectus inueniret. Nunc uero filiū me esse dicūt illius, q miserrimus est oīm hominū. Non equidē, Minerua inquit, te genere ignobilem postea Dij fecere, quando te talē Penelope genuit. Sed item dic mihi, quod hoc conuiuium? q conuentus hic est? quidnam agis, conuiuium an nuptias? quoniam hæc symbola nō sunt. O q̄ impudenter hi uidentur tuis in ædibus uesci: quicunq; profecto sapit,

Vix suus cuiq; notus est pater

atq; superueniens hæc probra aspexerit, magnopere succenseret. Ad hæc Telemachus: *Hospes, inquit, q̃n hæc interrogas & uestigas, hæc domus fœlix & integra oĩno debuerat esse, ut etiã ille peregre erat: nunc aliter* Dij *uoluere, male cogitantes, q illum præter cæteros mortales perditũ ac miserum fecerũt.* Neq; *ego tanto premerer dolore, si apud* Troiã *ab inimicis unà cum socijs interfectus fuisset, uel etiã in amicorum nauibus bello confecto: tunc &* Panachæi *tumulũ ei excitassent, & inde gloria ingens filio peruenisset:* Nũc Harpyiæ *illum ingloriũ eripuere: abijt ignoratus, inauditusq; mihi, unde dolorẽ aĩo meo nõ mediocrem reliquit.* Sed *nõ solum illum lugeo, uerum & alia mihi* Dij *mala intulere.* Quot *enĩ uiri optimates in* Dulichio & Samo & Zacyntho, *quótue apud* Ithacã *dominantur, tot meæ matris cõnubia petunt, meamq; domũ continuo absumunt.* At *illa nec negat matrimoniũ, neq; cõstituere potest.* Illi *obiter rẽ dissipant meã: nec mora, quin & me funditus ipsum euertant.* Proh *facinus (inquit* Minerua*) q̃ tibi opus* Vlysse, *q in procos impudentes manus inijciat.* Si *enĩ nunc ueniẽs ille in domus primis foribus cõsistat, galeã & scutum simul & hastas duas habẽs: talis inquã esset, qualẽ ego ab initio cognoui in nostra domo bibentẽ atq; gaudentem.* Præterea *ex* Ephyro *uenientẽ ab* Ilo Mermeris *filio: illuc enĩ cum naui profectus erat pharmacum quæritans qđ sagittas ueneno inficeret, sed ille negauit, qđ* Deos *ultores uereretur, dedit attamen pater meus qui*

eum magnopere diligebat. Talis igitur si ille existeret cum procis cõgrediens, oẽs proculdubio cito perirent, amarasq; degustarẽt nuptias. Sed profecto hæc in deorum sunt uoluntate ac precibus, si rediens domũ uindicabit, an cõtra. Te uero interea meditari iubeo, quo nã modo procos ex ædibus pellas. Nũc itaq; aduerte, meaq; cura uerba: cras in concionem Achæos heroas cõuoca, cunctos alloquere, Dij testes sint, procos quidẽ diuisos ad illorũ habitationes redire iube. Mater autẽ si animus est ei nubere, rursus in patris sui domum redeat. Ille namq; & coniugiũ & dotẽ aliaq; multa, ut par est erga filiã, pater parabit. Tibi uero ipsi diligenter qđ sis acturus monstrabo, si tamen obtemperabis. Nauem quæ sit optima cũ uiginti remigibus apta, cũ hac deinde abi de patre inuestigatũ, siquis usquã mortalium tibi dicat, uel fama ex Ioue audias, qui maxime fert hoĩbus gloriã. Primum quidẽ Pylum proficiscere ac Nestorẽ percunctare. Inde uero Spartã ad Menelaum, q ultimus Achæorũ redijt. Si quidẽ patris uitam & reditũ audiueris, nempe quanq̃ in anxietate animi annum totũ tolerabis. Si uero extinctũ intellexeris, redibis protinus in patriã, ac ei sepulchrũ excitabis: iustaq; funeri de more, aliaq; q̃ multa, quæ matrẽ uiro tribuere fas est curabis. Vbi uero hæc absolueris, tecũ cogita quomodo procos in ædibus interficias, siue dolo siue manifeste. Nec enĩ te oportet infantiã uereri q̧ nõ talis existas. An nõ audis qualẽ Orestes iuuenis gloriam est assecutus præter oẽs mortales, q̧ Ægisthũ

Mineruæ consilium.

uirum

uirum dolosum patris interfectorẽ trucidauerit? Itaq; dilecte fili ut te magnum pulchrumq; aspicio, fortis eris ut de te posterorum aliquis bene loquatur. Nunc ego ad nauem sociosq; ibo,q me præstolari nimis ægre ferunt. Tibi demũ ipse sis curæ, & ad ea quæ dixi animum aduerte. Cui Telemachus: Hospes (inquit) hæc nempe ut prudens pater filio narras, nec eorũ ego unquã obliuiscar. Sed rogo, quanq̃ festinas, aliquantulũ supersede, ut lætus gaudensq; ex me munus pulchrum honestũq; habeas, ac pretiosum mei apud te monumentum sit, quale hospes hospiti charo dare solet. Nec me ô charũ caput (inquit Minerua) retine nunc iter spectantem: donum enĩ quodcunq; dare cupis, rursus huc redeunti mihi dabis domũ uti feram: ac quo pulchrius erit, eo dignius reddenda uice. His dictis ut auis anopæa euolando disparuit. Telemacho autẽ & robur & audaciã addidit: patrisq; ei memoriam magis q̃ antea desyderiumq; reliquit: nam & aĩo obstupuit, putauitq; nihilominus esse Deũ. Statim itaq; ad procos abijt, inter quos sedentes audientesq; diuinus poeta canebat Achæorum dirũ reditum, quẽ ex Troiá Pallas mandauit. Huius Penelope cantum ex superiore thalamo audiens, animoq; condens, ex scalis descendit, protinus altis, nõ sola, sed duabus comitata ministris, ac frontẽ uitta pulcherrimo ornatu uersus procos contendit, apudq; aulæ limen constitit, ancillis ex utroq; latere

Penelope Phemio. astantibus, mox lachrymans cantorẽ alloquitur: Phemi, multa quidem hõies mulcentia nosti, facta uidelicet mor

cet mortalium ac Deorum quæ canunt poëtæ. Tu inter hos cōsistens nunc cantas, his tacite obiter uinum potantibus, desine quæso ab hoc cantu acerbo, q meum sollicitat pectus, quoniā me dolor occupat immensus ob mei memoriā uiri, cuius gloria p Græciā ac mediū Argos late uagatur. Cui Telemachus: Mea (inqt) mater, qd inuides aut ægre fers musicū hunc? delectare in his quæ mens ei suggerit: non enī cantores in causa sed Iuppiter, q hoībus inuentionē subministrat, ac cuilibet quā uult materiā ad dicendū præbet: quamobrē non ægre ferendū aut succensendū Danaûm calamitatem cantu recenseri. Nam eū præcipue cantū hoīes laudant, q ex his quæ nouissime contigerunt, maxime constat. Animus igitur tuus audet, nec audire horrescat. Non enī solus Vlysses apud Troiam perijt, multi namq; alij interierunt. Verū tu in œcon melius ibis ad opera tua obeūda, telā, columq;, similiter & ancillas idē facere iube. Consiliū sermoq; uiris oībus curæ fuerit, mihi præsertim, cuius domi est imperiū. Illa uero admirans, filijq; uerbū prudens aīo considerās, se rursus in œcon recepit, ac in thalamū cum ancillis ascendens, Vlyssē uirum suū amantissimū flebat, donec dulcem oculis soporē Minerua immisit. Post hæc proci iā inter se p ædes fremebant, lectis quiescere cupientes, quibus Telemachus ait: Proci matris meæ, immensa cō tumelia uiri, nunc quādo licet in epulis collætemur: clamor obsistat ac murmur. Nam profecto pulchrū, hunc poetam Dijs cantu similē audire. Cras cum primum illuxerit

Telemachus Penelope matri.

illuxerit, oēs in concionem uenientes sedebimus, ut uobis edicam: ex ædibus meis exite: alias curate epulas, alias possessiones edite, domos mutando: si autē hoc uobis melius uidetur esse, unius hoīs rem impune pdere, perdite: ego deûm fidē clamabo testaborq́;, si uices operum puniendas dabunt, impune deinceps & uos intra has ædeis peribitis. Sic ait. At illi labra mordicus tenentes, Telemachū admirabantur, ut audacter locutus esset. Cui Antinous: Telemache, inquit, Dij profecto te magnum oratorē ac grandiloquū esse docuerunt, ne te propterea Ithacæ Iuppiter regē constituat, q̃ tuo generi patriū est. Excipiēs Telemachus: Antinoē, inquit, siquidē admiraris quodcunq; dico, & hoc uelim ex Ioue habere: An malum in hoībus id esse dicis? nō profecto malum aliquod est imperare. Imperans enim & domi auctior & honore sublimior est. Sed Ithacæ nempe & iuuenes & senes existunt uiri principes, quorū forte aliquis postq̃ extinctus est Vlysses, hoc habeat. Ego tamē domus meæ simulq; seruorū, quos Vlysses in prædā tulit, dominus ero. Cui Eurymachus Polybi filius respondens, ait: Telemache, hæc in Deorum sunt uoluntate, quisquis Achæorū Ithacæ regnabit: tu nihilominus possessionibus ac ædibus Vlyssis succedes neq; enī uir ueniret aliquis, q hæc abs te inuito p uim auferret aut eriperet. Sed his missis uolo te, uir optime de hoc hospite interrogare, unde is est uir, ex qua se dicit esse terra, ubi eius genus & patria? fert ne tibi de patre tuo nuntium, an sui usus gratia aliquid expectens huc

Telemachus procos iubet domo excedere.

Antinous Telemacho

Eurymachus Telemacho.

tens huc uenit? quali aſſurgẽs indole ingreditur? neq; cognoſci ſuſtinuit: non enim aſpectu ignauus uidetur Cui *Telemachus*: *Eurymache, inquit, patris mei aduentus ſpes perijt: itaq; nuntium eius etiam ſi ueniret nõ facile credam: neq; de uaticinio curo, ſi quẽ forte mater mea accerſens percunctaretur*. *Hoſpes hic meus paternus ex* Tapho *eſt*: Mentorẽ Achilai *filium, q* Taphijs *imperat, ſe dicit eſſe*. Hæc *Telemachus ait: animo tamen* Deum *eſſe arbitrabatur*. Proci *autẽ in ſaltationem & cantum iucundum cõuerſi, uſque ad diei ſerum ſunt gauiſi: dormitum inde ſe quiſq; in domum ſuam recepit*. Telemachus *item multa ſecũ animo uerſans, cubitum in thalamum altiſſimum celebriq; in loco ædificatum uenit, cui prouida* Euryclea Opos Piſenoridis *filia ardentes præferebat faces*. Hanc *in prima exiſtentẽ pubertate*, Laërtes *de ſuo uiginti boum prætio emit: ac honore parem uxori domi habuit*. Hæc *itaq; faces ferebat*, Telemachumq; *præter cæteras famulas diligebat, ac tantillum nutrierat*. Ille *fores thalami impulit, in molliq; cõſedit lecto: pulchram deinde exuens tunicam, uetulæ in* † *manibus dat: quam illa ordine plicans, aptanſq;, palo iuxta cubile ſuſpendit*. Poſtremo *è thalamo egrediens, fores annulo oſtij argenteo contraxit: loro deinde claue deducta occluſit*. Hic *ille nocte tota ſolo opertus amphimallo, iter quod ei* Minerua *dixerat, animo uoluebat*.

Telemachus Eurymacho.

Euryclea nutrix.

† manus

Finis Libri Primi.

¶ Ausonij poetæ, in Secundum Odysseæ librum Argumentum.

Oceano extulerat roseas aurora iugales.

¶ Telemachus Ithacesios proceres cogit ad curiã: atq; ibidem de cõtumelia domus & bonorum profligatione cõquestus concilia profectionis exponit, Antinoo resistente: qui eum priusquã mater nuberet abire prohibebat. Qua altercatione diu protracta conciliũ dissolutum est. Telemachus ad littus, procis ignorantibus, pergit, astantem sibi adorans Mineruã, peregrinationi accommoda parat, hortante maxime dea, quæ populum ipsumq; Telemachum Mentoris simulatione fallebat. Instructo igitur remigio & naue deducta Telemachus & Minerua de portu, vespere instante, soluerunt.

ODYSSEÆ

Liber Secundus.

CVM primum effulsit roseis aurora quadrigis,
Continuo è stratis proles consurgit Vlyssis.
Induit & uestes, humeroq; accommodat ensem.
Mollia dein pedibus formosis uincula nectit.
Parq; deo egrediens thalamo, præconibus omneis
Conuocantur Achæi. *Concilio cogant extemplo mandat Achæos.*
Ipse quoq; ingentem properabat ab ædibus hastam
Corripiens: geminiq; canes comitantur euntem.
Cumq; illi mirum Pallas ueneranda decorem
Præberet, populus uenientem suspicit omnis:
Inq; throno patrio ueteres cessere sedenti.

Heros Ægyptius. *Inter quos heros Ægyptius loqui cœpit, qui ob senectam incuruus erat. Quatuorq; habuit filios, quorum unus Antiphus uir fortis inter socios Vlyssis ad*

Troiam nauigauit, & ultimus eorũ quos Polyphemus in ſpelũca deuorauit. Alius itẽ Eurynomus inter procos uerſabatur. Duo item reliqui artẽ continuo exercebant paternã. Is igitur heros domeſtici luctus nõ immemor, ſic meſtus cœpit: Audite quod dicam Ithacenſes, nunquã in conſilium aut concionẽ conuenimus ex illo quo Vlyſſes cum nauibus diſceſſit: nunc autẽ quis ita repente nos excitauit? quæ neceſſitas aliquẽ impulit uel iuuenum, ſeu ſenum, qui forte primus audiuerit reuertẽtis exercitus nuntiũ: nobiſq; referre manifeſto, uel certe publicũ aliud dicere cõmemorareq; uelit. Bonus enĩ mihi uidetur eſſe ac plane profecturus, cui in primis bonum quod aio tentat, autore Deo bene euenerit, ſic ait: Telemachus uero ob honorẽ famamq; gaudebat, quod nunquã in eum diem conſederit, aut in cõcione aliquid dicere tentauerit. Itaq; conſurgens in medio ſceptrũ ſumpſit, ei à præcone Piſenore uiro prudente allatum: deinde in ſenẽ conuerſus ait: O ſenex, is qui populũ excitauit in concionẽ non longe abeſt: ipſe quoq; noſſe potes, dolor enim me cogit: neq; (ut ais) redeuntis exercitus nuntium, aut aliquod publicũ quod uobis referam primus audiui: ſed meum ipſius damnum, quod bifariã meam inuaſit domum: Primum quidem, quod parentẽ amiſi, qui & uobis uti mitis pater olim imperabat. Alterũ malum nũc longe maius, quod domum oẽm funditus uaſtabit, ſubſtantiamq; diſperdet. Proci nãq; filij magnorum uirorum, matrẽ meam inuitam ſibi expetunt: continuoq;

Telemachus ſuam fortunam Achæis exponit.

patris eius Icarij domum adire student, ut ipse filiā illi quē maluerit ac magis dilexerit cū dote locet. Meam insup domum quotidie frequētant: boues, oues, capras pingues mactantes epulantur: uiniūq; nigrum potant: multa quoq; absumūtur: nec ullus adest qualis noster Vlysses, huic pesti repellendæ idoneus. Nos enī minime apti, cum simus imbelles ac uiriū indociles. Quod si uires adessent, iniuriā profecto propulsarē. Non enī toleranda perpetrātur, nec pulchre mea absumitur domus, uosmet obiurgari ac reprehēdi patimini, uicinos circa incolentes ueremini, deorum formidate irā, ne mala uidentes facta uos euertant. Quæso p Iouē sanctumq; fas, quod hoīm concilia & soluit & cōstituit, patimini, meq; tantum sinite misero luctu consumi, si nunq̄ pater meus optimus Achæos odio psequens incommodis affecerit: his me munerate malis, iniqua ppetrantes, aliosq; incitantes. Mihi uero utile satis fuerit, si mea bona prouētusq; edēdo absumpseritis: quādoq; profecto ex his ultio erit, ac p urbem res uerbo repetemus, donec oīa reddantur. Nunc autē meū aīm frustra dolore afficitis. Sic iratus ac lachrymās ait: sceptrumq; protinus in terrā proiecit, ex quo populū oēm misericordia cepit. Cumq; tacerent oēs, nemoq; illius duris respōdere uerbis auderet, solus Antinous

Antinoi responsio.

sic cœpit: Telemache superbe admodum locutus es: cōprime fastum, quid ais? nos uituperans, ignominiaq; notans afficis. Proci namq; quos accusas in causa tibi non existunt, sed mater tua charissima, quæ astutia

dolisq;

dolisq; utitur. Tertius enim annus est ac prope iam quartus, ex quo Achæorum animos spe continua nutrit, ac uiro cuilibet nuntios mittens pollicetur, alia tamen mente uersat. Dolum item alium excogitauit, magnam ac tenuem in ædibus tælam contexens, nobis clare dixit: Iuuenes proci mei, quando Vlysses extinctus est, meum coniugium tantisper expectate, donec tælam absoluam Laerti heroi seni socero meo, ut cum eum mori contingat, uestem habeat funebrem: ne qua mihi Achæarum fœminarum succenseat, si is q multa possidet, sine tunica iaceat. Sic ait: Ilico nobis animus persuasus. Hæc itaq; illi interdiu tælam ingentē texebat, noctibus uero accensis luminibus dissoluebat. Triennium itaq; dolo transegit. Vbi autē quartus uenit annus, tempusq; instaret, tunc ex illius fœminis quædā quæ probe rem nouerat: Hanc, ait, inuenimus tælam iam absolutā, quam pfecit inuita, dißoluentē. Tibi igitur proci sic se excusant ac respondent, uti plane tecum mente cōsideres, noscant item oēs Achæi: matrē tuam abs te mitte, iubeq; nubere cui pater ipsius iusserit, & ei placuerit. Qđ si forte longo tēpore Achæos hoc modo deluserit, quāuis animo sapiat, operaq; Palladis omnia norit, mente insup sobria sit, ita ut nulla priorum Achæarum laudaturum, neque Tyro, neque Alcmene, neq; Myccne, & sagacitate & prudentia similis fuerit, attamen in hoc minime sapit. Nam tamdiu hi tuam ederint substantiam, quādiu hæc illa mente fuerit quam Dÿ nunc eius infixerunt pectori: quæ

Penelopes erga procos doli.

quanq̃ ei in gloriam cedit, attamen tibi longe amissi patrimonij desiderium facit: scitoq́;, nos propterea ad pristinas artes ac negotia nõ prius redituros, q̃ hæc cui sibi uidebitur nupserit. Cui Telemachus: Antinoe ait, mihi quidẽ matrẽ domo emittere non licet, eã quæ me peperit & nutrijt. Meus nãq; pater peregre hinc in aliqua terra aut uiuit aut extinctus est, ex quo durũ mihi fuerit Icario multa reddere si eam remittam. Deinde ex patre meo, si uiuit, multa patiar: ex deo itẽ, cum ea siquidẽ discedens furijs incensa iras mihi imprecabitur, unde odium mihi ex hoĩbus prouenerit. Itaq; tuam sententiã minime sequar. Quod si uester in me animus iratus est, hinc meis ædibus abite, alia uobis quærite cõuiuia, alias opes, domos mutando absumite. Si autẽ uobis potius uidetur ac melius, unius uiri impune rem pdere, perdite: ego enĩ deos continuo clamabo, ut si Iuppiter meritũ factis exitiũ dederit, impune & uos intra meas ædeis pereatis. Sic dicẽte Telemacho, Iuppiter ex alto montis uertice aquilas binas aduolare iussit: quæ simul iunctæ uento impellente alisq́; micantibus, ubi in mediã prouenerunt concionẽ ueluti in alas quatientes in oĩm capita irruerunt, pniciem intentãtes, ac ora ceruicesq́; unguibus appetentes: post hæc statim dextrorsus abeũtes, p habitacula ciuitatẽq́; eorum euolauerunt. Quod illi aspicientes exhorruerunt: ac quod postea eis euenit, aĩo sunt ominati: quos inter Alitherses Mastoris filius (is enĩ solus in his agnoscendis ac turbæ prædicẽdis præstabat

Telemachus Antinoo.

Augurium

Alitherses uates.

quæ

quæ ad augurium prosperáq; signa spectarēt) sic ait: Audite quæso Ithacenses quæcūq; dixero, procis hæc prodigia minantur, quibus magnā prædicam calamitatem. Vlysses enī non procul à suis charissimis abest, fatumq; ac cædem oībus his inferet. Insup & ciuibus & alijs q Ithacam incolunt, magnū erit malum: quapropter censeo ut prius quanā uia id ualeamus euitare excogitemus, qđ erit longe melius. Non enī ignarus, sed sciens uaticinor: Nam & ipsi Vlyssi cuncta existimo quæ secū tulit perijsse, ut ei prædiximus, cū Argæi cum quibus ipse profectus est Ilium, perierūt, multa uidelicet eum passurū mala, sociosq; amissurū, ac anno tandem uicesimo ignotum in patriā reditur ū: quæ omnia nunc euenerūt. Ad hæc Eurymachus Polybi filius: O senex, ait, abi nunc domū, tuis hæc uaticinare filijs, ne quid in posterū mali patiantur. Hæc autē ego longe ac tu melius auguror. Aues nāq; multæ sub solis radijs discurrunt, neq; oēs faustæ. Ex quo Vlysses hinc procul perijt, cum quo simul tu quoq; perire debueras. Non enim tot amplius nobis mala prædiceres, neq; Telemachum iratū sic psuadendo tibi cōciliares, tuæ domui donum aliquod expectans, si tamen p illum licebit. Verum hæc tibi dico quæ & eueniēt, si tu, qui uetera multáq; noscis, iuuenem hunc uerbis accenderis, ut propterea spiritus assumat: ipsi in primis incommodum erit: nihil profecto egeris horū gratia quæ dixisti: Tibi nos hāc pœnā quam animis quorundam intentare uideris, proculdubio infligemus.

Eurymachus uaticinium abdicat.

Telemachum ego sic in oībus fideliter admonebo: Matrem suam ad domum patris iubeat discedere. Ille & nuptias & dotē, & demum quæcunq; patrē erga charam filiam decet, facile ordinabit. Nam Achæos ego nunq̄ desituros aliter puto à persequendo optandóq; ipsius coniugio, quod nullum iam metuant aut curent Non Telemachū, quamuis loquacē minacemq;, non itē uaticinia tua senex, quæ sine fine iactas, ex quibus tu potius odium sustinebis. Nam sic opes Telemachi magis absumentur, dum Achæi matris expectant nuptias Nos quoq; inter nos propterea de uirtute ac meritis quotidie contendimus, nec alias tentamus cōditiones quæ forte singulis cōuenirent. Huic Telemachus: Eurimache, inquit, & uos alij illustres proci, hæc ego uos nō amplius rogo aut hortor, quæ iam & Dij & omnes norunt Achæi: tantum mihi nauem præbete celerem ac comites uiginti, qui mihi nauigādo utrinq; iter secent. Spartā ac Pylum petā, patris mei peregrinātis reditum inuestigans, si quis mihi mortaliū referre habeat, uel famam aliquo modo ex Ioue audiuerim, quæ maxime fert mortalibus gloriam: siquidem eius uitam & reditum intelligam, annum profecto in peregrinatione & miseria sustinebo. Si uero extinctum esse accipiam, in patriā reuertens, tumulum ei excitabo: iustáq; funeri, ac alia quæ deceant curabo, simulq; matrem uiro nuptui tradam. Sic igitur locutus cōsedit. Mentor uero q Vlyssis fuerat socius, cuiq; discedens ille curam domus totius mandauit, & ut seni obtemperaret,

Telemachus procis

raret, firmaq; omnia ac integra custodiret, tunc exurgens sic exorsus est: Audite Ithacenses quaecunq; dixero. Nullus deinceps rex sceptrum tenens placabilis mitisue existat, neq; aio sibi aequa decentiaq; proponat, sed durus immitisq; ac alijs incommodus. Heu q̃ nullus meminit Vlyssis populorũ quibus imperauit, q̃ dulcis existeret pater. At ego minime inuideo, cum aspicio procos hos talia indigna animo insolenti perpetrare: suorum enim capitum periculo domũ Vlyssis deuorant, quem minime rediturum affirmant. Sed & reliquo succenseo populo, quonam modo silentes sedetis omnes, nec uerbis resistentes, multi cum sitis paucos procos coërcetis? Cui Liocritus Euenoris filius respondens: Mentor, inquit, iurgator, stulteq; animo, quid ais? nos adhortaris desistere. Durum profecto certare cum his qui & uiri sunt, & plures, praesertim circa epulas occupatos. Siquidem Vlysses ipse superueniens, procos in suis aedibus comedentes expellere tentauerit, uxor propterea minime laetabitur, quanquã magnopere aduentum eius desiderat: cũ ipsius indecens fatum secutura sit, si cum pluribus ille certauerit. Quapropter haud recte locutus es, sed & uos turbae ad officiũ artesq; uestras iam discedite. Telemacho autẽ & Mẽtor & Alitherses iter suadẽt Hi namq; ab initio patrij sunt socij. Verum ego existimo, si apud Ithacã aliquamdiu resederit, nuntiũ de patre audiet, ex quo hac uia forte supsedebit. His dictis statim conciliũ dimisit. At illi huc illuc sparsi, quisq;

Mentor Telemachum tueri studet

Liocritus Mentori.

domum properauit. Proci uero in Vlyßis domũ se receperunt. Telemachus autẽ separatim ad maris tendẽs littus, ac manus aqua marina lauans, Mineruã talibus precatur: Audi quæso me dea, quæ hesterna die meã petijsti domũ, & me naui iussisti pontũ ingredi, ac de reditu patris mei diu absentis sciscitatũ ire: Achæi præsertim proci hæc oĩa absumũt. Sic orantẽ, illa Mẽtori corpore & uoce assimilata, cõpellans sic alloquitur: Telemache nõ ad extremũ ignauus eris neq; amens. Si enim patris tui robur & uirtus in te fuerit, qualis erat ille ad aliquid re ac uerbis obeundũ, sic tu negocium quod dico pficies: neq; in posterũ uia frustra tibi aut pœnitẽda erit. Si autẽ illius ac Penelopes proles nõ existis, q̃ tentas minime te sperauerim pfectur ũ.

Telemachus Mineruã precatur

Minerua sub Mentoris persona iter properare hortatur.

Pauci nam similes patribus nascuntur honestis,
Peiores longe ueniunt pars maxima semper.

Sed quando non ignauus successor neq; stultus es, nõ item oĩno Vlyssis te indoles deseruit, spes est te opera hæc in futurum obire. Quamobrẽ nunc procorum & consilium & sententiam mitte, quãdo nec prudentes neq; iusti sunt, neq; itẽ mortem fatũq; suum, quod propediem instans omneis est pditurũ, facile norunt. Tibi autem uia quam animo uoluis non procul aberit. Ego uero tibi socius paternus adero, qui nauem tibi celerem parabo, sequarq; quocũq; ieris. Tu tantũ nunc domum propera ac procis fac uerba, para uiaticum, uasibus omnia congere neceßaria. Vinum in amphoris, farinamq; hominũ substantiam in pellibus densis

ego in-

ego interim in populo socios uoluntarios colligã. Sunt nãq; naues multæ nouæ ac ueteres in littore Ithacẽsi, quarũ ego unam quæ optima uidebitur deligam, hanc instructam magnũ in pelagus deducemus. His ab illa monitis Telemachus nõ amplius moratus, ubi deã audiuit, e uestigio domũ cõcitatus properat, ubi procos iniquos in aula hœdos suesq; edentes offendit. Inter quos Antinous ridẽs aduersus iuit, blandeq; manu salutans ac uerbis cõpellans ait: Facũde Telemache, impetũ cõpesce, neu aliquod pectore uerbũ opúsue meditare, uerum ede atq; bibe sicuti prius. Achæi namq; cuncta hæc quæ poscis affatim subministrabũt, & naue, & lectos, remiges, ut Pylũ celeriter eas sciscitatũ de fama patris. Cui Telemachus: Nõ est, inquit, cur cũ insolentibus proteruisque uobis ego mitis epuler, aut unà gaudeã, an nõ satis antehac mea multa bona possessionesq; ò proci cõsumpsistis, tunc enim paruus admodũ eram, nũc grandis factus aliorũ ausculto sermonibus, pcunctor, mihi aĩus propemodũ est auctus: tentabo uos in malam deducere sortẽ: uel Pylũ petẽs aut apud hũc populũ: ibo quidẽ, nec uanũ puto iter quod prædico erit. Etenim mercator, nõ nauis aut remigum rector fio, quẽadmodũ uobis potius est uisum. Dixit, et ab Antinoi manu manum facile distraxit. Proci autẽ reliqui circa epulas occupati erant, uerbisq; sic obmurmurabant atq; carpebant: Nõ dubiũ quin Telemachus nobis mortẽ meditatur, uel ex Pylo fortes uiros uel ex Sparta ducet, quando uelox grauisq; uidetur discessus

Antinous Telemacho

Respondet Telemachus.

Cauilla pcorũ in nauigaturũ Telemachũ

seu forte Ephyram contendet uberē admodum terrā ut hinc uenena præparet, ac cibarijs hordeoq; misceat, ut nos de medio tollat. Alius itē iuuenū supborum sic aiebat: Quis nouit si forte hic nauē solucs ac lõge pagrans à domesticis erret, uelut Vlysses, ac pereat, sic laborē nobis augebit, qđ possessiones inter nos diuidemus. Domū uero eius matri dabimus, ac illi cuicūq; nupserit. Sic inter eos cauillabatur. At Telemachus in patris thalamū excelsum ascēdit, ubi aurū æsq; aceruatū iacebat. Insuper uestes in loculis cõditæ, oleumq; satis odoratum aderant. Parte alia dolia uini dulcis ac ueteris, diuinū intus potū habentia, ordine usq; ad murū cõtinuabant: siquando Vlysses post multos labores rediret, ordinata. Hic bifores ianuæ, pulchre cõpactæ ceciderāt, quapropter Euryclea Opos Pisenoris filia quæ proma erat. sedulo diebus ac noctibus custos assidebat, oĩaq; ingenij solertia seruabat. Hanc Telemachus in thalamū cõpellans, his uerbis alloqtur: Chara nutrix agedū uinū mihi in amphoris auri quod dulcius fuerit, post illud tibi seruatū Vlyssi misero, quando uti putas ex erroribus redierit, duodecim uino dolia implebis, eaq; clausa operculis aptabis. Deinde farinā in culleis ex pelle consutis mihi promes, uiginti sane mensuras molitæ farinæ, quales ipsa sola nosti: simulq; oĩa congregata existant. Cras enim sole occidēte soluam, quàmprimum mater in thalamum superiorem se receperit cubitū. Spartam igitur ibo Pylumq;, chari genitoris reditum pcunctaturus. Sic ait: At nutrix lachrymans

Telemachus Eurycleæ nutrici.

chrymans talibus rſpondet: Quid ô chariſſime nate in mentē nunc tibi uenit, quò uis ire, tantūne telluris ſolus obire dilectusq́; ? Vlyſſes quidē longe à patria, fortaſſe in ignota patria perijt. Deinde hic in te proci mala cogitabunt ut dolo pereas, ex quo hæc tua inter ſe diuident. Quare ſi ſapis hic cum tuis quieſces: nec in pōto errare te oportet, ubi mala multa ſubibis. Cui Telemachus: Bono ſis, inquit, aīo nutrix, quod nō ſine deo hoc meū cōſiliū exiſtat. ſed iura matri te nihil dicturam ante undecimū duodecimūue diē. ſeu priusq̄ appulſum me audiat atq; deſyderet, ne corpus formoſum lachrymis corrumpat. Ad hæc illa ſtatim magno deorū iureiurādo iurauit, quo facto uinū in amphoras hauſit, farinaq́; quantū opus culleos ex pelle conſutos impleuit. At Telemachus inde domū ꝓficiſcitur ꝓcos allocuturus. Minerua interea ipſi Telemacho aſſimilata urbē totam pererrat, ſocios nauales hortatur, ut ueſperi apud nauē conueniāt iubet. Sol interim occidit, umbræq́; uias omneis occupāt. Tūc nauē ad mare traxit, ac arma cūctamq́; ſupellectilē in ea poſuit, quæ naues ferre ſolēt, eāq́; in extrema portus parte ſtatuit, circaq́; ſocij aderāt cōgregati, quos oēis dea eſt adhortata. Hæc alia cū egiſſet, tū ad domū ꝓperat Vlyſſis ubi procis finē bibendi poſuit, dulcē deinde ſomnū iniecit, quo iam grauatis pocula è manibus excidebant. Itaq́; nō diu morati domum quiſq; per urbem repetit, cubitumq́; ſe recipit. Eadē inſuper Mentori aſſimilata, Telemachum ex ædibus regijs ad ſe cōpellat: Telemache

Euryclea reſpōdet

Solatur Telemachus Eurycleā

Mineruæ ſollicitudo

mache, inqt, iã socij nauales remos accincti, uti soluas expectant, itaq; iam eamus, ne mora diu simus itineri. Sic ait: statimq; prima uiã ingressa est, ille subsequitur

Telemachus socijs

Vbi uero ad mare puenerũt, socios præstolãtes offenderũt, qbus Telemachus ait: Venite fidissimi, cibaria necessariaq; naui imponamus, iã domi cõgregata sunt oĩa: Mater enim mea, cæteræq; famulæ hæc ignorant præter unã. Sic dicẽs præit, illi subsequuntur: cũctaq; simul ferẽtes ut erat iussum naui imposuere. Post hæc Telemachus ratẽ conscẽdit, Minerua deinde clauum tenẽs in puppi sedet, illeq; itẽ iuxta: ambo autem oram soluerũt. Postremo reliqui transtris ordine cõsederũt, quibus dea zephyrum prosperũ quidẽ flatum immisit. Telemachus uero socios arma expedire iussit, illi obtẽperantes statim malum abiegnũ media in naui erigẽtes statuere, inferiusq; basim rudẽtibus alligauere. Vela deinde alba tractis rudẽtibus pandũt: turgẽt me-

Nauigatur

dia flatibus, fluctus circa carinã euntẽ obmurmurant, quæ uiam fœliciter secans pcurrit undas. Armis demũ naui alligatis, crateras statuunt & uina coronãt, libantq; dijs immortalibus, ac primũ Mineruæ. Nocte igitur tota usq; ad auroram in itinere fuerunt.

¶ Ausonij poetæ, in. III. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

IAm Sol Oceano radiatos prompserat ortus.

¶ Telemachus Nestorẽ de patre percunctatus, nihil noui accipit ab ignorãte: uerũ idẽ senex sequenti die cũ Pisistrato filio, vt ad Menelaum pgat hortatur: nec mora, facto consilio, nocte quippe ea quæ consecuta est apud Pheras oppidum hospitio Dioclis versati, altera Lacedæmonẽ puehunt.

SOL

ODYSSEÆ

Liber Tertius

SOL maris interea exurgit pulcherrimus undis.
Cœlicolis terrasq; iubar laturus in oēs
Pars Pylon accedunt præclaram Nestoris urbem.
Pars tibi nigrantes mactant Neptune iuuencos.
Accincti, statuuntq; nouem per littora sedes
Cuilibet, & totidem tauros posuere sacrantes.
Ac quinquageni residebant ordine nautæ.
Viscera mox pandunt: Neptuno cætera torrent.
Ast alij recta ducunt ad littora nauem,
Vela legunt, dulci demum potiuntur arena.
Telemachus mox descendit, cui diua Minerua
Dux erat, ac illum sic est affata uerentem:

Telemache, nō opus uerecundia uel tantulum: Hac enim de causa pontū nauigasti, ut de patre ubi terrarū sit, aut quod fatū sit sortitus pcuncteris. Nunc age recta ad Nestorē contende, ut si quod in senis pectore consiliū latet, illū obsecra ut uera referat: à mendacio profecto procul est, cum magnopere sapiat. Cui ille: Mentor, inquit, quonā modo ipsum pcunctabor? nondum in uerbis cultus, aut in dicēdo exercitatus. Pudor præterea hoīem iuuenē senē interrogare. At illa: Telemache, inquit, alia quidem in pectore tibi mens, alia uero tibi deus suggeret ac monstrabit. Nō enim te ut frustra

Minerua Telemacho

Telemachus Mineruæ

frustra dijsq; inuitis,natũ ac nutritũ existimo. Sic di-cens *prima uiam arripuit, ille subsequitur.* Ad hoĩm tandẽ Pyliorum *frequentiam sedesq; perueniunt.* Hic Nestor *cũ alijs considebat. Circa uero socij conuiuiũ parantes carnes assabant. Alij uerubus trementia fi-gunt. Qui cum primum aduenas conspexere, confer-tim oẽs obuiam procedentes dextris consalutauere, deinde sedere iusserunt.* Primus Pisistratus *accedens amborum manum prætendit, mensæq; iuxta adhibuit, ac in mollibus puluillis supra maris arenas inter* Thra-*symedẽ patruum, patremq;* Nestorẽ *locauit, partesq; uiscerum apposuit, uinum præterea in aurea patera fudit.* Deinde *uerens* Mineruam *multis alloquitur:* Li-*ba hospes regi* Neptunno,*quo iuuante huc uenientes in has epulas incidistis.* At *postq̃ libaueris ac noueris uti fas est, da huic itẽ alteri pateram pariter ut bibat: Nam & hunc puto deos oportere orare, cum omnes homines dijs indigeant.* Verũ *quod iunior sit & mihi coæuus, tibi primum aureum poculum dabo.* Sic ait, *ac manibus pateram uini dulcis præbuit.* At Minerua *ex hoĩes æquitate ac sapientia gaudebat, quod ei pri-mum paterã dedisset, statimq;* Neptunũ *orauit:* Audi Neptune,*inquit, nobis uolẽtibus sis ꝓpitius, et quæ pe to perfice,* Nestori *primũ ac filijs gloriam tribue, de-inde alijs* Pylijs *oĩbus inclytæ hecatombæ præmiũ gra tum.* Da *deniq;* Telemacho *mihiq; ea exequi, quorum gratia huc applicuimus.* Vbi *autem hæc orauit, ac cun cta ex ordine perfecit,* Telemacho *pateram ut ipse si-*

Recipiũtur hospitio

Pisistrati erga pere-grinos hu-manitas

militer

militer oraret præbuit. At illi quos supra memoraui circa Nestorē esse, postquā carnes assauere ac exigue eripuere, in partes diuiserunt, postremo comederunt. Postquā uero potus cibiq; cōpressa libido, Nestor sic cœpit: Nunc demum pulchrius hospites percunctari quinam sint, quando ex cibo sunt exhilarati. Hospites cuiates estis? quò per liquidas uias tēditis? an ob usum aliquē, uel potius frustra errantes, ueluti prædones p mare currentes, mortis periculum adeuntes, ut alijs incōmodum ferant? Cui Telemachus sapiens fidensq; animi (nam Minerua ei audaciam dederat, ut de absente patre prompte interrogaret) sic respondit: O Nestor, ingens Achæorum gloria, rogas unde sumus? Ego uero dicam: Nos ex Ithaca huc naui aduecti sumus, causa est nequaq̄ publica, sed priuata. Patris mei Vlyssis famam uenio sciscitatum sicubi audiuero, quē quandoq; dicunt tecum petentem Troianorum urbem expugnasse. Alios quidē omneis quot cum illis pugnauere, qua in parte quilibet perierit audiuimus, illius tantū fatum inauditum ac indeprensum Iuppiter esse uoluit. Nullus enim manifesto dicere potuit ubi gentiū extinctus fuerit, siue in terra ab hoibus iniquis deprensus, siue in mari inter fluctus Amphitrites. Huius igitur rei gratia tua nunc genua peto, si uolueris illius fatū miserabile referas, sicubi tuis oculis uideris seu ex aliquo errante forte quicquā de illo, quē profecto miserum genuit mater, audiueris. Ne, quæso, me uerere mœstum reddere, aut mei misericordia desiste,

Nestor aduenis

Respondet Telemacho

sed oro

sed oro dic ordine sicubi uideris, si meus unquã pater Vlysses uerbo tibi uel opa gratus fuit in populo Troiano, ubi multa simul passi estis incõmoda. Horũ igitur nũc reminiscere, ueraq; mihi fare. Huic cõtra Nestor

Nestor Telemacho O nate, inquit, postq̃ laborum meministi, quos Achæi apud Troiam uiribus exerciti tolerauimus, si quidem oĩa narrauero quæ in nauibus errantes circa prædã, ubi Achilles dux erat, uel quanta circa ædis Priami pugnando gessimus, ubi tot fortes ceciderunt, ubi item Aiax fortissimus iacuit, ubi Achilles, ubi Patroclus, ubi deniq; meus filius charissimus Antilochus in pugna simili, et cursu præstantissimus, ac alia quidẽ multa in his passi sumus, qs oĩa sermone ꝓsequeretur? Non ꝑfecto si annis quinq; sexue dicẽdo ꝑseuerares, nunq̃ quot mala sunt passi Achæi referre poteris: uerũ tristitia prius affectus in tuam patriã reuertaris. Annis nouẽ circa Troiam oĩbus insistendo dolis mala struximus: uix tandẽ Iuppiter finem dedit. Nullus hic ingenio consilióue Vlyssi æquiparari ualuit, quod dolis oĩbus cæteros antecelleret ille pater tuus, si uere illius es proles: nam similitudinẽ eius quandã præ te ferre uideris ex ipso ornatu decoreq; uerborum. Nullum enim diceres iuniorẽ tam apte decoróq; loqui sermone. Hic igitur ego & Vlysses dũ simul eramus, nunq̃ in concionibus aut consilijs diuisi animo aut sententia fuimus. sed unam ambo mentem retinentes, Argæis in medium quod optimum factu esset consulebamus. At postq̃ Priami ciuitatẽ expugnauimus, naues conscen-

dimus

dimus, deus Achæos disperſit. Tunc Iuppiter animo pnicioſum ipſis reditũ excogitauit, quod minime ſapientes, minimeq́; iuſti eſſent oẽs: quamobrem multi ex ipſis exitu malo perierunt ob Palladis iram, quæ inter Atridas fratres diſcordiã poſuit. Ex quo illi in colloquiũ omneis cõuocarunt Achæos, ſole iam occidente, nõ quidẽ ordine: Nam & uino grauati de rebus conſultaturi uenerũt, quarũ gratia cõgregati erant. Hic Menelaus in primis iubet oẽs ꝑ latum mare reditum ſpectare, ac domus reminiſci: at Agamẽnoni nequaq̃ ſententia placuit: Cupiebat enim populum retinere, ac ſacras facere hecatombas, ut Mineruæ iram placaret: ſtultus, q nõ uidebat id nõ poſſe perſuadere. Non enim deorũ immortaliũ mens aut conſilium facile mutatur. Dum igitur duris inter ſe fratres uerbis contendunt, Achæi uoce fremẽtes magna ſimulq́; diſcordes, bifariam ſententijs diuiſi ſunt. Nocte quidẽ ea dormiuimus dura mẽtibus inter nos uoluentes: Iuppiter inſup incõmodum parabat. Mane quidẽ naues in mare traximus, bonaq́; ac mulieres impoſuimus: Pars noſtrũ dimidia ſeſe cõtinentes cum Agamẽnone remanſerũt pars altera per pontum dei munere quietum uelociter adnauigantes peruenimus in Tenedum, ubi ſacra dijs fecimus, domum redeuntes. Iuppiter autem animo ſæuus reditum minime permittebat, qui ſecundam rurſus inter nos contentionẽ excitauit. Nam qui cũ Vlyſſe erant, iterum nauẽ aſcendentes ad Agamẽnonem retro redierunt. At ego cum uolẽtibus nauibus, quæ me

De Græcorũ diſſidio

Diſcors nauigatio Græcorũ

sequebantur fugi: quod multa nouerim quæ deus meditabatur: Fugit & strenuus Tydei filius Diomedes, socios insuper excitauit. Sero autē post nos uenit Menelaus, in Lesboq; longam adhortantes nauigationē inuenit, ut uel infra Chium ad insulam Psyriam sinistrorsus uel supra Chium iuxta Mimanta tenderemus Orauimus autē deum, uti signum portentúmue ostenderet quà potissimum ingrederemur: at ille nobis monstrauit, iussitq; medium secare pelagus in Eubœam, ut incōmodum uelociter uitaremus. Cœpit autē stridulus flare uētus, ex quo celeriter piscosum diuisimus pontū, atq; in Geræstum nocte applicuimus: Neptunno quoq; taurorū crura multa obtulimus, magnum emensi pelagus. Quartus erat dies quando apud Argos socij Diomedis naues firmauere. At ego Pylum tenui: nec unq̄ secundus desijt uentus, ex quo illum Deus excitare cœpit. Postquā uero in patriam inscius inauditusq; pueni nate charißime, qui ex Achæis seruati sunt, quiue perierint nō satis noui: quæcunq; autē in nostris residens ædibus audiui, quantū fas est docere, nō te celabo. Myrmidonas namq; dicunt oīno incolumes peruenisse, quos Achillis præclarus filius duxit. Incolumem itē Philocteten Pœantis nobilem filiū: omneis deniq; socios Idomeneus in Cretam reduxit, qui ex bello fugerunt, nec ullus p ponti tēpestatē desyderatus. Atrides quoq;, ipsi audijstis separati ab alijs existentes, quò puenit, & quomodo Ægisthus ei necem intulit amarā Verum pulchre pœnas repetijt, cum filium optimum

Græci q incolumes redierunt.

relique

reliquerit, qui parentem ulciſcens interfectorem doloſum trucidauit. Sed & tu nate chariſſime (gaudeo namq; te & magnū & decorum) fortis eſto, ut te nepotum aliquis commēdet. Ad hæc Telemachus inquit O Neſtor ingens Achæorū gloria, pulchre quidē ille patrē eſt ultus, unde Achæi decus illi & honorē maximū ferent, famamq; ac præconiū poſteris tradent. Vtinam mihi dij uires eas præberent, ut poßim deteſtandam procorū audaciam plectere: q mihi inſultantes, indigna cōtinuo perpetrant facinora. Verū nondū mihi patriue meo dij opes tales abſtulerunt, nunc tamē tolerare opus. Cui Neſtor: Dilecte, inqt, quando hæc memoraſti, ferūt matris tuæ gratia multos in ædibus tuis procos te inuito eſſe, malaq; multa irrogare Dic quæſo, an uoluntarius uinceris, an te ciues odio pſequuntur in populo, dei uaticiniū ſequētes? quis nouit ſi uel ſolus uiribus fretus eos ille reuertēs puniet, an oēs ſimul Achæi? Si enim te Minerua curabit, ꝓcul dubio & Vlyßis curam geret in populo Troiano, ubi multa ſimul paſſi ſumus. Nō enim adhuc uidi deos ita quemquā curantes, ut Minerua Vlyſſi manifeſte aſtitit, quamobrē ſi te pariter amare uelit, & curam aīo tui geret, unde facile aliquis illorum nuptiarum obliuiſcetur. Cui Telemachus: Nondū ſenex, ait, hoc pſici poteſt, rē profecto ualde magnam miramq; dicis, nec mihi ſperanti ullo modo ſucceſſuram, uel ſi dij ipſi uoluerint. Ad hæc Minerua: Quod, inquit, ex ore tibi uerbum excidit? facile deus uolens uel procul hominē

Telemachus Neſtori.

Neſtor Telemacho

Telemachus.

Minerua.

Volēte deo nihil eſt difficile.

ſeruabit. Malim ego labores paſſus multos in patriam tandē incolumē reuerti, quā facile domū contingentē perire, ut Agamēnon dolo uxoris & Ægiſthi periјt. Sed profecto fatale exitiū nec ipſi homini quanq̄ cha riſſimo, uolent auferre: quando ſæua Parca mortis inimicæ iubet. At Telemachus: Mentor, inquit, nondū hæc memoremus, q̄uis pia ſit cura, nam illi non ſatis adhuc exploratus reditus: quin potius dij mortē ei ac fatum excogitaſſe uidētur. Nunc aliud uolo Neſtorē interrogare, quod is et iuſtitia et ingenio cæteris præſtet. Tribus enim hoīm generationibus imperaſſe dicunt, ex quo mihi cū immortalibus loqui conſyderareq́; placet. O Neſtor, dic quæſo uerū, quomodo Agamēnon periјt? ubinā Menelaus erat? q̄d ei fatū doloſus intulit Ægiſthus, quū longe uiribus fortiorē interfeciſſet? an non Argis erat, ſed alibi inter hoīes errabat, quod ſic illū audacter ſit aggreſſus? His Neſtor reſpondēs: Tibi nate, inquit, cuncta uera loquar, hoc enim exiſtimo quod & profecto accidiſſet, ſi uiuentē Ægiſthum in ædibus Menelaus ex Troia reuertēs offendiſſet, nō profecto morientem ſparſa ſupra humo circūfudiſſet. ſed in campo iacentem procul Argis canes auesq́; diſcerpſiſſent, nec ulla Achæarū fleuiſſet, quum factum maxime deteſtatæ ſint. Nos enim apud Troiam eramus multa obeuntes certamina: Ille uero quietus in penitiore Argo ſeſe cōtinebat, multis Agamēnonis uxorē delinire cupiens. At dia Clytæmniſtra prius mente utens bona, rē probroſam deteſtabatur, abnue-

Telemachus Neſtori.

Neſtor Telemacho de Ægiſthi adulterio

abnuebatq́;,quod iuxta præceptor & philosophus ad-esset,cui Atrides Troiam petẽs ad uxorem seruandã multa mandauerat: Verum quando deorũ fatum eam uicit,tunc præceptorem in desertam mittens insulam, auibus cibũ rapinamq́; reliquit. Hanc demũ uolunta-riam Ægisthus in domũ traduxit suam, multa anima-lium crura sacrificijs aßari apud altaria: multas item statuas,simulachra & aurũ suspendit, ut magni uoti cõpos quod nunq̃ sperauit. Nos autẽ ex Troia reuer-tebamur ego & Atrides,eadẽ & amica inter nos sen tientes. At quum in Sunium sacrũ Athenienſiũ pro-montoriũ peruenimus,hic Apollo Menelai guberna-torẽ suis uelocibus sagittis peremit,clauum currentis carinæ in manu tenentẽ Phrontem Onetoris filium: qui in regenda naui,cũ procella irrueret, cũctis præ-cellebat hoĩbus. Atrides autẽ quanq̃ iter accelerans hic aliquandiu substitit, ut socio sepulchrum iustaq́; faceret. At ubi ille p pontum nauibus pergens Mali-ensium promontorio allisit,tunc Iuppiter horrendum iter excogitans,uentorũ stridentium flatus excitauit qui resonantes fluctus instar montiũ in sublime tule-runt. Hinc ille secans iter, naues Cræte propinquas reddidit. Prominet autẽ in ponto in extrema Gorty-nos urbis parte saxũ altißimũ, hic notus ingentẽ un-dam in læuum promontorij cacumen usq; Phæstum im pulit. Huc igitur uiri uenere,ac de industria periculũ uitauere:naues uero usq; in specus fluctus cõpulere. Quinas tantũ ex illis uentus undaq; in Ægyptum di-

Phrontis naucleri obitus

uere, protinusq; dant manibus famuli lympham, craterasq; uino coronãtes oĩbus præbent, à pateris incipientes, linguas igni torrẽt, surgentesq; degustant. Vbi uero libarunt, potaruntq; quantũ cupijt animus, tunc Minerua & Telemachus ambo ad nauẽ redire cubitũ statuebant. Verum illos Nestor cõtinuit, uerbisq; castigans: Iuppiter, inquit, dijq; reliqui hoc nõ faxint, ut uos ad nauẽ reuertatis, à me discedentes tanq̃ paupere oĩno, & cui nec lænæ neq; stragula sint, aut ulla penitus facultas hospites molliter lecto excipiẽdi. Apud me uero et lænæ sunt & stragula pulcherrima. Nunq̃ igitur me uiuo Vlyssis filius in nauis sentina dormitũ ibit: Nam domi meæ pueri sunt relicti, qui hospites ad meas ædeis diuertentes excipiendi curam habeant. Cui Minerua: Probe quidem ò senex, inquit, locutus es. Te namq; Telemachum in primis adhortari oportet: nam longe sic melius. Is enim nunc te sequitur, ut in tuis ædibus cubet. Ego uero ad naues ibo ut socios adhorter, ac singula narrem, solus enim senior inter eos existo: cæteri Telemacho coæui iuuenes me ob amorẽ sponte sequuntur. Itaq; ibi ego in naui dormiã. Quũ primũ uero illuxerit, ad Cauconas magnanimos tendam, ubi mihi pecunia debetur nõ quidẽ noua neq; pauca. Tu autẽ ubi domum abieris tuam, cum Telemacho currumq; filiumq; tuum, equos quoq; cursu leuissimos & robore probatos Spartam mitte. Minerua sic locuta statim abijt, fulicæ similis, ex quo stupor omneis inuasit: admiratus & senex, Telemachumque manu Dispar et Minerua

trahens sic alloquitur: O nate, non te iam puto ignobi lem, neq; sine præsidio esse, quando te iuuenẽ dij duces comitantur. Nõ enim alius deorũ quã Minerua tritogenia hæc fermè est, quæ patrẽ optimũ apud Argos ueneratur. Sed ò regina præsens mihi sis, daq; decus et gloriã mihi in primis ipsi, deinde filijs ac pudicæ uxori. Tibi mãq; iuuencã indomitã lata fronte, quámue nullus adhuc iugo subiecit, cornibus auratis mactabo. Sic ait implorans. Hũc audijt Minerua. Nestor deinde filios & generos secũ ducẽs ædeis spatiosas petit: quò postq̃ peruenerunt, deinceps ordine in sedibus ac thoris constiterunt. His igitur ille craterẽ uini dulcis præbet, quod anno undecimo proma releuit, ac pleno dolio soluit. Hunc itaq; offerẽs multa Mineruæ uouit Vbi uero libarunt biberuntq; quantum iussit aius, reliqua inferior turba domũ quisq; redijt. Telemachũ uero Nestor in lectos pulchre distinctos & affabre laboratos cubitũ sub porticu duxit: iuxtà uero Pisistratum uirorũ præstantißimũ, qui minor inter filios domi erat. Ipse uero in domus altæ penetralibus dormijt. cui regina uxor lectũ cubileq; porrexit. Aurora uero apparente Nestor è stratis surgit, ac ueniens supra lapides quadratos sedit: hi ante altas iacebant portas albi quidẽ ac claro uibrantes liquore. supra quos prius Neleus heros fortissimus sedit: postquã uero à Parca domitus, ad inferos descẽdit, Nestor sceptra tenẽs, rursus cõsedit: circa uero filij cõgregati astabãt è thalamis pdeuntes Echephron, Stratius, Perseus, Aretus ac Thra

Nestor Telemacho

Itur cubitũ

ac Thrasymedes: quos inter Pisistratus sextus heros uenit. Hi igitur Telemachū ducebant: quibus Nestor sic ait: Filij charissimi maturate meū implere desiderium, ut q̃primum ante oĉis Deos Mineruā placemus, quæ ad meū festum conuiuiū manifeste uenit. Sed & aliquis in agrum eat è uestigio nunciatū bubulco, ut huc bouem ducat: alter Telemachi socios omneis uocatum ad nauem tendat, linquatq; solos duos. Alius itē Laercē aurificem huc uenire iubeat, ut bouis cornua inauret. Alij quoq; frequentes dicite intus ancillis, ut in magnificis ædibus conuiuium parent, sedes, ligna, aquā deniq; lucidā ferant. Sic ait: illi iussa faciunt. Bos subito ex agro uenit: ueniūtq; Telemachi socij ex naui: uenit demū aurifex arma manibus fabrilia artis ministra tenens, incudē, malleū, forfices, quibus aurū induxerunt. Venit & Minerua uota exaudiens. Nestor uero aurū præbuit, deinde cornibus faber induxit ut dea simulachrū hoc uidens, gratū haberet. Bouem cornibus ducunt Stratius & Echephron. Vas lauādis manibus in pulchro lebete Aretus è thalamo ferens sumpsit: alia famula molas è canistro, securim uero Thrasymedes acutā in manu tenens bouē pcußit. Perseus autē uas ad sanguinē excipiendū habebat. Nestor uero peluim & molas administrabat, multáq; Mineruam orabat, primitias tribuens, capitis crines igni iniiciendo. At postq̃ orauit & molas iecerunt, statim Thrasymedes iuxta stans securim impulit, uenasq; ceruicis boui incidit: uiribus ille statim defecit. Nestoris

Nestoris filij, patris iussu Mineruæ sacrū apparant.

autem filiæ nurusq; & uxor pudica Eurydice maior natu filiarum Clymeni ulularunt. Ille deinde bouē ex humo corripientes temere, Pisistratus cōtinuo iugulauit, unde largus & nigrans effluxit sanguis: Ossa demum anima destituit. Post hæc eum in partes diuidunt, operiuntq; nidore, duplicata ac cruda igni imponentes, senex sub lignis torrebat, deinde uinū libant. Iuuenes autē circa astantes lintea manibus tenebant. Postq̄ uero cocta sunt & uiscera effusa, in partes diuidunt: alia quoq; uerubus figunt, assantq; igni, ueru in manibus tenentes. Tunc Telemachū lauit pulchra Polycasta, ultima natarū Nestoris. Postq̄ autē eum lauerunt, oleoq; unxerunt, tunicā ei ac palliū iniiciūt. Surgens postea è lauacro, Diis similis iuxta Nestorē cōsedit. Carniū igitur superioribus assatis accūbunt: ministri uinū in pateris fundebant. Vbi uero edendi atq; bibendi cupido compressa est, Nestor inter alios: Nati, inquit, mei ite, crinitos equos currbius iungite, atq; huc Telemacho adducite ut iter pagat. Illi subito obtemperantes, equos è uestigio celeres curribus iungunt. Mulier proma panē uinumq; prompsit, obsonia item qualibus reges uesci solēt. Inde Telemachus biiuges ascendit: iuxta Pisistratus cū eo curriū manu regens, flagello equos impulit. Illi uoluntarii citiq; uia uolauere. Linquuntq; Pylum oppidū amœnum, equiq; totam diē iugum ferētes agitati sunt. Iamq; sol occidit, uiæ tenebris opplentur. Pheras uenerunt, Dioclei domū Ortilochi filii quē Alphæus genuit. Hic demū

Telemachus proficiscitur ad Menelaum

nocte

nocte dormierunt: Telemachus autẽ hic & onera posuit. Vbi uero illuxit, equos rursus curribus iungunt, rursusq; cõscendũt, flagello cõpellunt. Illi alacres ire pergũt: in campũq; ruunt frugiferũ. Itinere prope absoluto sol occidit rursus: uias occuparunt tenebræ.

Finis Libri Tertij.

¶ Ausonij poetæ, in. IIII. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

IAm mq; adeo uentum validæ ad Lacedæmonis arces.

¶ Telemachum & qui cum eo venerant, Menelaus comiter hospitio accipit, saneq; sub vespera quædã de Vlysse cognoscunt. Die vero altera totũ nauigationis ordinẽ Menelaus explanat. Quodq; in Ogygia insula promissis & illecebris nymphæ Calipsonis Vlysses remoraẽ, exponit. Quę quidẽ Proteus eidẽ narrauerat de Gręcorũ ducibus requirenti. Proci autẽ postq̃ de habitu Telemachi cõpererunt, instructa, deductaq; naui viginti qui sese legerant nauigauere, redeũti insidias molientes. Circa Asteriã ergo insulam (quæ Ithacã Samumq; interiacet) delitescentes occasionem fraudis expectant.

ODYSSEÆ
Liber Quartus.

HI tandem piscosam incuruamq; Lacedæmoniam contigerunt, ac apud domum illustris Menelai diuerterunt: Quem conuiuium nuptiarum nati ac natæ multis annis celebrantem offendunt. Natam Achillis filio mittebat, ut apud Troiam simul olim conuenerant, quod Dij coniugium fecere. Hanc itaq; cum equis & curribus ad Myrmidonum urbem, ubi ille regnabat, mittebat. Filius autẽ, è Sparta Alectoris

ctoris filiam duxit. Is enim Megapẽthes fortissimus erat, ultimus ei ex serua natus: cũ Helenæ Dij partũ nõ dedissent post Hermionẽ, quam ab initio suscepit, forma Veneri parẽ. Igitur in amplis ædibus uicini & coæui Menelai lætantes epulabantur, inter quos diuinus cantor lyrã pulsabat. Diui uero in medio ipsorũ cantando saltabant. At Telemachus simulq; Pisistratus in ædium uestibulo unà cũ equis stabant, quos ubi Eteoneus Menelai sedulus seruus procedẽs uidit, statim regi nunciare properat: Quidã hic hospites, inquit, o Menelae uiri duo adsunt, è genere uti uidẽtur Iouis maximi. Dic igitur nobis, eis ueloces soluamus equos, uel alio mittamus ire quo uolent. Excipiẽs Menelaus eum uerbis increpuit: Non adhuc puer fuisti, bone Eteonee, uerũ nunc incipis puerilia loquẽs: Nos enĩ huc uenimus p multa hospitia, multaq; absumpsimus aliena ædendo, atq; utinã Iuppiter laborũ finem fecerit. Sed iam equos hospitiũ solue, ac ipsi ante oĩa cura discumbant. Sic ait: ac simul ex ædibus prodijt, aliosq; ministros q sequerentur uocat. Hi equorũ spumantia colla soluerũt, deinde eos equinis capistris iunxit. Zeas præbuit cũ albo simul ordeo mixtas. Currus uero post muros primæ domus partis locauerunt. Ipsos deniq; in domum illustrẽ introduxerunt, qui uidentes admirabantur sumptus regios ac splendorem. Erat enĩ par solis aut lunæ fulgori rutilãs ipsius Menelai domus. Postq̃ uero oculis uidendo exatiati ac lætati sunt, ad nobile lauacrum ire pgunt lauãdi gratia quos

Iubet Menelaus aduenas hospitio suscipi.

quos ubi famulæ lauerunt, oleoq; unxerunt, lenis accommodis ac tunicis operiunt, thorisq; iuxta Menelaũ ſedere iuſſerunt. Miniſtra deinde gutturniũ cum aureo opiſtodocho ſupra argenteũ lebetẽ ad lauãdas attulit manus, iuxtaq; menſam elegantẽ parauit, panem proma pudica ferens appoſuit, epulas deinde plures addidit aſſiſtentibus gratificãs. Chironomon uero manu ſuſpẽſa carnis oĩs generis, repoſitoria ſimul & aurea pocula poſuit. Hos itaq; ambos ſic Menelaus demonſtrans ait: Sumite cibũ, gaudete, uos deinde ſaturatos interrogabimus qui hoĩes eſtis: non enĩ ignobiles aut ignaui tales producerent uiros. His dictis, bouis humeros pingues aſſatos, qui ei honoris gratia appoſiti fuerant, ſumẽs in manibus, ante illos poſuit: Ipſi uero parati manus extenderũt. Poſtq̃ potandi & edẽdi cõpreſſa libido, Telemachus Neſtoris filiũ prope ad aurẽ accedens, ne audirent alij, ſic alloquitur: Cõtemplare Piſiſtrate mi iucũdiſſime æris fulgorẽ, ac ædeis auro, electro, argento, & ebore coruſcantes: talem Iouis puta intus aulam: quot immenſa mirandaue uidentes retinent? Sic igitur loquentẽ Menelaus intellexit: eosq; uocãs ſic affatur: Nate chariſſime, cũ Ioue quidẽ nemo certauerit. Eius nãq; & domus & opes immortales exiſtunt: ſed mihi mortaliũ nemo deinceps certauerit: quippe q multa paſſus, multaq; perrans nauibus tuli, & anno demũ octauo redij, Cyprum, Phœniciam, Ægyptios peragrans, Ad Ætiopas & Sidonios & Erembos & Lybiam perueni, ubi agni ſubito cornibus

Telemachus Piſiſtrato.

Menelaus aduenis labores ſuos enarrat.

nibus uestiti existunt, oues ter in anno toto pariunt. Hic neq; rex, neq; pastor caseo carneue aut dulci carent lacte: uerum toto abundant anno, donec ex illa regione multã cogens abstuli gazam: fratrem interim alius mihi clam ex improuiso diræ uxoris insidijs interfecit. Quàm igitur nõ lætus hæc poßideo: & hæc quidem uos à patribus, si qui extant, audire potestis, quemadmodũ multa sum passus, & domum frequentẽ multisq; ac pulcherrimis rebus refertam perdidi: quorum utinam tertiam partem nunc habens habitarem, & homines salui essent, qui apud Troiam procul ab Argis perierunt. Attamen cunctos ego plorãs querensue, sæpe in ædibus nostris cõsideo, quandoq; mentem querelis oblecto, quandoq; quiesco. Breuis est enĩ acerbi luctus satietas. Sed quanq̃ omneis desidero, nullus tamen me magis angit q̃ unius fatum, q somnium cibumq; mihi eripit recordanti: quoniã nullus Achæorum ita est afflictus aut dira paßus ut Vlysses: unde ipsi gloria perpetua, mihi angustia immortalis est futura: illius inquam me dolor sollicitat, quod diu uideã absentem, nec sciamus uiuatne an interierit. Flent itẽ illum & Laërtes senex & frugi Penelope & Telemachus, quem natu paruum in domo reliquit. Sic ait. At Telemacho patris memoria lachrymas excitauit: itaq; ora in terram flectens, lænam purpuream ob oculos utraq; manu opposuit: quod Menelaus animaduertẽs animo uoluebat, an patris illum sineret sponte reminisci, an uero ipse potius interrogaret, singulaq; loqueretur.

queretur. Dum hæc animo agitaret, Helena interim ex thalamo odorato sublimiq; prodijt, Dianæ aureis or natæ sagittis similis. Cui Adraste thorum pulchre la boratum apposuit, Alcippe tapetum molli uellere tu lit, Phylo argenteũ calathum, quẽ ei donauit Alcan dre Polybi uxor, qui Thebis Ægyptijs habitabat, mul tasq; domi opes possidebat, is Menelao duo argentea labra, duos tripodes, & decẽ auri talẽta dedit. Sed & præter hæc eius uxori Helenæ pulcherrimæ dedit au reum colum, & rotundũ argenteumq; calathum, eum quẽ ei Phylo attulerat, cuius labra auro distinctã erãt in hoc filũ erat elaboratum. Colus itẽ uiolaceã habẽs lanam iacebat. Sedit igitur in thoro, sub pedibus sca bellum habens: deinde uirum percunctari singula cœ pit: Scimus Menelae, qui uirorum hi se gloriãtur esse qui nostram petierunt domum: mentiorne an uera lo quor? dictat tamen animus: nunquam enim simili ui di forma neq; uirum neq; fœminam, tantáq; uenusta te q̃ mihi uidetur similis Telemacho Vlyßis filio, quẽ paruum ille domi reliquit, quando mea caussa Achæi Troiam petierunt, bellum audacissimum gesturi. Cui Menelaus sic inquit: Et ego coniunx uti tu existimas puto. Illius enim sic pedes, manus, oculorum aculei, ca pitis uertex, deniq; crines erant. Quin ego nunc in memoriam illius ueniẽs, libenter commemorarem quot ille circa me dolores est passus: uerum huic uideo la chrymas fluere, ac lænam ante oculos positã: Sic ille. Pisistratus uero ad Menelaum uersus: Atride, inquit, uera di

Helenæ ornatus

Helena cũ Menelao de aduenis fabulantur

Pisistratus quinã sint edicit.

uera dicis, illius hic filius est. Verũ sapit, animoq; indignatur si statim iactabũdus coram te ueniat, cuius nos uoce tanq̃ dei lætamur: quin & me Nestor pater comitem ducemq; itineris ei dedit. Cupit namq; ille te rogitare, si q̃d ipsum aut uerbo aut opera iuuare possés, cum magnopere domi ob patris absentiã angatur, nec multos habeat adiutores: nec in populo facile reperiuntur q̃ hoc malũ expellant. Ad hæc Menelaus: Me miserũ, inquit, quã mihi amici filius nostrã petijt domum, q̃ mea de causa tot prælia laboresq; adiuit, & illum ante alios Argæos cupiam reuertentẽ. Nam si nos Iuppiter ambos incolumes cũ nauibus redire p̃misisset, ille cum filio oĩbusq; bonis ex Ithaca discedens apud Argos habitasset, urbẽq; & domos exædificasset: unã ex his quæ circa sunt, & à me dominãtur sibi deligens. Hic igitur simul existẽtes cõmixti essemus, quos cõcordes gaudentesq; nihil unq̃ diremisset, prætérquam dies mortis extrema: sed hæc inuidiam ipsi deo factura erãt, qui illum solum miserum reditu priuauit. Sic ait: at cunctis luctus est exortus. Flebat Helena regina, flebant Telemachus & Atrides: neq; Pisistratus siccis erat oculis: succurrebat ei Antilochi fratris mors, quẽ Auroræ filius Memnon illustris interfecit. Huius igitur reminiscẽs sic ait: Atride, meus pater Nestor, cum de te domi mentio inter nos incidit simulq; disseruimus, te præter cæteros sapientem appellat, & nunc si quid reliqui est indulge mihi. Non enim ego post epulas libenter lugere soleo, uerũ nunc

Menelaus dolet Vlyssem absentẽ

Pisistratus Antilochũ luget.

usq; ad

usq; ad auroram libenter fleuerim eum, qui fortiter occubuit.

Hæc tantum in luctu miseræ solamina genti
Attondere comam, lachrymasq; ex ore ciere.

Eteni meus extinctus est frater Antilochus, *nō quidē Achæorū pessimus, quē tu facile uidere potuisti, ego uero minime: dicunt enī eum & armis & cursu & dextra præstitisse.* Cui Menelaus: O *dilecte, inquit, qn̄ tot dicis, quot uir sapiēs uel maior natu diceret aut faceret: clarus enim ualdeq; notus filius eius est patris, cui & nascēti & uxorē ducenti* Iuppiter *opes ac sapientiam dederit: sicuti nunc* Nestori *tribuit affatim cunctis diebus ipsum quidē molliter in ædibus senescere, filios itē prudentes aīo esse, ac in bello fortes.* Verum *nūc res præteritas flere desinamus: epulas deinceps spectemus, manibus aqua detur, inter me ac* Telemachū *sermo usq; ad aurorā uersabitur.* Dixit, *& statim* Asphalion *sedulus* Menelai *minister dat manibus lymphā.* At *illi obsonijs paratis manus extenderunt.* Helena *uero cū alia nouerit, tū uino qđ potabat pharmacum iniecit, oīs iræ dolorisq; obliuionē inducens: qđ si quis in cibo sumpserit, eo die nunq̄ lachrymas fuderit, nō, si mater ac pater ei interierint, charūq; fratrem aut filiū coram interfectos uiderit.* Tale *igitur pharmacū* Helena Iouis *filia bonum admodum, & ad mentem consiliumue faciens habebat, qđ ei* Polydāna *uxor* Thoni *Ægyptia præbuit, cui multa huiuscemodi terra ferax affert bona, partim mala.* Medicus *autem*

Pharmacū Helenæ discutiens tristitiam.

quilibet apud eos præter alios hoïes sciens reperitur, nam & de genere Pæonio dicuntur esse. Illa igitur postq̃ hæc præberi iussit, sic est locuta: Atride Menelae, uosq; bonorum uirorũ filij, Iuppiter ipse Deus interdum alijs bonũ ac malum dat: potest nãq; oïa. Nempe uos paulo ante mœsti, nunc discũbite sedentes, uerbisq; simul mutuis gaudete. Ego interim quæ congrua uidentur tantum referã, non oïa prosequar: neq; enĩ oïm Vlyssis certaminũ facile recordor: sed hoc solum fecit ac sustinuit uir fortis in populo Troiano, ubi Achæi multa passi estis, ipsum inquã populum diris uulneribus affligens: Nam ueste humeros lacera indutus, seruo similis, ac cuidã Derti, q in Achæorũ nauibus nullius erat cõditionis, ignotus inter hostes discurrens, Troianorũ ciuitatẽ euertit. Cumq; alij hallucinarẽtur, ego illum sola noui talem existentẽ, quanq̃ me ob astutiã uitabat. Nam & illum laui unxiq; oleo, deinde uestibus ornaui. Iurauiq; firmo iureiurando non illum Troianis me manifestaturã prius, q̃ ad naues ac tentoria rediret. Tunc itaq; mihi oẽm Achæorum mentẽ consiliumq; aperuit. Multũ igitur hostiũ ferro interficiens, uenit ad Argæos magno cũ fastu. Hic enĩ cum Troianæ fœminæ uehementer ulularẽt, meus gaudebat animus, qđ in spem uenissem redeundi domum. Incõmodiq; præteriti memor suspirabã, quod mihi Venus intulit, quando illuc me à patria procul abduxit, charissimos à me separans, & filium & coniugem, nullius indigentẽ, quod ad formã ingeniumq;

Helena de Vlysse & Ilij excidio

perti-

pertineat. Cui Menelaus: Recte, inquit, o coniunx hæc oĩa dixisti. Multorũ ego quidẽ & mentẽ & consilium noui, sed nunquã oculis uidi meis qualis Vlysses est, qualeq; facinus gessit in equo Troiano, ubi Argæorum fortissimi oẽs eramus fatum Troianis ferẽtes Tu uero illuc deinde uenisti. Nam Deus qui gloriam Troianis cupiebat, eo te deduxit sequente Deiphobo: ter namq; attrectans equũ circumstitisti: deinde uocẽ assimilans uxorum oĩm qui intus erãt, nominatim Danaum fortissimos uocasti. Tunc ego & Diomedes & Vlysses in medio considentes, te clamantẽ audiebamus Itaq; nos duo maxime excitati, egredi potius q̃ intus latere uolebamus, nisi Vlysses sic animatos omnino re tinuisset. Hic igitur & reliqui oẽs Achæi taciti quiescebant, Anticlus solus tibi respondere cupiebat: sed idem Vlysses manibus robustis ora cõpressit, tantũq; compressa retinuit, donec te Pallas inde abduxit. Ad hæc Telemachus: Atride, inquit, molestum sane: Non enim & si ei cor ferreum fuit, propterea quæ narrata sunt durum tollunt exitium. Sed agedum duc nos in lectum, ut dulci requiescentes somno gaudeamus. His dictis Helena statim famulis sub porticu cubile parare iussit, purpureũq; supra stragulum poni, subtus uero tapeta lanasq; molles sterni. Illæ celeriter obtemperantes ex aula procedũt. faculas in manibus tenentes, lectumq; deinde strauerunt. Hospites deduxit præco Telemachũ & Pisistratum, q in domus uestibulo dormierunt. At Menelaus in domus altæ penetralibus

Helenam equo inclusos nominatim uocasse.

Telemachus Menelao

Itur cubitum.

libus unà cum Helena coniuge cubauit. Vt primum uero illuxit, surgit è stratis Atrides, uestes induit, humero deinde accōmodat ensem, pedibus uero calceos. Inde è thalamo deo similis prodiens, Telemachoq; occurrēs ait: Quæ te necessitas o Telemache ad nos Lacedæmoniā adduxit? publicane an priuata? narra mihi uerū. Huic ille: Atride, inquit, ueni uestigatū, si quā de meo patre forte famā audiueris, mihi referas. Domus mea absumitur, pereūt opera pinguia in agro, inimicorum hoīm plena mihi domus, qui proci matris meæ sunt intolerādo fastu, cōtinuoq; oues bouesq; mactāt: quapropter te supplex oro, uti de illius exitu miserabili aliqd referas, sicubi aut oculis uideris, aut ab aliquo acceperis de illo errante, quē mater infœlicem genuit: Nec propterea me uerere, aut mei miserere, sed audacter narra quæso, si unq̄ pater meus Vlysses tibi apud Troiā, ubi mala passi estis, aut uerbo aut opera gratum aliquid fecit: huius nūc reminiscere. Ad hæc Menelaus clamans: O rem pudendā, inquit, ignaui homines, in lecto uiri fortissimi dormire uolūt: qbus profecto eueniet, quemadmodū ceruæ, in leonis audacissimi cubili nuper nato fœtu relicto, ipsa p ualles & nemorum recessus pastū abijt: superueniens deinde leo ac nidum repetens, & matri & filijs exitium affert. Sic Vlysses illis fatū afferet inhonestū. Vtinā o Iuppiter pater, Minerua & Apollo, talis ego nūc essem, qualis in Lesbo in palæstræ certamine Philomelidem uici. Hic grauiter cecidit, Achæi uero oēs exultauere. Talis etiam

Quærit Menelaus causam profectionis.

lis etiam Vlysses existens cum procis congrederetur, oẽs profecto breuiter & perituri essent, & amaras nuptias sectaturi. Hæc autẽ quæ rogas nõ ego profecto aliter dicerẽ, aut declinando, aut te decipiẽdo, q̃ ea quæ olim senex marinus uerus mihi dixit, quorũ nihil oĩno te celabo. Me nãq; huc properare cupientẽ, Dij in Ægypto retinuere, qđ eis pfectas non fecerim hecatombas. Nos nãq; & mandatorũ & religionis continuo reminisci uolunt. Insula enĩ in ponto cõrra Ægyptum est, quã Pharum appellant: tantũ ab ea procul, quantũ nauis prospero impulsa uento uno die continget. Hic in parte portus adest excipiẽdis nauibus accõmodus, unde nigram è nauibus exhaurientes aquã in mare iaciunt. Hic me diebus uiginti Dij tenuere: qđ uenti prosperi, q nauium p pontum ductores existũt, minime spirarent: & profecto cuncta uiatica, cibariáq; simul cum uiribus hoĩm absumpta essent, nisi dea quædã Idothea senis marini filia, me miserata respexisset. Hæc primum aĩo commota, mihi soli pereunti separatim à socijs obuiã facta est: cũ illi errantes circa insulam in curuis hamis expiscarẽtur, famis gratia uentrem consumentis. Hæc itaq; astans me iuxta, uocansq; ait: Stultus es hospes ualde, coactusne an sponte te negligis? quod in rebus duris uideris lætari, & in insula retineri, neq; finem aliquẽ scis inuenire, uires etiam & animus sociorum deficiunt. Huic ego respondi: Quæcũq; dearum es, tibi dico, quod nõ sponte retineor, sed in Deos forsan peccaui: uerum dic

Menelai nauigatio.

Idothea Menelao

quæso(nam Dij cuncta sciunt) quisnā Deorum meum impedit retinetq; iter. quo minus p mare redeā? Dixit. At illa: Vera tibi hospes, inqt, narrabo. Versatur hic senex quidā marinus, uerus, immortalis. Proteus Ægyptius, q Neptūni subminister totius pelagi profunda cōspicit, quē meum esse dicunt patrē. Hunc tu si p insidias capere posses, tibi & uiā per mare reditūq; diceret. Præterea si uelit, tibi domū longo duroq; itinere redeunti, qd in ea boni maliue factū offenderis. facile enarrabit. Ego uero, inquā, ipse quæso indica senis & recessum & insidias, ne me ille prouidēs aut pnoscens effugiat: durum profecto, ut Deus à mortali superari possit. At illa: uera, inquit, referā. Quando sol mediū conscendit cœlū tunc senex ex undis prodit, fluctibus optus spirante Zephyro impulsis, ac ueniēs in cauis cōditus speluncis dormitat. Circa quē phocæ breuibus pedibus pulchre cōgregatæ, tetrūq; profundi odorem spirātes dormiūt. Huc ego te q̄primū illuxerit ducā, deinde dormiā. Tu ex socijs tres tecum elige, fortissimos oīm q apud naues sunt: senis tibi horrēda cuncta narro: Phocas ante oīa recenset, atq; in partē impellit aliā: ubi uero coēgerit ac uiderit, ipse in medio tanquā pastor inter greges ouiū iacet: ubi uero dormientē uidebitis, tūc uos ui uiribusq; freti, subterfugere conantem retinete. In oīa eni se conuertere tentabit quæ in terra serpunt, præterea in aquā, in ignē, uos eo magis retinete atq; premite. At quando uerbis interrogatur talis, qualē eum dormientē offendisti, tunc uim ferre desine:

Idotheæ de patre Proteo capiēdo consilium.

desine: senemque solue atque interroga, quisnam Deorum te premat, tuumque per mare reditum impediat: Sic dicens pontū subijt. Ego uero statim ad naues ubi in arena stabant ibam: multaque; eunti in animo uersabantur. Vbi ad mare nauemque perueni, epulas parauimus: Nocte deinde ruente, in littore dormiuimus. Apparente postmodum aurora, rursus per littus ambulabā multa Deos orans. Treis mecum assumpsi socios, quibus maxime ad omnem casum confidebā. Tunc Idothea quae pontum subijt, quatuor ex profundo phocarum pelles nuper direptas secū attulit, quibus dolum patri structura erat. Posito namque in arena littoris cubili, nos sigillatim illis uestijt, ipsaque in medio iacuit. Et quoniam phocarum teter est odor (quis iuxta ea monstra cubaret?) ipsa nobis remedium attulit, nostrum cuilibet ambrosiam sub naribus suaue olentem ponens, quae illarum foetori occurreret, totum id uirus aequo animo tolerauimus. Phocae post haec congregatae uenerunt, & in littore tandē dormierunt. Venit & senex ex alto, phocas offendit, atque singulas cōscendit, numerum recenset, nos primum inter cete numerādo. Nec in his ullum propterea dolum putabat. Cum ad extremum dormiret, nos tūc clamantes circuiuimus. Ille artis dolosae minime oblitus, primum quidem leo pulchre iubatus factus est, deinde draco, & pardalis, & magna sus, & aqua, & arbor. Nos circa forti eramus aīo At postq̄ senex horrendus dolore est affectus, nos interrogans inquit: Quis Atreo nate Deorū tibi consilium

Idotheae doli in patrē.

Captus Proteus à Menelao.

lium dedit,ut me per insidias inuitũ caperes? quid enĩ tibi opus? At ego: Nosti,inquã,o senex probe(qđ me hæc tergiuersans percunctaris?) quod in insula inuitus retineor,neq; finẽ inuenire licet:animus quoq; intus mihi absumitur: sed tu quæso dic(nam Dij cuncta norunt)quisnã cœlestium uiã mihi reditumq; per mare impedit? Ille rursus:Vbi Ioui,inquit,alijsq; Dijs sacra feceris,solue q̃primum,ut in patriã redeas:ad quã fatum est nõ prius puenire, q̃ apud Ægyptum sacras Dijs facias hecatombas.Sic ait. At mihi animus excidit, quod me prius in Ægyptũ, longũ sane ac difficile iter adnauigare iussit,excepiq; ipsum paucis:Hæc,inquã,ita ut iubes fient:sed dic rursus, an omnes Achæi quos Nestor & ego ex Troia redeũtes liquimus,incolumes puenerũt:an aliquis fato interijt acerbo, seu in mari uel etiã in amicorũ manibus,postq̃ bellũ peregit? Ille:quid me,inquit,Atride hæc rogas, cum te meam mentẽ non sit opus scire aut nosse? Non enĩ puto diu sine lachrymis eris postq̃ cuncta audiueris.Multi nãq; ex his interierunt,multi etiam relicti. Duces tantum Achæorũ duo in reditu perierunt:nam & pugnæ tu quoq; interfuisti. Vnus adhuc in ponto retinetur. Aiax cum nauibus extinctus est.Neptunus eũ naufragantẽ petris ingentibus Gyræis propinquũ reddidit:ex quo ex maris profundo seruauerat:& profecto fatum ad extremum,quamuis Mineruæ infensus,euitasset, nisi superbe admodum & arroganter locutus fuisset. Dixit enĩ,uel Dijs inuitis se mare transiturum

Aiacis Oilei exitus.

quem

quem Neptunus audiens, statim tridentẽ manibus horrendis corripiens, petram Gyræam impulit, ex quo illa diuisa, pars ibi remansit, pars in pontum tetendit. In hoc igitur ille prima considẽs, deinde inter fluctus disiectus, uehemẽter afflictus est, ad extremũ ubi salsam potauit aquã, extinctus. Tuus autẽ frater Agamẽnon fatũ in nauibus effugit Iunone seruante, sed iamiam ad Maliense promontoriũ appulsurũ magna rapiens ꝓcella in pontũ distraxit, in extremamq; agri partem ubi prius Thyestes habitabat deduxit: tunc illam Ægisthus eius filius tenebat: sed inde domũ postea uentis secundis incolumẽ dij deduxerunt, Qui ubi patriã attigit, è specula explorator uidit, quẽ dolosus Ægisthus mercede duorũ auri talentorũ ibi locauerat. Is anno toto obseruando ꝑseuerauit, ne ille clam redeundo lateret, statimq; domũ redijt regi nunciatum. Ægisthus itaq; confestim artẽ dolumq; excogitans, uiginti è populo fortes uiros delegit, quos in insidijs posuit: parte altera epulas parari iußit. Deinde dira meditans aïo, Agamẽnoni cum curribus & equis obuiam processit, eumq; fati nesciũ, in cœna ueluti bouẽ ad præsepe interfecit: nec ullus è socijs qui eum sequebantur est relictus, quin de medio tolleretur. Sic ait: Cor elanguit: flebamq; supra littoris arena sedens, neq; uiuere amplius aut uidere solis lucẽ cupiebam. Vbi uero flendo ac me huc illuc uolutando exaturatus sum, tunc senex ait: Ne sic longo tẽpore indecẽter flebis, quando tibi agẽdi occasionẽ aliquam nõ tollimus, itaq; celeriter ipsæ

Agamẽnonis exitus

tenta in patriam redire. Nam aut uiuentē Ægisthum aggredieris, aut Orestes præueniēs trucidabit, ex quo tu in eius sepulchrum ac funus incides. Sic ait: Mihi rursus aīus in pectore resipiscēs exultauit, eumq; sum allocutus: Hos ego iā noui, dic quæso tertiū illū, q in ponto retinetur, uiuúsne an mortuus, cuperē ꝑfecto

De Vlysse quāuis anxius intelligere. Ille uero: Laërtis, inqt, filius hic est, apud Ithacā habitātis, quē apud insulam in ædibus Calypsus nymphæ lachrymantē uidi. Illic enī ꝑ uim retinetur, ut in patriā redire nequeat: Nam illi neq; naues, neq; remiges, aut socij q illum ꝑ mare reducant, præsto sunt. De te autem ut dicam:

Non Menelaē tibi concessum numine diuûm
Argos apud, uitæ supremam claudere lucem.
Sed te cœlestes ubi conspicitur Rhadamanthus
Campus Elysius Elysium in campum ducent, ac ultima terræ.
Hic homini facilem uictum fert optima tellus.
Non niuis aut Hyemis tempestas ulla nec imbres.
Sed Zephyri semper spirantes leniter auras
Oceanus mittens, florentia corpora reddit.
Causa, quod est coniux Helenæ, Iouis & gener alti.

Proteus disparet Sic dicēs pontum subijt. Ego uero unà cum socijs ad naues cōtendi: eunti uero aīus uaria uoluebat, quo ubi ꝑuenimus, epulis accinximus. Nocte interea superueniente in littore maris dormiuimus. Cū primum uero illuxit, naues in mare traximus, malum posuimus, uela pandimus. Ipsi demū conscendētes in transtris ordine consederunt, mare remis uerberauere. In Ægypti

deniq; flumen peruenientes, naues firmauere: sacras hecatombas fecerunt. Postquã uero deorũ ira placata est, Agamẽnoni tumulum constitui, ut perpetuæ gloriæ monumentum esset. His gestis inde protinus solut uentũ secundũ dij dederunt, q me celeriter in patriam deduxerũt. At tu Telemache mecũ hic mane in ædibus usq; in undecimã duodecimamue diẽ: tunc domum te probe remittã, donaboq; tribus equis sellaq; affabre facta, insuper poculo quo dijs libes, ut mei sis memor oĩbus diebus. Cui Telemachus: Atrides, inqt, ne quæso me hic diu retine: ego uero in annũ apud te libẽter quiescens manerẽ, nec domus neq; parentũ desyderio mouerer: tantũ animo gaudeo tuum audiendo sermonẽ Verum me affligunt socij apud Pylum. Tu me hic diu retines. Donum quodcunq; dederis, inter pretiosa mihi fuerit. Equos tantũ Ithacam nõ ducam, sed tibi ipsi hic relinquam, rem sane pulchram. Tibi enim magis cõueniunt, quod campo regioniq; imperitas latißime, ubi lotus & frequens cyperum, triticumq; & zea & ordeum. Ithaca uero nec cursus habet latos, neq; prata: magis autem est pascendis capris accommoda, execranda uero equorum pastoribus. Telemachus Nestori.

Insula nulla maris fertur fœcunda caballis,
Aut etiam pratis Ithace minus omnibus una.

Hæc ubi ille dixit, Menelaus risit, manuq; illũ prendens inquit: Quid ais nate? bono è sanguine es, hæc ego tibi cõmutabo: possum equidem. Ex omnibus autem quæ domi meæ pretiosa sunt, tibi pulcherrimum dabo

dabo craterem affabre laboratum, argenteum totum, labris coronideq; aureis ornatum, Vulcani opus, quē mihi Sidoniorū rex donauit, quādo reuertentē me domo excepit, tibi hunc dabo. Dii sic inter se colloquerētur, cōuiuæ interea in regiam uenerunt, oues ducētes & uinum: panem uero uxores eorum ferebant.

Xenia dantur Telemacho.

Dumq; conuiuium sic in ædibus celebrant, proci in Vlyssis domo discis sagittisq; in aula, quā diu probris cōtaminauerant, ludentes gaudebant: inter quos Antinous & Eurymachus, quod uirtute cæteris præstarent, principes erant. Hos igitur Phronij filius Noēmon prope accedēs, interrogando alloqtur: Antinoe, scimus ne quando Telemachus ex Pylo redeat? meam namq; eò nauē duxit: hac igitur mihi nunc opus trāsfretare ad urbē Elidē. Hic enim mihi equæ sunt duodenæ, muliq; sub eis indomiti, quorū aliquē adeqtans libēter domuerim. Sic ait, illi uero admirati sunt. Non enim Pylum abiisse putabant, sed aliò in agrum, ut ouibus aut subulco adesset. Antinous uero: Dic, inquit, mihi uerū, quando abijt? qui iuuenes delecti ex Ithaca eū secuti sunt, uel q illi ministri famuliue præsto fuere, ut potuerit hoc facere? Deinde dic, uere ut sciam, per uim ne abstulit nauē tibi, an ei sponte dedisti rogāti? Noēmon uero: Sponte, inquit, ipse dedi: quidnam alius fecisset? durū negare fuerat, quando uir talis uerbis tā placide petat. Iuuenes enim q in populo post nos uirtute præstāt, eū secuti sunt: ducē ego illorū euntē noui Mentorē, siue deum, nam deo oīa similis uidebatur.

Procorum de occidendo Telemacho consilium

Sed hoc

Sed hoc admiror, q̄ heri matutinū eum uidi, tūc enim cū naui Pylū abierat. His dictis ad domū paternā discessit. At illis duobus admirātibus, proci reliq; sedentes, à ludis desierūt. Antinous tristis mēteq; turbatus, oculis ob iram micantibus instar ignis, sic ait: Proh q̄ magnū facinus et audax, hoc iter tentatū Telemacho, quod non puto pficiet: cū tot hoībus inuitis puer nauē præparās, abierit cū delectu ex populo fortissimorum sed pfecto malū ipse sentiet primus. Iuppiter enī illi prius uires cōtundet, q̄ nobis incōmodum inferat. Sed agedū, date mihi celerē nauē & uiginti socios, ut illū euntē insidijs prosequar: obseruaboq; in Porthmo, & angustijs Ithacæ, & Sami magno enī periculo patris gratia nauigat. Sic dicentē omnes collaudauere, statimq; surgētes, Vlyssis domū petierūt. Penelopen uero nō diu latuit consiliū quod proci mente uersabant. Medon enim præco stans extra aulam, illud quod intus dixerant audierat. Itaq; ubi ipsum ad se uenientē illa uidit, sic ait: Præco nū proci te nunciatū mittunt famulis Vlyssis, ut iā ab opere cessent, epulas parent? utinam neq; amplius me petētes, neq; simul hic cōuenictes extremam nunc cœnam comedant, q rem omnē Telemachi congregati absumitis: Num à patribus uestris pueri olim non audiuistis, qualis Vlysses meus erga parentes uestros erat, nec iniquum aliquid in populo faciens aut loquēs? cum præsertim ius hoc et mos principum sit, ut alium odio psequatur, alium uero diligat: at ille nunq̄ homini uel iniquo succensuit. Vester

Penelope Medoni de procis

audiui. Crudeles, cum rem certo sciretis, me tamen è lecto nō excitare decreuistis. Si enim hanc illum uiam tentantē audiuissem, quamuis eundi cupidum retinuissem, uel me in ædibus medijs mortuam reliquißet.

Nunc aliquis citus Daliū *meum famulū senem uocet, quē pater huc mihi uenienti dedit, qui hortum arboribus frequentē mihi colit, ut* Laërtem *cōueniens hæc ei narret, si quo ille consilio mente excogitato ad populos prodiens queratur, q suam* Vlyssisq; *progeniem interimere cōtendunt. Cui nutrix* Euryclea *sic respōdit :* Nympha *charißima, tu me uel ferro interficias, uel dimittas in ædibus licebit, nō equidē te hoc celabo.* Euryclea Penelope *Vidi ego hæc omnia, dediq; illi quæcunq; iussit, frumentum, dulce uinū: magnoq; iureiurando iurare compulit, ut ante duodecimam diē, seu priusq̄ tu profectū iam audiueris aut desyderaueris, hæc tibi nō referam, ne plorando formosum læderes corpus: sed consulo, ut lota prius, purasq; induta uestes, in supiorē thalamū cū ancillis ascendas, ac* Mineruā Iouis *filiā ora, quæ illum ex morte seruabit, nec senem* Laërtem *afflictum magis affligas.* Non *equidem puto sanguinē ipsius ita deos odio persequi, ut nō aliquis supersit, qui altis succedat ædidus, ac longe pinguibus agris.* His *dictis auditis illa flere desijt: statimq; uti monita erat lota, puras induit uestes, in superioremq; thalamū cum ancillis ascendens, mola ad sacrificandum canistro imposita,* Mineruam *orauit :* Audi *me quæso* Tritonia Iouis *filia, si unquam* Vlysses *meus accepta tibi uel bouis uel*

uis uel ouis sacrificia obtulit, horũ nunc memor serua mihi filium, ac procos supbos male pde. Sic dicẽs ulu-lauit: præcantẽ uero dea exaudijt. At proci parte alia p ædes fremebant, sicq; aliquis illorum dicebat, igna-rus eorũ quæ apud eam gesta erant: Procul dubio re-gina nobis nunc connubium paret: nõ enim adhuc no-uit quæ struitur in filium cædẽ. Antinous uero: Mise-ri, inquit, mittite arrogantia uerba oĩa, ne quis intus nuntiet. sed taciti insurgẽtes, quod semel iniuimus con silium absoluamus. His dictis uiginti sibi uiros fortes assumẽs, ad littus maris tendit: nauẽ in altum trahunt, malum erigunt, rudẽtes aptant, remos scalmo loris bu bulis alligant, uela pandunt, oĩaq; rite atq; ordine ar-ma ministri eis tulerunt: qui tandẽ conscendẽtes na-uem, ibidẽ discubuerunt, nõ prius q̃ ad uesperã solutu ri. Penelope autẽ in thalamo superiore sine cibo sine potu mœsta iacebat, ac sollicita an filius mortem effu-geret. seu à procis de medio tolleretur. Ac quẽadmodũ leo in hoĩm turba insidias ei parantiũ circũuertitur, multa in fero pectore uersans: totidẽ illam in animo uersantẽ. somnus oppressit, procumbentiq; ac dormiẽti mẽbra soluit. Minerua interea cum alia nouerit, tum idolum fecit, corporeq; Iphthimæ assimilatur. Hæc Icari filia erat, uxor Pheris à uiro in domum Vlyssis missa, ut Penelopen querentem solaretur, & à lachry mis luctuq; amoueret. In thalamum igitur ingressa p liminum seræq; iuncturas, supraq; caput astans ait: Dormis Penelope animo mœstissima? non enim te dij

Antinous procis

uiuẽtes

uiuentes flere aut dolere permittent, quando tuus rediturus est filius, nec odio cœlestibus aliqua de culpa est. Penelope autē *quæ in foribus somni suaue dormiebat: Quid, inquit, huc soror uenisti? diu namq; hic nō uersaris, quod procul hinc habites: iubes me forsan à luctu tristitiaq; multa quiescere, quæ meū irritat animum, cum uirum prius omni præditum uirtute amiserim, cuius gloria per Græciam mediumq; Argos extenditur: nunc filius amantissimus ꝑ mare abijt stultus ut qui nec laboribus nec commercijs sit assuetus.* Hic *me magis q̄ ille sollicitat, hunc uereor satis ne quid aduersi patiatur, uel in populo cōueniet uel in ponto:* Iniqui *enim multi existunt, qui illum circūuenire insidijs quærunt, ac priusq̄ patriam attingat interficere.* Cui *idolum sic respondit:* Bono *sis animo, timorem abijce, talis enim illi dux simul uadit, quā uiri alij adesse magnopere optarent: potest namq;* Pallas, *quæ me nunc tibi hæc nuntiatum misit, ac te querentem ualde miseratur.* Cui *illa:* Siquidem, *inquit, dea es, & deæ profecto uocē audio, narra quæso, an ille uir meus infœlix uiuitne, an uescitur aura ætheria, seu iā interijt sitq; apud inferos.* Cui *idolum:* Ego *quidē, inquit, utrū uiuat an interierit non satis uere possum dicere:*
Turpe *quidem sermo mendax, ac uana referre.*

Sic *dicens per liminis iuncturas in auras uentorum effugit.* Penelope *uero è somno excitata, subito animo exhilarata est.* Dum *autem in somnium manifeste nocte intempesta irruit, proci nauem conscendentes*

Minerua sub Iphthimæ ꝑsona solatur Penelopen in somnis

humidas secabant uias, fatum Telemacho machinantes. In medio autem pelago inter Ithacam & Samum, quædam non admodum magna est insula, Asteris nomine, ubi portus ad nauium insidias apti, duobus ingreßibus existunt. Hic itaq; Achæi in insidijs Telemachum expectabant. FINIS.

Proci Telemacho insidiaturi enauigant

¶ Ausonij poetæ, in. V. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

Lquerat in tepido tithonum aurora cubili.

¶ Mercurius in Ogygiam insulam deuolat, vt Iouis monitis Calypsó conterrita Vlyssem patiatur discedere. Qui contextu ratis temere properatæ nauigationem solus aggreditur: Duodeuigesima die tempestate commota ex iracundia infestante Neptunno trabium compago dissoluitur, quo casu proditur vltimæ spei & irritis conatibus nando ab Inone dea misericorde seruatur: Quæ calanticam capiti suo demptam natanti accommodat: Cuius ille sustentatu ad vsque pheacum littus euadit.

ODYSSEÆ
Liber Quintus.

Tithoni interea linquens aurora cubile,
Dijs lucem æthercam simul & mortalibus affert:
Ordo cœlicolum celsa conuenit in aula.
Quos inter primus consedit Iuppiter altus,
Cui & immensa est, & rerum æterna potestas.
Filia mox Iouis aßurgens deá multa Minerua
Dura refert miserum Nymphæ retinentis Vlyßem,

Iuppiter

Iuppiter pater, uosq; alij Dij sempiterni, nullus iam amplius princeps qui sceptrum gerat, morigerulus aut officiosus, neu placidus existat: sed mente nullum fas iusq; cogitet aut colat, potiusq; iniqua crudeliaq; ppetret. Heu *quàm nullus uestrum* Vlyssis *meminit, quã mitis fuerit pater his populis quibus imperauit.* Nunc *uero is in insula residet, magnas patiens erumnas in ædibus nymphæ* Calypsus, *quæ eum per uim retinet, quo minus possit in patriam redire: nam et remige & socijs qui eum in mari comitetur, caret.* Insuper *amantissimum eius filium de medio tollere quærunt, quàm primũ ille redierit, profectus nunc* Pylum *ac* Lacedæmoniam *ad inquirendum patrem.* Cui Iuppiter: *Mea, inquit, nata, quodnã tibi uerbum excidit ex ore?* Non *enim hanc & ipsa nosti mentẽ ac consilium, quemadmodum* Vlyßes *illos probe plectet.* Tu *uero* Telemachum *diligenter deducito (potes enim) ut ille exercitus tandem in patriam redeat.* Proci *autẽ in naui frustra profundũ remigabunt.* Dixit: & Mercuriũ *parte alia alloqtur:* Mercuri, *tu namq; cũ in alijs es nuntius, tum nymphæ formosæ nuntiatũ ibis nostrũ consilium ac reditum* Vlyssis, *qui non deorum aut hominũ ductu, neq; in legitimo nauigio, sed in rate tantũ, alioquin probe trabibus compacta, per multos labores die uicesima* Scheriam *portum contingat in* Phæacum *terra, q ex stirpe semidei sunt, ac illum uti* Deum *uenerantur: ex quo in desyderatam patriam naui proba remittent.* Insuper *æs, aurum, uestesque quantum*

Minerua cœlitibus

Mercurius mittitur ad Calypso

opus ei dabunt: multa quidem, quanta nec unq̃ Vlysses ex Troia tulit (si quidem sine damno & incommodo uenisset) prædæ partem sortitus. Etenim fatum est illi omnino charos uidere domesticos, ac in domum suam patriamq; redire.

Sic ait: ac statim mandato obtemperat ille.
Aurea sed primum pedibus talaria nectit,
Descriptio Mercurij *Quis mare, quis terras uento impellente pererrat.*
Virgam deinde capit, qua somno lumina claudit,
Excitat & rursus cupiat modo forte cubantes.
Hanc igitur manibus retinens properabat in altam
Pieriam ascendens: ex æthere mox leuis ingens
Per pelagus Laro similis uolitatq; ruitq;,
Qui prædam assectans magno sub gurgite ponti
Alas condensat, crebroq; humore madescit:
Sic ille immensos penetrabat in æquore fluctus.
Descriptio specus Calypsus *Extat Macessa in medio breuis insula ponto,*
Huc ubi tellurem retinens peruenit ab alto
Speluncam ingreditur, nymphæ fera tecta Calypsus.
Hic illa in diris accendens ædibus ignem,
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
Diuinosq; modos edit modulamine uocis,
Pectine dum telam præstantem perficit aureo.
Speluncam uirides circundant undiq; syluæ,
Alnusq; & clethræ, præstans & odore cupressus.
Hoc & aues tractu uernant, lateq; uagantur
Æquoreæ, quibus & ponti sunt humida curæ,
Bubones diri, accipitres & garrula cornix.

Parte alia circum uitis protenditur ingens,
Perpetuoq; uirens, magnisq; onerata racemis.
Quattuor & fontes surgunt salientibus undis
Inter se sparsim, ac aduersa fronte propinqui.
Qui in apio & uiola uernantia prata uirescunt.
Quem si forte locum uenientem aspexerit ullus
Vel deus, instabit mirans, animoq; triumphans.

Videns hæc Mercurius, primo quidē obstupuit, ac gauisus est, quanq̄ deus: deinde in latam ingressus speluncam, quē cōtra dia Calypso aspiciens minime ignorauit. Nō enim dij immortales inter se ignoti sunt: nō profecto, uel si quis longe ab alijs habitaret. Magnanimū uero Vlyssem intus nō offendit, quod is in littore maris considens fleret, ut olim solebat, suspirijs quoq; ac querelis animū irritans & lachrymans pontum aspiceret. At Calypso in throno coruscanti sedēs Mercuriū interrogat: Quid huc ad me Mercuri cū aureo baculo, mihi quidem uenerabilis ac charissimus uenisti? Diu quidē quod nō frequentas: loquere, quid animo uersas? Nam & perficere animus est, si tamen ualeo, aut fas fuerit. Sed dic prius, ut tibi parem quæ hospiti decent. Sic locuta mensam apposuit ambrosia refertam, rubens nectar miscuit. At Mercurius, ubi uino ciboq; animū exhilarauit, tunc demū illi respondet: Interrogas me uenientē dea Deū, ego tibi uera loquar: Huc enim Iuppiter me inuitum uenire iussit: qs enim libens tantum aquæ salsæ immensæq; percurrat, nō profecto hominū ciuitas propinqua qui dijs sacra

Calypso ad Mercuriū

Mercurius Calypso

faciant, aut hecatombas. Verum non est Iouis mentem aut alium deū superare seu errare. Ait enim hominē apud te miserrimum omniū uirorum, qui Priami urbē nouem annis debellantes, decimoq; post euertentes, domum redierunt. Verum in Mineruam redeundo peccauerunt, quæ illis uentū aduersum undasq; concitauit: ex quo alij quidem boni socij perierunt: hunc tantum uentus & unda huc propinquum reddidere, quamobrē protinus remitti iussit. Non enim ei fatum, procul à suis charis perire: sed parca concesßit & domesticos uidere, et in patriam redire: Sic ait. At Calypso extimuit, illumq; compellas sic affatur: Duri inuidiq; estis dij præter cæteros, qui deas admiramini manifeste cum uiris cubare, si quando ex his maritum sibi forte delegerint. Sic Orionem Aurora rosea sibi sumpsit, quē sic odio persecuti estis, ut Diana casta in Ortygia suis eum uelocibus sagittis peremerit. Vt itē Iasionem quem pulchra dilexit Ceres, cum eaq; in campo Tripolo cubile miscuit. Neq; diu Iouis animaduersio inaudita fuit, qui illum fulmine argete perculit. Vt deniq; mihi nunc inuidetis Dij uirum mortalem nobis coniugi, quē ego ex carina solum superstitē seruaui, quam nauem ei Iuppiter fulmine impellens, in medio ponto abrupit. Hinc alij socij perierūt. Hunc tantum eiectum uentus & unda maris impulit, quem ego amaui & nutriui. Dixiq; me illū immortalē, ac minime senescentē facturam. Verū quando Iouis mentem neq; superare, neq; offendere alijs dijs nō licet, ualeat

Calypso indignabūda in deos

si illum

si illum ipse impellet, atq; in patriam deducet. Ego ne*quaquam eundē aliquò mittam, cum apud me non sint neq; nauis neq; remiges, neq; socij qui eū p mare comitentur.* Attamē *prompte admonebo, neq; dissimulabo quo minus doctus & exercitatus in patriā redeat* Ad hæc Mercurius *sic inquit: Calypso ut ais eum remitte, & irā euitabis, ut nunq̄ in posterum tibi sit infensus.* His *dictis discessit.* Nympha *uero ad* Vlyssem *se contulit postquam* Iouis *accepit nuntiū.* Hunc *itaq; in littore maris sedentē repperit, necdum à lachrymis oculos siccos habentē, dulce quoq; æuum plorāti ac reditum desyderanti præteribat, q* Nymphæ *nullo modo placebat: sed & noctibus in speluncis coactus apud uolentē omnino nolens commorari, uigilabat.* Diebus *uero in littore maris inter petras horridas residens, querelis animū irritabat, ac pontum lachrymans spectabat. Calypso igitur prope astans sic ait:* Miser, *ne quæso hic adeo doleas, neue sic ætatem corrumpas tuam.* Ego *uero iam te libenter dimittam.* Tu *tantū ferro ligna incidito accommoda, rateniq; amplam facito, eam diligenter contabulato, ut te per pontum tuto ferat.* Ego *autē tibi frumentum, aquam, uinumq; rubrū ac dulce, quæ famem abs te pellant præbebo, uestibus quoq; ornabo ac uentum post te custodem mittam, ut illæsus in tuam redeas patriam: si tamen* Dij *immortales uoluerint, qui me longe melius rem uidere ac nosse sunt apti.* Sic *ait:* Extimuit Vlysses, *eamq; cōpellans sic alloquitur:* Aliud *quoddam profecto dea hoc*

Calypso ad Vlyssem

cogitas, q̃ auxilium in me reducendo, cum me iubeas cum rate tantũ ponti ſpatia metiri. Durum arduumq́ꝫ nẽpe hoc, neqꝫ uel naues celeres uento Iouis ſecundo impulſæ penetrarẽt. Neqꝫ ego te inuita ratẽ conſcendam, niſi iureiurando prius affirmare ſuſtineas, nullũ mihi inde incõmodum ſtrui. Ad hæc dia Calypſo riſit manuq́ꝫ illum trahens ſic alloquitur: Profectò erras, nec futura quæ nunc forma carent facile cognoſcens ut ex uerbo nunc tuo oſtendis, igitur teſtes mihi adſint terra, magnumq́ꝫ ſuperne cœlum, & aqua ſubtus ſtygia (quod grauiſſimum dijs immortalibus eſt iuſiurandum) incõmodum hinc tibi nullum ſtrui. Sed & alia quidẽ noui, ac dicam quæcunqꝫ mecum ipſa in te cogitauerim, quando uſus uenerit tuus. Etenim mens mihi bona eſt, & animus in pectore miſericors: non autẽ ferreus. Sic dicens dea. ſtatim iter ante cœpit, ille ueſtigia ſubſequitur. Veniunt igitur ambo in ſpeluncã & is quidẽ in thoro unde Mercurius ſurrexerat con

Prandetur in ſpelũca

ſedit. Nympha uero epulas quales mortales edere ſolẽt appoſuit: deinde aduerſus eũ & ipſa conſedit. Cui famulæ ambroſiam nectarq́ꝫ appoſuere. Paratis demũ cibis manus extendunt. Vbi uero ſedata fames, Calypſo

Calypſo ſpondet Vlyſſi immortalitatem

ſic loqui cœpit: Dic Laertiade, ſic ne tandẽ in patriã charam redire uis? gaude hic ſi ſapis. Nam ſi uideres animo, quot tibi mala fato parantur anteq̃ patriam uideas, hic mecũ procul dubio manens hanc cuſtodires domũ. Eſſes præterea immortalis: quanq̃ continuo diebus omnibus cupis uidere uxorẽ: non quidem illa inferior

ferior esse glorior, nõ corpore, non item ingenio: quoniam mortales cũ immortalibus nec membris nec forma bene contendunt. Vlysses uero contra: Prudentissima, inquit, dea, ne mihi ob hoc irascere: noui & ipse omnia. Mea namq; Penelope infra speciẽ & magnitudinem tuam satis uideri potest: mortalis enĩ est, tu uero immortalis ac minime senescens. Nihilominus & uolo & cupio cunctis diebus domum reuerti, & rediens diem magnopere uidere. Si quis autẽ deorum rursus in ponto sæuierit ac irruat, tolerabo quidẽ, in pectore animum gerens acerbum: cum enĩ mala multa & in undis & in bello sim passus, hoc item reliquum illis addetur: Sic ait. Sol interea occidens tenebras effudit. Illi in speluncam uenientes, gaudia inter se mutua simul manẽtes sumpsere. Vbi uero aurora illuxit, Vlysses quidẽ lænam ac tunicam induit. At Calypso argentea palla se amiciuit, tenui quidem & eleganti: zona quoq; aurea lumbos uinxit, calyptra caput operuit. Demum de Vlysse reducendo agit. Magnam in primis ac ancipitẽ securim in manibus ei dedit, cui capulum oleaginum pulcherrimũ erat aptatum. Dedit insuper leuem hastam: eumq; in extremã insulæ partem duxit, ubi arbores proceræ admodũ erãt clethræ alnusq; ac abies altissima, siccæ quidẽ uetustate, ac ad nauigandum oĩno leuiores, loco sano ad incidendum monstrato. statim Calypso domũ se recepit. Ille materia incisa opus celerrime absoluit, uiginti ex his deiecit, cunctasq; securi aptauit, & affabre poliuit, & ad

Parat nauẽ Vlysses

perpendiculū direxit. Continuo Calypso terebro cunctas terebrauit, inuicem aptauit, clauis demū ferreis constrinxit: quantumq; uir architectonicæ sciens nauis latitudinē circumscribit, tantū Vlyssis ratem latā constituit. Deinde contabulationē frequentibus trabibus ac longis aptatis tabulis perfecit. Post hæc malū locumq; in quo basis firmetur: deinde temonem nauis cursum dirigentē. Ratemq; uiminibus & uirgultis circūmuniuit, ut aquæ obicē obijciat, multā insup materiā addit. Postea Calypso lintea fert, unde ille uela fecit: addit rudentes, ac pedes ei pulchros. Postremo uectibus eā in mari traxit. Quarta autē die oīa perfecta. Quinta uero Calypso ab insula Vlyssi uestes plicatas diligēter aquaq; purgatas misit: simulq; uini nigri utrē aliū uero aquæ magnū. Cibaria itē ac obsonia multa dulcia in pera. Ventū deniq; secundū ac mollem.

Nauigatio Hinc Laertiades alacer iam carbasa pandit,
In puppiq; sedens cursum regit æquore in alto.
Nec dulci uigilans deflectit lumina somno
Pleadas aspiciens tacitus, seroq; Booten
In mare tendentem, pigraq; in parte locatum
Arcturum, post hæc quem currum nomine dicunt,
Quiq; sequens magnum insidijs petit Oriona,
Ac solet Oceani se nunquam condere lymphis.

Hanc igitur ratē Calypso admonuit, ut in pōto procedens sinistrorsus tenderet. Diebus denis septē in mari processit. Decimooctauo autē montes Phæacij apparent, ubi proximū illi erat iter, atq; certatim pōto uti

scutum

scutum incubuit. Quē Neptunnus ex Æthiopia reuertens, procul è Solymorū montibus p mare uela dantē aspexit: ex quo uehemēter iratus, caputq; motans haec secum: Proh facinus, me apud Æthiopas existente, Dij circa Vlyssem consiliū mutauere. Nam prope terram Phaeacensiū uenit, ubi Parca finē ei laborū statuit: uerum adhuc puto satis ei supererit incommodi.

Sic dicens, toto nubes collegit olympo.
Mox manibus sumpto saeuum quatit ille tridente
Pontum, unde ingentes consurrexere procellae
Turbine uentorum: clausit quoq; nubibus omnem
Cum pelago terram: è coelo nox labitur atra.
Vnà eurusq; notusq; ruunt, zephyrusq; per aequor
Et Boreas magnos uoluunt ad littora fluctus.
Tunc Laertiade soluuntur membra animusq;.
Ingemit, ac questus secum sic uoluit inanes:
Me miserum, quisnam casus mihi surgit acerbus?
Quàm uereor mihi uera canens Dea dixerit astans,
Multa prius patienda mihi, pelagiq; ruinam
Et duros casus subituro, ad limina nostrae
Quàm patriae ueniam: infoelix nunc omnia cerno.
Qualibus heu coelum contexit nubibus atris
Iuppiter, ac pontum prope tempestate profunda
Horrentem exciuit, uertitq; à sedibus imis?
Nunc certum mihi fatum. O terq; quaterq; beati
Quis ante Atridas, Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere: o Danaum fortissime gentis
Pelide, cur me tecum non Troes ab hastis

Descriptio tēpestatis

Tot

Tot clausum extinxere die quo fata subisti?
Tunc mea nostrorum lachrymis tumulata iacerent
Ossa, meumq; omnes celebrassent nomen Achæi.
Nunc me crudeli sors est occumbere fato.
Talia iactantem surgens è gurgite fluctus
Verberat, atq; ratem magno simul impulit æstu,
Ipse ruit ligno longe deiectus ab alto.
E manibus temo cecidit confractus in undis
Protinus, & flatu uentorum impulsa procella
Vela ratis malumq; simul disiecit in æquor.
Hunc ergo extremam cupientem euadere sortem,
Ac colluctantem pelago procul unda repellit
Sæua diu: nam ueste grauis, quam diua Calypso
Præbuerat, tardos lassabat nisibus artus.
Vix tandem emersit, multum salis ore madenti
Eructans, quo triste caput, crinesq; fluebant.
Haud, quanq̃ afflictus, ratis est oblitus in alto
Amissæ dudum, petit hanc conatus ab undis
Surgere: dein media consedit uictor in alno
Huc illuc uentis perflantibus exagitata.
Ac ueluti boreas autumni tempore achantas
Per campum quatit, at mutuis complexibus illæ
Confertim nutant: sic ipse per æquora flatu
Ventorum omnigenum partes agitatur in omnes.
Nuncq; noto boreas, Zephyro nũc cedit & eurus.

Vlysses excutitur rate ui tẽpestatis.

Hunc itaq; Leucothea Cadmi filia uidit, quæ prius mortalis erat, nunc Deorũ marinorum honoris particeps, ac Vlyssem in alto errantẽ miserata, halcyoniq;

cui assimilata, pelagus ingressa supra ratē constitit, uerbisq; taliter affatur: Miser, quidnā te sic Neptunnus ærumnis acerbe afficit, tibiq; multa propterea eueniunt mala? Non enī te q̄q̄ euertere statuens proterit. Verum sic age (uideris nāq; mihi id sapere) uestes has exuens, ratem permitte uentis ferri: manibus ipse adnata, reditum spectans in terram Phæaciā, ubi tibi fatum est euadere. Hic postea istam tabulam sub pectore sternes, nec pati aliquid aut perire dubita. Postq̄ uero terrā manibus attigeris, rursus liberatus hanc in altū pelagus tabulam iace: Sic ait dea, tabulāq; dedit. Ipsa uero similis halcyoni rursus mare subijt, undisq; operitur. Vlysses uero aīm in diuersas partes uersabat secūq; sic mœstus ait: Me miserū, uereor satis, ne deorum aliquis mihi insidias struat, q me ex rate descendere iubet: uerum nondū obtemperabo, quādo terram, quo mihi refugiū dicit esse, procul à me ualde aspicio sic itaq; agā, quod & potius mihi uidetur, donec quidem ligna simul firma & cōpacta durabunt, ibidē ꝑmanebo, labores & pericula & ærūnas tolerabo. At postq̄ ratis undis agitabitur, natabo, quādo nullum aderit aliud remediū. Cum hæc mente secū uoluit, Neptunnus ingentē fluctum atrūq; excitans, Vlyssem impulit: ueluti cū uentus irruens cumulū arenarum mouet, huc illuc dispērguntur, sic ille longe ligna dispersit. At Vlysses unū ex illis correptū tanq̄ celes equū desultoriū agitabat: ad extremum uestes exuens, quas illi Calypso dederat, statim tabulā pectori subiecit, ac pronus

Vlysses naufragus à Leucothea iuuatur.

Neptūni in Vlyßem inclementia.

pronus in mare cecidit: Manus igitur extendens, natandi cupidus apparebat. Quē Neptunnus aſpiciens mouensq; caput, hæc ſecum: Sic ergo poſt multa mala tolerata, per pontū etiam errabis, donec uiros magnos conuenias? Verum nō ſpero ſic impune ex incommodo reſipiſces. Sic dicens iunxit equos, in Ægasq; contendit, ubi domus inclyta eſt ei. At Minerua Iouis filia oīm uentorū uias obſtruxit, eosq; quieſcere ac deſinere iuſſit: donec uelocē excitauit Boream, q undas fregit, donec Vlyſſes fatum euitans, Phæacenſiū littori applicuit. Hic duabus noctibus, totidemq; diebus in atris denſisq; undis errauit: præſentē cōtinuo mortem ei cuncta intentabant. At poſtquam diem tertiū aurora aduexit, tunc uentus poſuit, quiesq; ac tranquillitas erat: at is quod à magnis lauaretur fluctibus clare proſpiciens, terræ ſe propinquare cognouit

Cōparatio. Vt cum chara patris uita filijs apparet, qui in inſula iacet, & duros patiens labores, diuq; afflictus, ac crudeli agitatus fato, libenter hunc Dij miſerantes à malo liberauere: ſic Vlyſſi terram ſyluasq; aſpicere gratum fuit. Feſtinauit itaq; natare, ut pedibus terram contingeret. Verum quando tantum aberat quantum clamans auditur, ſonitum uſq; ex maris ſpeluncis excepit. Vnda namq; ingens ad aridam uſq; terram cōmurmurat, uehementerq; eructat, maris quoque alga circa omnia conuoluit. Non enim portus erat, nauiū retinacula, neq; loca clauſa, ſed ripæ procedētes, ſpeluncæq; & ſaxa. Atq; tūc Vlyßi genua ſoluta ſunt,

charumq;

charumq́; cor palpitauit. Suſpirans itaq́; ingenti animo ſic ſecum locutus eſt : Heu, *quandoquidem terram minime ſperatā* Iuppiter *uidere dedit, ac inſulā hanc ſulcans tranſmiſi, nec uſquam egreſſus ex cano pelago apparet.* Extra *quidē ſaxa acuta & eminentia, circaq́; unda furens obmurmurat* Liſſa *petra ſcopulusq́; circumcurrit: mare item longe profundum, ita ut non liceat pedibus conſiſtere utriſq́;, periculum euitare: ne forte deſcendentem me fluctus rapax ad petrā uſq́; proijciat, unde ſerus mihi poſtea impeditusq́; receptus exiſtat. Si uero ulterius adnatabo, ſicubi inuenero littora portusq́; à fluctibus percuſſa, uereor ne rurſus procella reſurgens me grauatum & afflictum in pontum ferat: uel certe* Neptunnus *cete ingēs ex his quæ plurima pontus nutrit, in me irruens mittat: noui nāq́;* Neptunnum *mihi eſſe iratum.* Dum *hæc mente agitat illum unda ingens in aſperum rapit littus.* Hic *autē uſque ad oſſa à monſtris marinis diſcerptus eſſet, niſi* Minerua *in animum ei induxiſſet, ut petræ innixus utraq́; manu firmiter inhæreret, donec unda tumeſcēs præteriret.* Verum *ut hanc euitauit, ab alio rurſus reuertente impetu repulſus, iterum in pontū longe eiectus eſt.* Ac *ſicuti* Polypo *ex cubili exeunti, multi circa capillamenta lapilli inhærent : ſic eū apud petras uituli marini audacibus manibus lacerabant: magnáq́; operuit unda.* Hic *infœlix* Vlyſſes *oīno perijſſet, niſi* Mineruæ *auxilio fretus, ex unda emergens in continentē nataſſet, terrā ſpectans ſicubi inueniret littora*

portusq́;.

portusq́. Inter hæc ex ostio Calliroes fluuij adnatanti, optimus ei locus obijcitur, petris quadratis ac politis cinctus, & à uentis conditus ac tutus. Nouit autẽ fluentem, ac ex animo sic eũ orauit: Audi, quæso, rex quicunq; es, naufragus enim ad te uenio, Neptũni minas fugiens. In honore nãq; ac uenerabilis esse solet Dijs immortalibus, quicunq; miser ac supplex ad nos confugit, uelut ego tuam nunc mentem, tua genua supplex, multa quoq; passus oro: at tu rex miserere: supplicem enim me tibi esse profiteor. Ad hanc orationẽ fluuius statim cursum ac undam retinuit, tranquillitatem induxit, & hanc in ostio suo seruauit. Vlysses igitur inde incuruatis genibus manibusq́; deiectis exijt eius enim ingens animus à mari iã domitus erat, corpusq́; totum dolebat, ex ore naribusq́; maris aqua multa fluebat: aliquantulumq́; sine spiritu, sine uoce semianimis iacuit: magna nãq; erat affectus angustia. Vbi autẽ respirare cœpit, animusq́; in pectora redijt: tũc tabulam ab eo paulo ante susceptã ad se reiecit: quam à ponti fluctibus reiectam Ino rursus suis excepit manibus. Hic ex fluuio abductus in iunco recubuit, terramq́; frugiferã est exosculatus: seciũq; sic quærens locutus est: Hei mihi quid patior, certe durissime mecũ agitur. Si enim noctem grauẽ custodiam in fluuio, uereor ne malæ stiba, simul & ros gelidus animũ meum alioquin mœstitia afflictum cõficiat. Nam ex flumine aura matutina frigida spirare solet. Si autẽ in decliuem ac profundam syluam iens, supra densos iacuero ramos:

Ad naufragi Vlyßis preces Caliroe fluxũ sistit.

¶ Vlysses exponitur terræ.

Vlysses secum.

ramos: fessusq; ac frigore occubatus in somnum incidero, metuo ne feris cibus ac discerptio fiã. Sic igitur alternanti potior sententia uisa est ire in syluã, quam prope aquã in aperto inuenit. Hic duos offendit ramos simul natos, unũ ex oleastro, alterũ ex olea, quos neq; uentorũ uehementer spirantiũ uis euertit, neq; sol suis radijs exussit, neq; deniq; imber utrinq; ptransijt, quin densi simul & contigui nascerentur. Sub his igitur Vlysses cubile strauit q̃latissimũ: foliorũ enim ac frondium circa tanta erat effusio, quanta duos seu treis uiros hyberno tempore quãuis aspero tueretur. Igitur gaudens Vlysses in medio iacuit, frondiumq; multitudine se operuit. Veluti si quis titionẽ in agro extremo, ubi nulli sunt uicini, sub cinere absconderit ut ignis semen seruaret, ne cum opus, aliunde petat: Sic Vlysses se frondibus ac uirgultis circũsepsit: cui Minerua ut a laboribus tandem conquiesceret dulcẽ oculis offudit soporem.

Finis Libri Quinti.

¶ Ausonij poetæ, in. VI. Homeri Odysseæ librum
Argumentum.

CArpebat somnos dudum ærumnosus Vlysses.

¶ Vlysses postq̃ ad Phæacũ littus enauerat, fatigationem diluit somno. Sed cũ virgo Nausicaa regis Alcinoi ludũ in acta cũ æqualibus exercet, somno excitatus (vt erat nudus) erupit, foliorũ oppositu pudẽda velatns: & cũ supplex ad genua regiæ virginis aduolueretur, Mineruę instructu mouit misericordiã salutarẽ, impositusq; carpento, & veste donatus, vsq; ad templum Mineruæ (quod ante vrbem est) ita suadente virginis pudore, prouehit: ibiq; familiare sibi numen solita veneratione precatur.

ODYSSEÆ

Liber Sextus

Phæacensium origo.

CVM hic Vlyßes somno laboreq́; fessius dormiret, Minerua in ciuitatē ad Phæacensiū gentes properat: q prius in lata Hyperiæ regione ꝓpe Cyclopes uiros supbos habitauere: à qbus bello uexati erāt, quod uiribus inferiores essent. Hinc itaq; Nausithous exurgēs, in Scheriā terrā procul ab alijs errantibus uenit, eāq; & mœnibus circundedit, & domibus ædificijsq; ornauit. Insulas præterea deorū fecit agrosq́; diuisit. Demū ubi à Parca superatus ad inferos descēdit, Alcinous succeßit filius, dijs consilio æquiparandus. Huius igitur domū Minerua petijt, de reditu Vlyßis actura. Contēdit in thalamū uario ornatū ope: in quo Nausicaa magni Alcinoi filia, forma quidē & ingenio par dijs, dormiebat. Iuxtáq; famulæ formā à Gratijs mutuātes, hinc inde aßistebāt. Fores autē coruscantes patebāt. Tūc Minerua Dymantis Nausicleti filiæ aßimilata, quæ illi coæua, & aīo in conuersando grata erat, cubile eius ingreßa, sic ait: Nausicaa cur te mater sic neglectā genuit? dies tibi clari ignaue prætereūtur, tibiq; itē coniugiū propinquū est: quā obrē te opus pulchris inducere uestibus, quas etiā daturas sis his q te ducēt. Ex his igitur fama hoībus bona nascitur, pater quoq; materq; gaudēt. Ergo cū primū illuxerit, eamus lauatū. Nā & ego tibi adiutrix ero,

Minerua Nausicaam alloquitur.

sequar-

sequar q; donec uelociter præparaueris, quoniam non diu uirgo eris. Iamiã uiri præcellentes tuas exoptant nuptias in populo Phæacensi, unde tibi quoq; genus. Itaq; patrẽ adhortare tuũ, ut aurora prima mulos cur rumq; paret, ornamenta ferat, peplos stragulaq; fulgentia. Nã tibi sic pulchrius longe quã pedibus ire, procul enĩ ualde à ciuitate sunt lauacra: Ex cõiugio bona fama.

Sic dicens Pallas, magnum conscendit olympum.
Perpetuam diuũm sedem semperq; quietam,
Quam nec uentorum flatus, nec sæua ruentis Sedes deorum.
Imbris tempestas agitat, nix nulla pererrat:
Sed sine nube polus splendens ac æthra coruscat.
Hic dij perpetuo resident, gaudentq; beati.

Aurora deinde apparens pulchrã excitauit Nausicaã, q̃ insomniũ admirata statim domũ patri ac matri nũtiatũ ire pgit: introq; ingressa matrẽ ad ignẽ sedẽtẽ, ac cũ ancillis colos uersantẽ purpureos offendit. Patrẽ uero egredientẽ cũ principibus uiris, in cõsiliũq; à Phæacẽsibus uocatũ, obuiã habuit. Propius igitur astãs, sic eũ alloqtur: Mi chare pater, nõnne parabis mihi altũ currũ, ut uestes sordidas ad fluuiũ lauatum eã? Tibi in primis conuenit cũ principibus ad consiliũ ituro, puris amicire corpus uestibus. Quinq; enĩ domi sunt tibi filij, quorũ duo in matrimonio sunt, tres uero iuuenes uegeti, q cõtinuo uestes habere mũdas, & his in choros ire cupiũt. Hæc enĩ omnia mihi curæ sunt: Sic ait. Erubuit enĩ matrimoniũ manifeste nominare apud patrẽ. At ille cũcta noscẽs: Mulos, inqt, o filia, Nausicaa Alcinoo patri.

 & quic

& quicquid aliud est opus tibi dare nõ moror: famulæ nãq; tibi currũ excelsum oneri congruũ parabunt: Sic ait, statimq; ancillis mandauit, Illæ obtẽperauere, currum uelociter instruxere, mulos iunxere. At puella ex thalamo uestẽ sumptuosam ferẽs, currui imposuit. Mater uero in cista dulcia uariaq; cibaria cõdidit, deinde obsonia, uinũq; in utre ex caprina pelle dedit, & in aureo lecytho molle oleũ, ut & ipsa unà cũ ancillis lauaret atq; ungeretur. Nausicaa demũ currum ascendens, flagellũ manu lorãq; cepit, ac mulos impulit strepentes. Illi uero iter longe ueloci terq; arripuere, uestemq; ac dominã unà cũ ancillis ferentes, usq; ad fluuium peruenerunt, ubi lauacra anno toto durantia, & aqua multa simul fluebat, sordibus abluendis apta. Hic demũ ex ministris aliæ mulos è curru soluentes, in ripam impulerunt, ubi suaue pascerentur gramen. Aliæ uero manibus uestes exceperunt, in nigrantẽq; tulerũt aquã: ac in bothris uelociter stipauerũt, certamen quodammodo præferẽtes. Posteaq̃ uero eas lauerunt ac à sordibus purgauerunt, p maris littus extenderũt, ubi maxime pelagus petras in terrã usq; abluit. Ipsa uero Nausicaa ac famulæ postq̃ lotæ & oleo punctæ sunt, apud fluminis ripã cœnauerunt. Interea uestes ablutas solis radijs siccandas præstolabãtur. Nausicaa canere cœpit, qualis Diana p montes ingreditur Taygetum uel Erymanthũ, læta aprorũ ceruorumq; uenatione, cũ qua & nymphæ Iouis filiæ agrestes ludunt, gaudet aĩo mater Latona. Ipsa uero capite fronteq; cunctas

[margin, handwritten:] lecytho

[margin:] Nausicaa et ministræ simul lauantes.

[margin:] Comparatur Dianæ Nausicaa

cunctas supereminens, facile noscitur, cum sint oẽs pulchræ. Sic inter ancillas uirgo incorrupta pollebat Verũ quando tempus redeundi domũ, mulos iunxit, ue stes diligenter plicauit. Hic Minerua cũ alia nouit, tum qđ Vlysses est excitatus à somno ac puellã uideret. Pilam enĩ illa in famulã impulit, quæ ipsam minime attingens in undã profundã cecidit: quamobrẽ illæ oẽs clamauere. At Vlysses exprectus assedit, secumq; in pectore hæc uersabat: Hei mihi, in quorum rursus hoĩm terrã uenio, an sane contumeliosi agrestesq; & inuisi sunt, aut certe hospitales & Deorum cultores? Nam magnopere uox fœminea nympharũ ad me uenit, quæ montiũ habitant cacumina, & fluminũ fontes & saltus diuersos: uel ego quocunq; modo sum prope hoĩes loquẽtes, ego uero tentabo & uidebo. Sic dicẽs, simulq; ex arbore truncum manu torosa diripuit: ex quo sylua condensa coactis frondibus pudenda corporis uelauit: statimq; exijt leonis more, q in monte nutritus uiribus fidens, minitans spiransq;, ac oculis ardentibus ingreditur in boues, aut oues inuasurus fame sua dente in domum frequentẽ irruit, & in pecudes grassatur: Sic Vlysses puellis formosis, quanq̃ nudus, instãte necessitate congredi decreuit. Igitur horrendus illis ilico apparuit, marisq; fluctibus sordidus. At illæ huc illuc p littora cursitauere: sola uero Alcinoi filia remansit, uires & audaciam de Minerua sumens, metum oẽm ab se abiecit: itaq; aduersa constitit. At ille dubius an genua supplex puellæ amplecteretur, an pla

Terrentur puellæ uiso nudo Vlysse

cidis eam uerbis procul absistendo oraret, ut ciuitatem ostenderet, ac uestes ei praeberet. Sic igitur alternanti potior sententia, eam procul absistendo rogare, ne forte genua amplectendo iram puellae prouocaret. Itaque eam doloso & astuto aggreditur sermone: Oro te, quaecunq; es seu dea siue mortalis: si enī dearum una quae coelum tenent, ego te Dianae Iouis filiae & forma & magnitudine & indole propè similē existimo. Si uero ex hominibus es qui terras habitant, parentes tui ter beati, ter item beati fratres, quorum animus continuo tui gratia gaudet, tale germen tempore succedente conspicientes. Sed & ille praeter omneis beatus, qui te coniugem in suam duxerit domum. Non enim adhuc mortalem, non uirum, non foeminam meis oculis uidi, talem prae se ferentem uenerationem. Siquidē ego apud Deum nuper iuxta Appollinis arā palmae ramū uidi, (ueni enim illuc, multusq; populus erat in uia quae mihi multas curas datura erat) Hunc igitur aspiciēs obstupui, diuq; sum admiratus quod tale germen nunquam è terra exierit: Sic te mulier miror, stupeo uereorq; tua attingere genua. Me nāq; immensus tenet luctus. Hesterno siquidē die uicesima lux fuit, qua profugus in mari erro. Etenī ex insula Ogygia me pelagi tēpestas procellaq; per undas dispersit, donec me deus huc pduxit, ubi & alia forsan sustineā mala. Non profecto existimo desijsse, uerum adhuc dij plura continuo mihi dant. Quare ô regina miserere obsecro. Ego nanq; post tot mala in te primum in hāc

Vlysses Nausicaā supplex alloquitur.

Laudes Nausicaae ab Vlysse attributae

regio

regionem ueniens incidi: nec enim alium hominum ui di ex his qui terram hanc habitent. Vrbem ostende, da uestis aliquid laceræ qua tegar, si forte huc ueniens aliquid huiusmodi attulisti.

Dij tibi dent quicquid uirgo pro talibus optas.
Coiugiumq; domumq; bonam, pacemq; uicissim.
Non est in rebus melius seu dulcius usquam,
Quàm thalami pariter concordia sancta pudici.
Discordes animos incommoda multa sequuntur:
At placidis ingens succedit gratia semper.

Ad hæc Nausicaa: Hospes, inquit, quando mihi nec ignauo, n'eue stulto similis uideris, Iuppiter ipse opes bonis ac malis distribuit, ut ei placuit: tibi quoq; hæc & ille dedit, tuū officium æquo animo tolerare. Nūc quando nostram domum petijsti, nō ueste carebis, neu aliquo ex his quæ fas est supplicem miserum rogare. Vrbem tibi ostendā, dicamq; populorū nomina. Phæacenses hāc incolūt terrā. Ego uero Alcinoi filia sum, q̄ uirtute ac potētia his dominatur: Dixit, ac protinus ad ancillas cōuersa: Sistite, ait, ministræ: quo fugitis uidētes hominē? An aliquē immanē putatis esse uirorum? Nō est enī uir hic nouus, q̄ in terrā Phæacensiū inimiciciā ferat. Nam puto nos alijs esse charos. separati ac ultimi in ponto habitantes: neq; nobiscum aliquis facile commiscetur. Verū hic forte miser & errabundus ad nos nunc peruenit, eum suscipere oportet. Nausicaa respondet.

Ab Ioue nam supplex pauper procedit & hospes.
Res breuis, at chara est, magni quoq; muneris instar.

Quapropter famulæ hoſpiti huic cibũ potumq́; præbete, deinde in flumine lauate, ubi ſit locus à uentis tutus. Ille uero ſtatim ſurgentes, ſeſe inuicē adhortatæ ad obtemperandum, Vlyſſem in primis in locũ minime uentis obnoxiũ duxerunt: pharumq́; & tunicā iuxta poſuere, eiq́; oleũ in lecytho dedere, ac ut in flumine lauaret iuſſere, quibus ſic ille ait: Miniſtræ abſiſtite procul oro, donec à marinis fluctibus me abluero, unxeroq́; oleo, quod meũ corpus diu nō attigit. Corā ego nunq̃ lauarē, pudet enī inter pulchras interuenire puellas: Sic ait. At illæ abſiſtentes abiere Nauſicaæ nuntiatum. Vlyſſes uero poſtq̃ in flumine corpus marinis undis ſordidũ lauit, quibus humeros dorſumq́; fœdatus erat, a capite item eoſdē abſterſit. Vbi probe lotus eſt & oleo unctus, ueſtes induit quas ei uirgo præbuit. Ille poſt hæc maior pulchriorq́; Mineruæ dono apparuit: corporis quoq́; comas hyacinthino flori ſimilis, uelut ſi quis aurum argento innectat uir peritus, & a Vulcano Palladeq́; cunctis artibus inſtructus, unde egregia faciat opa: Sic capiti humeriſq́; illius addita gratia. Mox tali fulgēs decore ꝑ littus ſeparatim ingreditur, quē cuntē uirgo admirata, & ad puellas cōuerſa, inquit: Audite famulæ quæ dixero: Non enim Deorũ iniuſſu uir hic Phæacenſibus ſeſe immiſcuit. Prius enī mihi turpiſſimus eſt uiſus, nũc uero Dijs eſt ſimilis. Vtinā talis mihi cōiux uocatus eſſet, eiq́; hic habitare placeret. Verũ nunc quod reſtat famulæ, potũ cibumq́; huic præſto parate. Illæ uero dicto audiētes,

Vlyſſis uerecundia.

Nauſicaa miratur Vlyſsem.

protinus ante ipsum esculenta poculẽtaq́; posuere. At Vlysses,*quod diu his caruerat, uoraciter edit atq; bibit.* Nausicaa *interim alia cogitans uestes plicauit,supra currũ imposuit,mulos iũxit,deinde conscẽdit.* Postremo Vlyssem *excitando ait:* Ecce nũc *hospes urbẽ petimus,ut te in patris mei domũ ducam.* Hic *puto oĩm* Phæacensiũ *optimos uidebis.* Hic *igitur uti facias mihi uidetur,ne p imprudentiam aberres longius,donec p agros & hoĩm opera imus,cũ puellis post currũ & mulos confestim ibis,ego uiam monstrans præibo.* De *urbe uero quã ascendimus sic habe :* Turris *circũ alta portusq́; utramq; ciuitatis partem amplectitur, cuius angustus & tenuis est ingressus.* Naues *autẽ uiã tuentur:in cunctis uero mansio tẽporaria est cuilibet.* Hic *& forũ circa* Neptunni *templũ pulcherrimũ existit, quadratis politisq́; extructũ lapidibus.* Hic *nauium arma,malos,uelaq́; curãt,et remos acuũt.* Phæacensibus *enim nulla arcus pharetræq́; cura,sed mali remiq́; nauiũ,ac naues ipsæ qbus illi gaudentes plurimũ maris emetiũtur.* Horũ *igitur ego sermonẽ iudiciumq́; uito, ne qs post terga obtrectet.* Sunt *enĩ in hoc populo magnopere supbi.* Dicetq́; *propterea fortasse quispiã malignus obijciens :* Quisnam *hic est q à* Nausicaa *ducitur,pulcher sane magnusq́; hospes? ubinã eũ repperit?forte ipsi coniux erit,quẽ errantẽ naui ipsa in suã duxit domum,ex uiris procul uenientibus,quod prope nos nulli sint.* Si *quis deus ei optanti propitius è cœlo uenerit,habebit profecto illum perpetuo.* Meliorẽ *si-*

Nausicaa se secuturo Vlyssi patris domũ describit

Vrbis descriptio

quidē ipsa uestigans alibi uirū inuenit: sed Phæacēses pculdubio ignominia notauit, qđ ex his multi et optimi, ut aiūt, eius matrimoniū cupiūt. Quādobrē mihi hospes hæc dicta sustinēti, pbro darētur: et pfecto talia gerēti egomet irascerer, quæ patris matrisue iniussu ante nuptias manifestas alienis misceretur uiris. Itaq; hospes tu meis auscultabis uerbis, ut patris mei auxilio ductuq; celeriter in tuā redeas patriā. Ingrediamur in Mineruæ splēdidū nemus populis frequēs ppe uiā, ubi fons aquæ fluit, circáq; pratū. Hic et patris mei tēplū, et frondēs aloë abūde quantū uox clamātis extēditur remota: Hic igitur sedens tēpus præstolare donec nos urbē domūq; petamus: q̃primū uero sperabis me puenisse, tūc tu in ciuitatē uenies, ac de patris mei Alcinoi domo interrogabis. Facile namq; tibi nosse fuerit: qlibet enim uel puer docere poterit: neq; similes in toto populo ædes magnitudine existūt. Postq̃ uero te domus et aula exceperit, ad matrē ibimus meā: quæ apud ignē sedēs, colūnæ innixa lanā ex colo purpureo torquet, mirabile uisu. Famulæ uero retro & ipsæ considūt. Hic quoq; patris mei thronus, & ipse ppinquus igni, ubi molliter et cōtinuo residet ac bibit: uerū hūc præteribis, et tantū matris ad genua pcumbēs manus exosculaberis, ut quādoq; in patriā redeas celeriter gaudēsq;, q̃q̃ longe abes. Si enī eam ppitiā habueris, spes est tibi et amicos reuisere, & domū patriamq; terrā aspicere: Sic dicēs, Nausicaa mulos flagello cecidit, q confestim amnis fluēta reliquerūt properantes,

pedibus

pedibusq; sonitũ excitantes. Illa uero currũ regit lora tenẽs: ita ratione iumẽta scutica impellẽs, ut famulæ Vlyssesq; pedibus subsequi ualeãt. Sol interea occidit, illi in nemus sacrũ Mineruæ iuerũt. Hic Vlysses con sedit ac subito Mineruã talibus orat: Audi me, quæso Iouis filia nũc primũ, qñ me antea nunq̃ audiisti, naufragũ ac deiectum quo tpe me Neptunus afflixit. Da mihi ut ad Phæacensiũ populos pueniã, ac demũ mise rere: Sic ait orãs, Hũc audiit Pallas. Ipsi autẽ nondũ prius coram affuit aut præsto fuit, qđ patruũ Neptu num uereretur, q magnopere Vlyssi aduersabatur, ac aĩo contẽdebat quò minus ille in patriam rediret.

¶ Ausonij poetæ, in. VII. Homeri Odyssex librum Argumentum.

ORabat superos dudum Laertia proles.

¶ Minerua in puellæ speciẽ mutata, Vlyssem primum in oppidũ, mox in domũ regiã ducit. Cũq; Arete vxor Alcinoi, & vnde vestẽ haberet, & cuias esset, et qua sorte delatus sermone ipsius cõperisset, bonũ animũ habere iussus, suadente vespera concedit quieti.

ODYSSEÆ

Liber Septimus.

DVm sic Vlysses oraret, Nausicaa domum paternam curru aduecta peruenit, inq; domus uestibulo constitit. Fratres confestim diis æquiparandi circumstetere, mulorum colla soluentes, uestem deinde intro tulere. Ipsa uero in suum thalamũ se recepit. Ignẽ anus Eurymedusa accendit, quæ cubi- culo Eurymedusa nutrix

culo praeerat, ac ex continenti olim nauibus Alcinoo ꝑ munere aduecta erat, quod oĩbus imparet Phaeacẽsi bus, ac uti deus à populo audiretur. Haec itẽ Nausica am nutrijt, tũc uero ignẽ accẽdit, ac intro cœnã tulit. Tunc deniq; Vlysses ad urbẽ ire cõtendit, quẽ Miner ua salutaria cõmodaq; illi cogitans multa nebula cir cumfudit, ne quis Phaeacensium obuius uerbis eũ pro scinderet, aut quisnã esset interrogaret. Itaq; ipse iãiã uestibulũ domus ingressurus, Mineruam parthenicae Neenidi assimilatam, in manu calathũ retinentẽ obuiã habuit, eamq; rogauit: O nata, nũ me ad domũ Alcinoi qui his dominatur populis, nõ duces? Nam & ego mi ser hospes huc uenio longe ex Apia terra, quamobrẽ nullũ horũ noui hoĩm q̃ hanc incolũt terram. Cui illa Tibi, ait, pater domũ quã me iubes monstrabo, quoniã uicinus patri meo habitat. Sed ito quiete, tibi ego uiã praecedens ostendam: ac tu nullũ hoĩm prior salutabis neu quemquã percunctaberis. Nõ enim hospites ualde libenter excipiũt, aut amplectuntur siquis aliunde ue nerit. Nauibus tantũ uelocibus fidentes magna maris spatia penetrant: eisq; Iuppiter ut naues celeres, sic etiam uolatile subitumq; ingeniũ dedit. Sic dicẽs Mi nerua praeit confestim, ille deae uestigia subsequitur: Venientem sanè Phaeacenses minime nouere, utpote nube Palladis circũfusum. Vlysses uero portus ac na ues primũ aspiciẽs admirabatur, ipsorumq; heroũ fo ra, & longa aliaq; mœnia palis ligneis extructa, mi rabile uisu. Verũ ubi ad regiam ꝑuenere, illi Miner ua inquit

Vlysses à Minerua in aedes Al cinoi ꝑdu citur septus nebula.

Phaeaces ingeniosi

ua inquit: Hoſpes domus, quā me rogaſti ut monſtrarem. Reges in epulis offendes. Tu uero ne aio expaueſce. Vir ſane fidēs animi melior in cunctis actionibus, ſi maxime peregre aliunde ueniat. Heram in primis in ædibus inuenies noīe Aretem, ex parētibus his qui Alcinoū genuerunt. Primū namq; Neptunnus Nauſithoum ex Peribæa forma præſtantiſſima, ultima filiarū Eurymedontis, qui gigantibus ſupbis imperauit, quos & interfecit: poſtremo & ipſe perijt. Cum hac igitur Neptunnus cōcumbens Nauſithoum genuit, qui Phæacenſibus imperauit, ac Rhexenorē & Alcinoū ſuſcepit liberos. Primū adhuc imberbē Apollo in ædibus ſagitta interfecit, qui cū uxorē duxiſſet, unā tantum filiam Areten reliquit, quam coniugē ſibi Alcinous habuit, quæue ab eo præter cæteras cū uiris ſolitas habitare in honore habita, filijs itē et populis magnopere uenerabilis, & ut dea ferè ſuſcepta, quando p urbē incedit. Neq; mēte caret bona aut ingenio: nam ſua prudentia quos diligit litibus ſoluit. Igitur ſi hæc tibi quoq; propitia fuerit & amica, ſpes tibi & charos tuos reuiſere, & in patriam redire. Sic dicēs Minerua, in pontū abijt Scheriam relinquens, Marathonaq; & latas petijt Athenas Erechthei regis domum. At Vlyſſes ad domū Alcinoi ſe cōtulit. animoq; aliquantulum ſuſpenſus & admirans, anteq̃ æreū pauimentū ingrederetur, ſtetit.: nā uti ſolis aut lunæ iubar, domus erat Alcinoi: ærei parietes hinc inde à ſolo uſq; in penetralia ſplēdebant. Portæ quoq; aureæ domum intus

Arete uxor Alcinoi

Alcinoi regia deſcribitur.

claudebant

claudebant: Argentea quoq; limina in æreo stabant solo: Postes itẽ argẽtei cũ aurea coronide. Vtrinq; uero canes aurei argẽteiq; erant, quos Vulcanus arte propria fecit domus custodiendæ gratia, immortales eos ac minime unq̃ senescẽtes existimans. Thori quoq; circa murũ aurei hinc inde ab solo usq; in penetralia fulgebant: ubi pepli tenues affabre laborati opera mulierum erãt. Hic itaq; Phæacensiũ principes sedebant potantes & edẽtes: Nam quæ ad annuũ suppeditarẽt uictum satis habebant. Aurei deinde pueri in aris pulchre factis stabant, ardẽtes in manibus tenẽtes faculas, noctes in ædibus cõuiuis monstrantes. Quinquaginta intus famulæ erant: quarũ quædã triticũ molebant, nõnullæ tælam texebant, ac colos uertebant sedentes, adeoq; frequẽtes ut alni folia: oleum præterea liquidũ ex opere linteorũ tenui fluebat: ut enim Phæacenses præter cæteros mortales naualis artis periti, sic fœminæ tælas texendi: eis namq; Minerua ad artes operũ egregiorũ ingeniũ dedit. Extra uero aulam prope portas locus arboribus consitus, & quadriiutus ualde amœnus, circaq; mœnia septus conspiciebatur. Hic arbores erãt frondẽtes, piri, mala punica, maliq; pulchros ferẽtes fructus, ficus dulcẽtes, oleæ florẽtes quarũ neq; fructus perit p hyemẽ, neq; per æstatem desinit, sed ppetuo spirans zephyrus alia nascẽtia excitat, alia digerit: nam fructus sup fructu senescit, malum sup malo, uua sup uua, ficus super ficu. Hic & ualde fructuosa uinea radicatur, cuius uuas alias in loco

Hortus Alcinoi memorabilis

lato, ardoribusq; exposito cõtinuo sol exiccat, alias uin demiant, aliæ acerbæ adhuc sunt florẽ mittẽtes. Nõnullæ iugiter maturescunt. Præterea uirides et oigenæ iuxta ultimos palmites in altũ deductæ uites germinant, annũ totum luxuriantes. Deinde fontes duo, unus p oẽm hortum spargitur, alter sub aulæ pauimẽtum ad altam penetrat domũ, unde ciues aquam sumũt Talia igitur in Alcinoi ædibus deorum erant dona. Vlysses itaq; hæc stans admirabatur, aĩo tandẽ exsatiato illico domus inferiora ingressus, inuenit Phæacẽsiũ principes pateris libãtes Mercurio: cui ultimo libabãt, ut cubilis somniq; reminiscẽti. Eũti autẽ p domũ Minerua multã nebulam circũfudit, ut ad Areten & Alcinoũ ignotus iret. Ante Areten uero ad genua p cũbens manus extulit, statimq; ex eo nebula discussa. Illi autẽ hoĩem uidẽtes, mœstitia affecti simul, & admirati sunt. Vlysses autem sic orauit: Arete filia diui Rhexenoris, tuũ uirũ tuaq; genua simulq; cõuiuas sup plex multaq; passus peto. Vobis dij dẽt opes, uitãq; lon gã: postq; uitã, filijs oĩa tradere possessiones honorẽq; quæcunq; populus tribuit. Da quæso itineris auxiliũ, ut in patriam redeã, quod diu à meis charis procul errans, labores & incõmoda patior. Sic dicens: sedit humi apud ignẽ inter cineres. Alij quidẽ oẽs aliquandiu siluerunt. Echeneus tandẽ, qui natu maior inter Phæacenses erat, & eloquentia pollebat, antiquaq; & oĩa probe tenebat, sic loqui cœpit: Alcinoẽ non enim hoc te decet, hospitem humi ac inter cineres apud ignem

Areten Vlysses supplex orat

considere

consīdere sinas. Hi enim tuum expectantes uerbum attenuantur. Sed agedū, hospitē in throno argenteo colloca. Praeconibus itē iube uinū fundere, ut Ioui fulminatori libemus, qui supplicibus & uerecundis fauet. Prandium proma hospiti paret ex his quae domi sunt. Haec ubi Alcinous audiuit, statim Vlyssem manu prēdens, ex humo ut erat ante focū excitans, in fulgenti throno locauit, filiumq; Laodamanta quē maxime diligebat iuxta assidere iussit. Dant manibus famuli lymphas, gutturniū cū aureo opistodocho sup argēteo lebete fundētes, iuxtaq; mensam dedicatā parant. Panē proma pudica ferēs apposuit, cibos insup addidit plurimos, cōuiuis gratificando. Vbi uero Vlysses bibit et edit, Alcinous ad praeconē ait: Pontonoe funde merū craterem q; uini oībus praebe, ut Ioui fulminatori, qui supplicibus & uerecundis praeest, libemus. Pontonous uero statim obtēperat, ac à pateris incipiēs uinū oībus distribuit. Postq̄ quantū uoluere biberunt, Alcinous sic coepit: Audite Phaeacēses principes & duces, quae iubet animus dicam. Nunc quando edistis, domū abite, cum uero primū illuxerit, seniores plures huc uocabitis, ut hospitē hunc in aedibus locemus: postea dijs sacra instituamus. Deinde de hospite inducēdo agamus, quonam modo hic uestro auxilio absq; labore in patriā suam incolumis gaudensq; (quanq̄ longe abest) reuertatur, ne quid mali aut detrimenti priusq̄ illam attingat, patiatur. Ibi tandem ea sustinebit, quae illi Parcae graues neuerint, quando mortalis eum genuit mater.

Vlysses clementer ab Alcinoo excipitur.

Alcinous Phaeacēsibus de hospite.

Si autē

Si autem aliquis forte deorum immortalium huc è cœlo uenerit, aliud quiddam ex hoc sibi uolũt dij. Iam dudum enim nobis manifesti coràm apparent, postq̃ facimus sacras hecatombas, nobiscumq; epulantur iuxta sedentes. Si autem aliquis solus existens uiator occurrerit, non se abscondunt, quoniam illis propinqui sumus ut Cyclopes & ex gygantum genere. Vlysses uero ad hæc: Alcinoe, inquit, aliud tibi in mentẽ ueniat. Non ego dijs sum similis nec corpore nec ingenio: sed hoĩbus quos uos maxime laboribus pressos uideritis, his nos esse pares profitemur. Sed & ego plura quæ deorum uoluntate sum passus tibi referrem, uerum me quanquam afflictum sinite prius cœnare.

Ventre nihl peius, qui in magno sæpe dolore
Cogit quenq; sui rationem prorsus habere.
En ego sum quanquam mœstus, si uina dapesq́;
Apponi iubeas, discedent mente labores.

Vos uero curate, ut quàm primũ illuxerit me anxiũ in patriam reducatis. Nam mihi q̃uis laboribus exercito, si tantũ mea bona, famulos, domum reuisero, mori liceat statim, atq; ab æuo deseri: Sic ait. At illi oẽs hospitẽ, quando probe locutus est, collaudauere: simulq́; reduci suaserunt. Postq̃ uero libauerunt, ac quantum iussit animus potauere: alij quidem dormitum abiere, Vlysses uero in ædibus relictus, iuxta quem Arete & Alcinous accubuere. Ministri autẽ mensæ instrumenta uasáq; apposuere. Inter hæc Arete uestẽ tunicamq; aspiciens, quam ipsa cũ ancillis texuerat, probe nouit:

quamobrem illum sic alloqtur: Hospes hoc ego te pri*mum rogo, cuias es, quis tibi has dedit uestes, quomodo huc per multos ponti errores uenisti?* Cui Vlysses Difficile, inquit, regina ac admodum prolixum meos narrare labores, quos affatim mihi dij dederunt. Dicã tamen quod me interrogas: Ogygia insula longe in mari sita est, ubi Calypso dolosa Atlantis filia habitat, pulchra sanè grauisq; dea, nec ullus cum ea siue hoīm siue deorum in amore commiscetur: sed me solum deus infœlicē eò deduxit, ac illi domesticum fecit, quoniam mihi nauē fulmine argete Iuppiter in medio ponto fregit. Cumq; socij cæteri perijssent, ego nauis fractæ inferiora ulnis amplectens, nouē diebus p mare uectus sum. Decima uero nocte obscura ad Ogygiam insulam dij propinquum reddidere. Hic Calypso habitat grauis dea, quæ me excipiens accurate & amauit & nutrijt. Insuper me immortalem ac minime senescentem perpetuo se reddituram dixit. Verum meæ in pectore menti minime persuasit. Hic itaq; diebus denis septenis continuo mansi, quo tempore uestes lachrymis pfudi, quas mihi Calypso præbuit. Sed quando octauus mihi redijt annus, tunc iussu Iouis nuntij ipsius animū uertens, ultro me ad discessum est hortata: quamobrē me in rate dimisit multum tribuens frugis, dulce merū uestes egregias, insuper uentū prosperum cōmodumq; ac suauē immisit. Denis septenis diebus nauigaui. Decimaoctaua montes obscuri apparuere uestræ terræ, ex quo afflicto mihi animus aliquantulum exhilaratus su

Vlysses interrogatus Aretæ suos labores exponit.

tus supererat tamen calamitatis multum, quam mihi Neptunnus inflicturus erat, q uentos impulit, uiamq; impedijt eripuitq;, immensum mare cõmouit, neq; per undam ullam permisit ferre ratẽ grauiter gementem, hanc prorsus procella distraxit. Ego uero natans mare secaui, donec me ad uestram terram unda uentusq; ferret. Huc me appulsum unda rursus in petras magnas, locumq; iniucundũ prope terram distraxit. Iterũ ergo in insulam adnataui, donec in fluuiũ ueni, hic locum sum ingressus optimũ à petris liberũ asperis, tutumq; à uentis. In hunc me alacri aĩo conieci. Nox deinde ruit: ego separatim à flumĩe egressus, inter frutices ac ramos iacui, circaq; me frõdibus stipaui. somnũ deus ingentẽ fudit. Hic itaq; inter frondes nocte usq; in aurorã, usq; itẽ in meridiẽ dormiui: sole deinde inclinante somnus me deseruit dulcis. Illico in littore tuæ filiæ famulas ludentes uidi, inter quas ipsa dearũ forma æquiparãda aderat. Hanc ego oraui, at illa mẽte bona ingenioq; prædita minime errauit: nã si in iuniorẽ fortaße incidẽs qcq̃ rogaueris, nihil oĩno ages, cũ semp iuuenes minime sapiant. Mihi itaq; illa & panẽ & uinũ dedit quantũ opus, in flumine quoq; me lauit ac oleo unxit. Hæc tibi demũ uera narraui. Cui Alcinous: Hospes, ait, hoc profecto nõ rite mea nata fecit quod te cum ancillis domũ nostram non duxit, tu eam certe primã rogasti. Ne, inquit Vlysses, puellam propterea redargues: me namq; cũ ancillis subsequi iussit: neq; ego uolui, uerens ac dubitans, ne qd cũ ipse uide-

 res

res, aliquid animo suspicareris: Zelotypũ enim et malorũ suspicans est hoim genus in terris. Ad hæc Alcinous: Non mihi, inqt, talis in pectore animus, ut subito irascatur: cũ ea quæ decent, cuncta existimo meliora. Atq; utinam Iuppiter pater Mineruaq; & Apollo talis existas qualis es, idemq; sentias atq; ego, meam haberes filiam, meusq; uocareris gener, hic apud me manens, domũ ego ac possessiones darẽ, si tamẽ uolẽs libensq; maneas. Inuitum enim Phæacensiũ nullus retinebit, quamuis Ioui amicũ. Auxiliũ in te reducẽdo, ut sane intelligas, hoc modo bene disponã. Cras dũ alto somno pressus iacebis, hi tempestatẽ optimã tranquillumq; mare obseruabunt, quoad patriã, domumq; tuã, & si quid aliud tibi charũ, proficiscaris. Siquidẽ ualde procul ab Eubœa est, quã Eubœam, illi q eam uiderunt, longissime à nostris dicunt esse populis, quãdo Rhadamanthũ huc duxerunt, Tytiũ terræ filiũ suspicantẽ ac formidantẽ, & quidẽ absq; labore uenerunt eandemq; die rursus eũ domũ reduxerũt. Videbis & ipse animo quantũ naues nostræ ac iuuenes in earum gubernatione præstent. Hæc ubi Vlysses audijt, gauisus est, ac orãs sic precatur: Iuppiter pater, utinam oĩa quæ Alcinous dixit, sic agat. Illi propterea ingẽs accedet gloria, ego uero domũ redibo. Sic igitur inter se colloquẽtibus, Arete ancillis iubet lectum sterni sub porticu, insuper pulchris stragulis purpureisq; ornari tapeta quoq;, lænasq; molles superaddi. At illæ ex ædibus lampades in manibus ferentes ibant. Verum

Alcinous Vlyssi promittit auxilium.

postquam

postq̃ certatim decorum strauere lectum, Vlyssem sic uerbis adhortantur: Agedũ hospes ueni iã, cubile tibi iã paratũ: Sic dixere. At ille cubitũ alacris iuit. Dum uero sic in elegãti thoro sub porticu dormiret, Alcinous in domus penetralibus altissimis qeuit, quẽ iuxta uxor regina lectum cubileq; & ipsa posuit.

¶ Ausonij poetæ, in. VIII. Homeri Odyssex librum Argumentum.

IAm cœlum rutilat roseis Aurora quadrigis.

¶ Alcinous nauigationis ærumnam summatim ab Vlysse cognoscit, Exinde iussis primoribus in curiam conuenire, adnentum hospitis & infortunia diutinæ iactationis explanat, accitoq; ad conuiuium Vlysse, citharam iubet pulsare Demodocum, qui cum de aureo equo, & de troico cantaret excidio, lachrymas Vlyssi memoria fortunæ superioris elicuit, quas cũ occultare sedulo conaretur, aut vultu dissimulãs, aut veste tergẽs oculos, in se oĩm & maxime regis aduertit, cũ Alcinous causa fletuum cognita, vt cuncta ex ordine tolerata differeret, benigne omnia pollicitus, adhortatur.

ODYSSEÆ
Liber Octauus.

AVrora interea cœlo apparet, Alcinous itemq; Vlysses e stratis surgunt. Itur, Alcinoo præeunte, in concionẽ quæ apud naues fiebat, sedentq; supra politos lapides. At Minerua interea Alcinoi præconi assimilata, urbem sollicita pcurrit, reditũ Vlyssi commentans, cunctos sigillatim prẽsat: Venite, inquit, maturate in concionẽ Phæacensiũ optimates ac principes, ut hospiti morẽ geratis: q Al-

cinoi nup domum uenit longe ponto erroribus actus ac dijs corpore similis. His dictis, cuiuslibet aīm incendit, confestimq; sedes cōcioq; cōuenientibus refertæ, ipsum multi aspicientes Vlyssem admirabantur. Cui Minerua diuinam capiti humerisq; gratiā fuderat, ac illum proceriorē augustioremq; uideri dedit, ut oībus passim Phæacensibus gratus esset: gratius insuper & honestius certamina multa, quæ Phæacenses cum illo tentauere, perficeret. Vbi uero frequentes cōuenere, Alcinous talibus eos alloquitur: Audite Phæacensiū optimates ac principes, ut ea uobis referam quæ hortatur animus: Hospes hic quē uidetis ignoro quisnam sit, errabundus domum nuper aduectus meam, siue ab eois, siue ab hesperijs hoībus ad reditū in patriam, nostrum sibi uehementer auxilium rogat. Nos (uti iam diu consueuimus) in huiuscemodi casibus illi subuenire par est: nullus enim hactenus miser mea tecta petēs diu meam opē desyderauit. Sed & nauem recentem à securi quàmprimū in altū trahimus: iuuenesq; duo & quinquaginta in populo omniū optimi deligantur, in transtris se remis accingant. Deinde abite, prandium in mea domo propere parate quod oībus suppeditabo. Iuuenibus hæc tantum mando. Verū uos alij sceptrigeri principes ad mea tecta excelsa uenite, ut hospitē hunc amplectamini: nemo autem sit qui neget. Demodocum diuinum cantorē uocate: cui deus cantum tribuat oblectare qualem suggeret illi animus. Sic dicens præit, magnates subsequuntur. Præco confestim cha-

Alcinous Phæacas in cōcione hortatur ut Vlyssem iuuent.

Paratur conuiuiū

rum

rum cantorem deduxit. Iuuenes *lecti duo & quinquaginta, uti iußum est, ad littus maris uenere: & alij quidem nauem in altum traxere, deinde malum erexere, rudentes explicauere, remos uinculis lorisq; alligatos expediunt, uæla pandunt, alte demū in humidum impellunt, atq; omnia probe.* Mox uero *in domū* Alcinoi *populus cōcurrit.* Porticus *quoq; & mœnia & edes conuenientiū multitudine complentur.* Plures *aderāt iuuenesq; senesque, quibus* Alcinous *duodecim oues, quatuordecim albas dentibus sues, duos boues ut mactarent dedit.* Hos *pellibus in primis nudauere, cibo deinde aptauere.* Postremo *dapibus se accinxere.* Interim *præco propinquabat, optatum deducens musicum* Demodocum. Hunc *musa magnopere adamauit, bono maloq; simul impertijt, oculis quidē priuauit.* Dedit *atamē dulcem canorē.* Huic *igitur* Pontonous *præco thronum argenteū in medio conuiuarū proceræ applicans columnæ adduxit, supraq; caput eius sonoram suspendit citharam, quam manibus attrectare cupiebat, iuxtaq; canistrū mensamq; ornatam, & uini pateram apposuit, ut potare cum uelit liceat.* Conuiuæ *autem paratis omnibus manus epulis extenderunt.* Vbi uero *potus ac cibi compressus amor,* Musa *poētam ad laudes heroum canendas hortatur: carminis gloria ad cœlum usq; penetrauit.* Namq; *canebat uti* Vlysses *cum* Achille *in dissentionē uenit: ut quandoq; acerbis inter se uerbis in deorū conuiuio cōtenderunt.* Agamēnon *uero animo lætabatur, cum* Græcorū *optimates inter*

Demodocus cantor

Græcorum ducū certamina canit Demodocus.

se certare uideret: utq; Phœbus eum apud Pythum allocutus, ac in lapideum solū ingressus est oraculū daturus. Tunc primū Troianis Danaisq; initiū fati Iouis magni consilio uersatū. Hæc igitur inclytus poēta canebat. Vlysses uero dolore cōmotus, tunicam ingentem purpuream manibus ad caput reuocauit. Phæacenses enim uerēs cælare cupiebat, lachrymas uberes ex oculis fundēs. At poēta diuinus hæc aspiciens canere desijt: lachrymasq; ex ore abstergens, ex capite tunicā deduxit: deinde paterā auream accipiens dijs libabat. Phæacensiū uero optimates quod cantu lætarentur, poētam rursus ad cœptū carmen exhortantur Vlysses itē rursus caput obducens flere cœpit. Hinc alios quidē oīa latuit, minime uero Alcinoum, qui iuxta illū assidens grauiter suspirantē audiebat, continuoq; Phæacensibus sic ait: Audite quæso uiri principes iā epulis affatim expleti, citharaq; probe exhilarati, cuius iucunditas epulas subsequi solet: Reliquum est ut in mediū prodeamus, simulq; certaminibus omnibus experiamur: ut hospes hic domū rediturus suis referat, quantum nos Phæacenses pugilatu, palæstra saltu, cursu, cæteris mortalibus præstemus: Sic dicens præit, cæteri subsequuntur. Citharam uero post hæc apud columnā suspendit. Præco autē Demodocū manu trahens ex ædibus deduxit: eandemq; ac alij solent uiam precedēs illi monstrauit. At Phæacensium fortissimi certamina uisuri in forum cōcurrunt. Populus deinde frequens subsequitur, iuuentus plurima & uiribus

Vlyssi mouetur fletus.

Alcinous hortatur Phæacas ad certamē

ribus prædita. Surrexerunt ad pugnam, Acroneus & Ocyalus, & Elatreus, & Nauteus, & Prymnæus, & Anchialus, & Eretmeus, & Ponteus, & Proteus ingressu celer, & Neus, & Amphialus Polynæi Tectonidis filius. Deinde Euryalus Marti similis, & Naubolides, qui post bonũ Laodamantẽ cunctis Phæacensibus & forma & corpore præstabat. Deinde tres Alcinoi filij, Laodamas, Halius, & Clytoneus. Horum namq; alij primũ cursu certantes è carceribus exierũt Vnaq; oẽs ruentes confestim p campum puluerulentum extendebantur, quos oẽs bonus Clytoneus quantum spacij duorũ ordo mulorũ in campis occupat, Clytoneus cursor insignis *cæteros anteuolans relinquebat. Alij palestram tentant in qua Euryalus cunctis præstabat: saltu Anchialus* Euryalus palæstrita *reliquis melior: disco præstantior Elatreus: pugillatu Laodamas. Postq̃ uero ludis animũ satis exhilarauere, sic Laodamas alloquitur: Venite amantissimi, hospitem hunc id interrogemus, an certaminũ aliquod didicerit, aut nouerit. Nam indole (ni fallor) minime ignauus uidetur, ut fœmora, tibias, ambasq; manus admirandas, collumq; ingens ac robur cõspicimus, neq; bonæ insuper ætatis indigentẽ. Verũ multis deuictus est malis. Non enĩ puto ego tristius aliud, q̃ uirũ fortem in ponto uersari. Huic rursus Eurialus respondens: Laodamas, inquit, hoc bene & ordine quidẽ dicis: ipse nunc illum accedens prouoca, uerbisq; adhortare.* Laodamas prouocans Vlyssem *Quod ubi Laodamas audijt, p mediã iens turbã, Vlyssem sic alloquitur: Huc ades & tu hospes pater,*

experire nobiscũ si quid ludorũ aut certaminũ nosti. Etenim te nosse par est: cũ nulla maior sit uiri gloria, quã proprijs aut pedibus aut manibus fortiter aliquid agere. Sed experire iam, abijceq; abs te mœstitiam, uia tibi redeundi non longe aberit, cum iam huius rei gratia nauis tracta sit, et socij parati. Cui Vlysses: Laodamas, ait, qd me quæso hæc iubetis illudentes, tristitia mihi cordi magis q̃ ludi, qui multa prius mala passus, nunc uestro in redeundo officio indigens, uenio & regẽ & populum supplicatum. Euryalus contra: Ego te hospes nequaq̃, inquit, uiro certaminis perito equiparo quæ multa inter homines uersantur: uerum potius illi qui mare frequentans princeps sit, nautarum quæstum uecturæ faciat. Insuper uiatorum explorator, ac si quid usquam sit prædæ. Athletæ uero aut forti uiro nequaq̃ te parẽ facio. Vlysses aũt ad hæc ira accẽsus ac torue illum aspiciens: Hospes, inquit, non recte loqueris: uir nempe iniquus uideris.

Euryalus Vlyssi.

Vlysses importuno Euryalo succenset.

Cœlestes etenim non omnibus omnia præbent.
Eloquium, ingenium, membrorum gratia, uires
Non uni eueniunt.

. Alius enĩ forma inferior fuerit, uerũ deorũ munere corporis maculas eloquentia decorat, sic eũ oẽs læti suspiciunt. Ille dulci sermone tenet aures, lenitateq; morũ in turba pollet, per urbẽ quoq; incedẽs uti deus spectatur. Alius contra forma deo similis, uerũ nulla uerborũ gratia præditus reperitur: quemadmodũ & tu q præter oris decorẽ nihil à deo habes, mente inanis ac

nis ac ſecors es. Me namq; contumelioſis prouocans, animũ in pectore concitaſti. Ego uero certaminũ, ut tu dicis, neſcius quidẽ nõ ſum: ſed & inter primos exiſtimo me eſſe donec ætati ac manibus his confido: & quanq̃ nũc ærumnis & laboribus premor, (multa naq; ſum paſſus, & uirorũ bella & fluctus inſanos exptus) tentabo nihilominus certamina. Nihil enim cor irãq; æq; ac uerbũ excitat: me profecto uerbis laceſſendo accendiſti: Dixit, ac protinus ueſtẽ reſupinans, incũbensq; diſcum cepit maiorẽ craſsioremq;, ac longe terribiliorẽ q̃ quo Phæacenſes inter ſe ludere ſolerent. Hunc intorquẽs manu impulit uaſta, lapis per aẽra rotatus inſonuit: populus circa terrore attonitus ad humũ uſq; procubuit. Signũ uero quo oẽs ille ſuperauit, Minerua uiro aſſimilata poſuit, ſimulq; allocuta eſt: Hoſpes ſignum tibi poſitum uel cæcus iudicaret attrectando: quando non cum aliorum turba, commixtum, ſed longe prius ac remotum apparet, quamobrem bono ſis aio. Nullus enim Phæacenſiũ ad id pueniet, aut ſuperabit: Sic ait. At Vlyſſes, quod ſocium amantiſſimũ in certamine uiderit, magnopere gauiſus eſt. Deniq; alacrius alta uoce Phæacẽſibus dixit: Hoc iuuenes ſignũ petite, poſt hoc enĩ celeriter aliud exiſtimo uel tantundẽ ſeu longius procedet: & quando me ad iram prouocaſtis, huc quicũq; is fuerit ex omnibus Phæaceníibus ueniat, aliud mecũ experiatur certamen, ſiue pugillatu ſeu curſu (nõ recuſo, non inuideo) prꝙterquã Laodamas. Is enim mihi eſt hoſpes.

Vlyſſes prouocatus ira diſci iaculatu oẽs ſuperat.

Prouocat Vlyſſes Phæacas oĩ certaminũ genere.

Quis

Quis enim cum amico certet? Stultus profecto est ille ac penitus iners, q hospiti pugnæ contentionẽ offert: in alieno præsertim populo sese suaq; turbat omnia. Aliorum uero neminẽ fugio aut uito, sed cupio cõtra experiri. Neq; inter uiros ignauus uersor: omnia sane certamina probe, tum arcũ tractare noui. Primus nanq; in hominũ ferociũ turba sagitta ferire, quanquã multi socij iuxta assisterẽt iaculando. Solus apud Troiã Philoctetes me arcu ac arte sagittandi superauit, quando nos Achæi sagittis agebamus. Cæteris uero oĩbus qui in terris nunc cibũ capiunt, me longe in hoc genere pugnæ præstantiorẽ puto: cum prioribus aũt uiris nequaquã concurrerẽ, neq; Herculi, neq; itẽ Euryto Oechaliensi, qui ambo sagittis cum dijs certauere: quamobrẽ ingẽs Eurytus confestim perijt, neq; ad senectã peruenit. Apollinẽ enim arcu prouocãs, ab eodẽ est protinus interfectus. Hastã igitur tam longe iacto dextra, quã non alter arcu sagittam. Solum cursu uereor ne à uobis Phæacensibus uincar, quod maris fluctibus magnopere sim afflictus anni toto tempore nauigando: quamobrem soluta sunt labantq; membra: Sic ait, cæteri silentiũ tenebãt. Alcinous uero solus respondit: Hospes, tuus nobis nõ ingratus est sermo: uti planè conspicimus, tuã uis quæ sit apparere uirtutẽ, nimirũ quod hic te uir ad certamẽ prouocauerit. Existimo nanq; tuas nemo tentaret uires, quod aĩo suo contraria sciret euentura. Verũ meũ quæso audi uerbũ, quod & heroũ tu alijs referre ualeas, qui tuæ domui

Alcinous Vlyssi.

tua

tua cũ uxore filijsq; tuis forte epulabuntur, nostræ uirtutis memor, qualia nobis Iuppiter opera omnino supra maiores nostros tribuit. Non enĩ pugiles admodũ fortes neq; palestritæ, uerum cursu pedũ & arte nauali præstamus. Post hoc nobis epulæ citharis, uestes mutatoriæ, calida lauacra & cubilia curæ sunt. Sed heus Phæacensiũ saltatores, quicũq; clari estis, ludite, ut hospes hic cũ redierit, suis referre possit, quãtũ & nautica & cursu et saltatione cæteris præstamus mortalibus. Igitur aliquis properans citharam Demodoco ferat, sicubi in ædibus fuerit nostris: Sic Alcinous. At præco surgit, sonorã ex ædibus propere laturus citharam. Nouem insuper uiri principes ac iudices è populo surrexere, qui singula in ludis bene & ordine dispo suere, chorũ aptauere, pulchrum deniq; certamen dilatauere. Præco interea è proximo aduenit citharã Demodoco ferẽs. Is uero in medium prodijt: circaq; iuuenes in prima pubertate saltationis scientes constitere, pedibus chorũ diuinum pulsauere. At Vlysses pedũ mollitiẽ, dexteritatemq; motus tacite inspiciens admirabatur. Citharœdus uero pulchrã de Martis & Veneris amoribus cantionẽ ociose modulabatur: Vt primũ in domo Vulcani clàm concubuere, multa illa accepit, quod lectũ complexũq; Vulcani erubesceret. Vtq; nuntius ei Sol uenerit, q coẽuntes nouit. Vulcanus uero ut primum uerbum audijt dolendum, statim in officinam ferreã animo perturbato ac male cogitans descendit. Hic ingentẽ posuit incudẽ, ac uincula statim firmis-

Saltatio.

Demodocus intercinit fabulam de Veneris & Martis cõplexu.

firmiſſima & inſolubilia, quibus illi uincirentur fabricat: quibus abſolutis dolũ Marti ac inſidias ꝑ iram parans, in thalamum ubi cubile iacebat, contendit. Circa autem extremas ſpondas ita catenas tenuiter ac demiſſe diffudit, ut aranea tenuis ſolet. Sed nec ulli uel Deorũ immortaliũ uidebantur. Poſtq̃ uero dolos conſtruxit, in Lemnũ proficiſcitur, quæ oĩm eſt ei terrarũ chariſſima. Mars autẽ auratis in equo utens habenis, minime captus oculis aut conniuens, ubi abeuntẽ alio uidit Vulcanum, ſtatim ad eius domũ amore Veneris incenſus proficiſcitur. Illa uero nuꝑ à patre Ioue ueniens ſedebat. Mars intro domũ ſubijt, Venerẽ deinde manu compellãs alloquitur: Huc ades dilecta mihi lectũ ſimul cubantes conſcendamus. Vulcanus in Lemnum ad Sinties agreſti uoce hoĩes, nõ rediturus abijt: Sic ait, ſtatimq́; gratum ingreditur cubile. Itaq; conſopiti, uinculis quæ circumfuſa erant ilico capiuntur. Captis membra mouere aut aliquo modo detrectare non erat. Tunc ineuitabiles inſidiæ cognitæ. At Vulcanus è proximo ſuperuenit, rurſus reuertens anteq̃ in Lemnum perueniſſet. Sol namq; ei fuit explorator nuntiumq́; attulit. Ilico domum animo incenſo atque irato petijt, ac in ueſtibulo conſiſtens (ira enim illum uehementer ſubijt) horrendum clamauit, ita ut omnes audierint Dij: Iuppiter pater, & uos inquit alij Dij immortales, uenite, adeſte, opera ridicula ac nõ æqua conſpiciatis, ut me claudum exiſtentem Venus contẽnit: amatq́; Martem perfidum, quod is integer & pedibus

dibus

dibus firmus existat, ego cõtra infirmus. Veruntamen nullus alius mihi in causa est, q̃ ambo parentes, q mihi esse nunquam debuerant. Sed quæso aspicite, q̃ impudenter sese complectendo, meum inuaserunt thalamũ. Ego uero spectans sum miser & anxius factus: spero tamen nõ diu gaudebunt cubantes, quin eos pœnitentia facti subeat, cum primum sese uinculis p dolum correptos conspiciãt: donec mihi pater omnia reddat dotalia, quanta illi causa puellæ promiseram, quod mihi pulchram quidẽ, uerum impudicam filiam locauit: Sic ait. At Dij ad domum confestim Vulcani ferreã conuenere. Venit Neptunnus, uenit Mercurius, uenit Apollo longe iaculans. Deæ uero delicatiores singulæ domi cũ pudore mansere. Cõstitere in uestibulo Dij bonorũ datores: risus est illis ingẽs excitatus Vulcani conspicientibus artes. Sic alius proximo dicebat: Malefacta male pereũt, minime placẽt: num uides ut tardus celerem est cõsecutus? ne nunc Vulcanus q̃q̃ claudus Martẽ deorũ uelocissimũ cepit? quãobrẽ ille munera ad se redimendũ debet: Talibus inter se colloquebãtur. At Apollo: Mercuri Ioue nate, inquit, Mercuri bonorũ dator, mallesne in cubili iuxta Venerẽ aureã uinculis pressus duris cubare? Vtinã: inqt ille, hoc fieret Apollo, uinculaq; ter tãta me retinerẽt. Vos aũt Dij deæq; aspicio: attñ ego apud illã libenter manerẽ. Dixit. At illi pariter risere: nequaq̃ uero Neptũnus, cũ continuo Vulcanũ de Martis liberatione in hunc modũ precabatur: Solue quæso, ego nãq; unà cũ cæteris Dijs

ris dijs quæcunq; pro illo dare optas, libenter me recipio daturũ. Cui Vulcanus: Ne me, inqt, Neptune hoc iube: quoniã quæso modo te ego cæterosq; deos expostulare, si forte contingat ut Mars hoc ære nõ exoluto è uinculis abeat. Cui rursus Neptunus: Si eni hoc, ait, contigerit, ego inquã exoluã. Tũc Vulcanus: Negare demũ quod possis nequeo, inquit: statimq; illi laxatis uinculis quanq̃ durissimis migrauere: Mars qui dẽ in Thraciã, Venus aũt Paphũ ubi templũ ei araq; sacra. Hic eã Charites lauere, oleoq; immortali unxere, uti deos solẽt: uestibus deniq; diuinis (mirabile dictu) ornauere. Hæc igitur poëta inclitus canebat. Vlysses aũt audiẽs simul cũ Phæacensibus aĩo lætabatur. Alcinous uero Halium & Laodamanta separatim psallere deinde iussit, quod cũ his nullus in hoc genere concurrere auderet.

Ludus pila.

Hiq; pilam primo manibus sumpsere decoram,
Qum Polybus quondam præstanti fecerat arte.
Alter terga retro flexus consurgit ad ictum
Protinus, ac illam compellit in aëra summum.
Excipiens alter, terram prope compulit ire.

Saltatio.

Postquã uero pila inter se lusitauere, saltare cœperũt per humũ pedes frequenter alternantes. Iuuenes uero alij in certamine consistantes apposite cantabãt: murmuris inter hæc multũ oriebatur. Vlysses uero:

Alcinous Phæacen.

Alcinone, inquit, tuos nempe saltatione præstantes te recepisti fore. Hoc actũ pulcherrime, ita ut oĩs admirari possit: Sic ait. At Alcinous aĩo gauisus: Phæacẽ-

ses,

ſes, inquit, principes atq; duces, hoſpes hic mihi nimiũ ſapere uidetur, quamobrẽ hoſpitali munere illũ ut eſt æquũ honoremus. Duodecim enĩ per populũ præcellentes principes prodeãt, ego uero tertiusdecimus inter eos, quorũ quilibet ueſtẽ tunicamq; nitidã ac auri talenta ferat: ſtatimq; cõgregata cũcta ſimul in manibus feramus, ut hoſpes hic recipiens lætus abeat. Euryalus uero, quod eum nõ recte ſit allocutus, nõ ſolũ munere, ſed uerbis eundẽ placet: Sic ait. Cæteri laudauere: dona ut ferret quilibet per præconem iuſſere. Alcinoo poſt hæc Euryalus talibus reſpondet: Alcinoe rex hoĩm clariſſime, ego nempe hoſpitẽ ſicuti tu iubes placare ſtudebo: ei nãq; enſem ex ære totum dabo, cui capulum eſt argenteum, uagina ex ebore nuper ſecto circum ornata: quod uel ciuitate dignũ ac penſandum munus ei fuerit: Sic ait, ſtatimq; in manibus illi enſem tradidit, ac compellans eum talibus alloquitur: Salue pater hoſpes, uerbũ ſi quod in te graue dictum fuerit, hoc uenti procellæq; auferant. Tibi nãq; Dij dent & uxorẽ reuiſere, & in patriã incolumem redire, quando diu procul à tuis incõmoda multa pateris. Cui Vlyſſes: Et tu, inqt, mihi dilecte ſalue. Dent tibi opes, resq; ſecũdas Dij. Non enĩ poſtmodũ huius tibi enſis quo me placaturus donaſti deſideriũ fuerit: Dixit, ac circũ humeros illum ſibi aptauit. Interea & dona inclyta illi affuere: hæc in domũ Alcinoi præcones tulere, puerıq; quibus imperabat Alcinous excepere, ac prope illius matrem uenerabilem poſuere.

Euryalus Vlyßẽ enſe donat.

Afferũtur Vlyſſi à Phæacenſibus xenia.

Venientes autem illi principes in altis consederunt thoris, tunc sic uxorē Areten Alcionous alloquitur: Huc ades coniux, fer arcam oīm pulcherrimā, in hac uestē & tunicam tersam ponito: circaq; ahenum igni suspendite, aquā calefacite, ut lotus hospes uidensq; cuncta bene disposita, ac ueniētes huc cū donis Phaeocenses, lætus dapibus accumbat, cantorē hymnumq; audiat. Tunc ego quoq; meum calicē pulcherrimum aureumq; illi dabo, ut mei memor ille perpetuo in domo sua Ioui & alijs Dijs libet: Sic ait. Arete autē ancillis iubet, ut igni magnum admoueant tripoda. Illæ iussa faciunt, tripoda igni admouent, aquā deinde super, ligna subigunt, tripodis alueum ignis ilico est amplexus aqua calefit. Post hæc Arete hospiti pulchram è thalamo arcam attulit. Deinde Phæacensium in ea dona elegantia condidit, pulchram ipsa uestē tunicāq; illis addidit: mox illum compellans sic alloquitur: Ipse nūc aspice, calicem hunc uelociter apud te alliga, ne quis in itinere in naui forte dormienti surripiat. Hæc ubi Vlysses audijt, calicem statim suspendit, firmiterq; alligatum uinculo opportuno, quod eum Circe docuit. Post hæc illum proma lauare iussit labro in medio posito. At ille ubi calidum conspexit lauacrum, magnopere lætatus est animo, quod postq̄ Calypsus domum reliquerit, per mare uectus, nunq̄ calida lauerit: tunc enim deæ cura illius maxima fuerat. Hunc igitur ubi famulæ lauere diligēter, atq; oleo unxere, ueste ac læna pulcherrima amiciunt. Deinde ex labro prodiens

lotus,

lotus,quò lubebat processit. Nausicaa inter hæc forma deæ similis medio uestibulo cōstitit,& Vlyssē aspiciendo admirata sic alloquitur:Salue hospes:cū in patria fueris tua,mei sis memor, quādo uitæ præmia mibi debes. Cui Vlysses: Nausicaa Alcinoi magni filia, inquit,ita nunc Iuppiter Iunonis coniux det mihi redire in patriā, ut tibi ueluti immortali deæ sacrificās perpetuo supplicabo, qđ me ô dignissima puella uitæ restitueris: Dixit,iuxtaq; Alcinoū in thoro consedit.

Vlysses Nausicaæ gratias agit

Ministri uero epulas distribuūt,uina fundunt:præco quoq; ex propinquo aduenīēs,Demodocū populo desideratū deduxit,ac in conuiuarū medio iuxta columnā locauit.Tunc Vlysses: Præco,ait, à suis dorso incipe, multū enī in eo relictū,multūq; ab dominis circa inest Ex hac igitur parte carnē Demodoco appone:ego uero q̄q̄ miser,eū magnopere diligo & amplector.Inter hoīes enī poetas ac musicos honoris & reuerētiæ maxime participes esse fas est: qđ eos musa cantu instruxit,amatq; poetarū genus: Sic ait. Præco autē manibus ferens eadē Demodoco apposuit: ille prompte lætabundusq; suscepit. Postq̄ uero bibendi atq; edendi libido cōpressa,Demodocū Vlysses affatur: Demodoce præter cæteros ego te mortales magnopere collaudo, siue te Musa seu te Apollo docuerit. Achiuorū nāq; casus quoscūq; illi passi fuerint.siue qđ illis ipse interfueris,aut ab alijs forte audiueris,profecto egregie cātas.Sed iā ulterius pgredere,equi lignei ordinē cane quē Epeus cū Minerua cōdidit, ac in arcē Vlysses p

Suillinum dorsum in pretio.

dolum introduxit, hoĩbus complens armatis qui Ilium
Demodocus euerterũt. Quod si hæc recte & ordine narrabis, sta
equũ Troia tim ego cunctis referam: At ille dictis excitatus, deũ
num cantu ante omnia præfatus cantum exorditur: hinc initium
prosequitur capiens, quemadmodum Argæi reditum simulantes
soluerunt, ac tentorijs ignem plurimum relictis inie-
cerunt. Alij uero equo inclusi, in Troianorum foro du
ce Vlysse considebãt. Ipsum quoq; ubi Troiani in ar-
cem traxere, tribus fuere sententijs, uel hasta uterum
equi abrumpere uel præcipitem ab arce per saxa da-
re, uel sic dimittere ut Deorũ esset propitiatio: in qua
sententia permansuri erant, quod fatum existebat ci-
uitatem eße perituram. Vbi uero illum admiserunt, in
quo Achæorum oẽs fortissimi fuere, Troianis exitiũ
ferentes aderant: canebat, uti ex equo diffusi curuum
deserentes latus, alij alio discurrerunt urbẽ miscentes,
atq; Vlysses Marti similis unà cum Menelao ad do-
mum Deiphobi accesserit, ibiq; dirum bellum ausus, de
mum per Mineruam fortissimã uicerit: Hæc diuinus
poeta canebat. Vlysses uero audiendo sollicitabatur,
Cõparatio lachrymasq; ex oculis genisq; huberes fundebat. Quẽ-
admodũ uxor flet charum cõplexa uirum, qui ut à pa
tria liberisq; diem repellat malum, ante urbem ac po-
pulum cadit. Illa uirum morientẽ ac palpitantẽ cer-
nens, circa effusa clamitando queritur. At hostes re-
tro tergus humerosq; illius conuerberantes, in serui-
tutem, laborem, ac miseriam compellunt: illius itẽ ora
& genæ fletu miserabili corrumpuntur: Sic Vlysses
mœstas

mœstas ex ore lachrymas fundebat:quod cæteris quidem minime aduertentibus, Alcinous tantum q̃ iuxta sedens grauiter suspirantē audiebat,deprendit. Quāobrem Phæacenses,inquit,principes audite: Demodocus iam cithara sonora desinat, non enī omnibus gratus hæc canit:ex quo enim cœnare cœpimus & poëta canere,hospes hic queri nunquā desijt,& in angustia uersare animum uidetur: quamobrē & poeta desistat & nos unà cum hospite simul ad lætiora conuertamur. Hospitis namq; huius uenerabilis gratia ad hæc conuenimus,muneraq; & auxilium in reducendo parauimus:cum hospes quicunq; uel supplex, homini q̃ paulum animo sapit loco sit fratris. At te hospes ne quæso mentis astu me cela quæcunq; percunctabor:fateri enim te longe præstat. Dic sodes nomen, quo te mater atq; pater & alij quicūq; in urbe aut circa habitant uocitent. Nullus enī est inter homines ex quo natus siue bonus siue malus absq; nomine inuctus,sed passim omnibus inditum,ex quo à parentibus exeunt. Dic rursus terram & populum & ciuitatem tuam:ne eo te naues nostræ quæ aīos obseruant nostros transmittant. Non enim Phæacensibus gubernatores existunt, neq; temones habent sicut aliæ naues: sed ipsæ mentes hoīm ac sententias tenent: & oīm hoīm urbes & pingues norūt agros:præterea immensa maris ptranseunt spatia aëris caliginosi nube operti: neq; illis naufragiū pati aut perire metus est ullus. Sed & ut ego quandoq; à patre meo Nausithoo audiui,q̃ dixit Nep-

Alcinous ex Vlysse quærit oēm eius conditionem & fortunā.

Phæacum naues sensiles sunt

xit Neptunum nos admirari solere, quod auxilio simus omnibus, eos secure nauibus deducendo. Dixit itẽ tunc fore, ut Phaeacensium nauis ex reductione reuertens in ponto quandoq; resideret, magniq; instar montis nobis circa ciuitatẽ adumbraret. Haec Deus an faciet an imperfecta relinquat, ut animo lubebit agat. Sed quaeso, mihi refer ueraq; narra, ubi erraueris, & ad quae hoĩm loca perueneris? an urbes habitant, an duri & agrestes, seu potius hospitales & animo religiosi? Dic insuper, cur fles & animo angeris Danaũ ac Ilij luctum audiens, quem Dij fecere, omnibusq; hominibus exitium praebuere, futuris uero cantum ac poëma. An aliquis tibi forsan propinquus opud Troiam perijt, seu gener bonus, seu socer: qui ue maxime necessarij sunt post & sanguinem & genus eorũ, siue etiam aliquis uir amicus & gratus: quando nõ fratre est peior, quicunq; sit & amicus & sapiens.

Finis Libri Octaui.

¶ Ausonij poetae, in. IX. Homeri Odysseae librum Argumentum.

TVm vice sermonis fatur Laertius heros.

¶ Quatuor istinc libri de Vlyssis errore cõtexti sunt Namq; ab Alcinoo rogatus, seriem multiplicis erroris exponit: vt ab illo profectus, primum ad Ciconas delatus sit. Atq; illic expugnata Ismaro ciuitate, multis amissis fugatus abscesserit: vtq; inde Maleã Laconicae promontorium circum egerit: Ac deinde Lotophagos venerit. Mox ad Cyclopum insulam, quae Lotophagis adiacebat, cũ vna naue processerit, eaq; sedulo occultata ipse cum. xij. socijs in antrum Polyphemi penetrauerit: qui cruentis dapibus expletus, quas caede sociorum eius instruxerat: vino etiam quod Vlysses ingesserat temulentus, cum in somnum procubuisset, ac Vlysse caecatus poenas immanitatis exoluit.

Vlysses

ODYSSEÆ

Liber Nonus.

VLysses uero sic respondit: Alcinoë princeps, profectò pulchrũ hũc audire poetam est, q cantu par dijs uidetur: equidẽ nõ puto finem aliquẽ gratiorem esse aut optatius contingere, q̃ lætitia cunctum esse populũ affectum. Conuiuæ in primis in ædibus poetam audiunt ordine sedentes: iuxtaq; mensa Cerere ac carne referta. Hinc pincerna uinum ex cratere hauriens affert, paterisq; fundit, qđ mihi profectò gratissimum. Te nãq; de meis interrogare labo ribus animus impulit, ut magis ac magis referendo doleam. Referã cum ita tibi placuit ordine, quid primũ, qđ deinde, quid deniq; postremo fuerit ex meis ærũnis quas mihi Dij multas & malas inflixere. Nunc nomẽ ante oĩa meum dicam, ne nescij sitis. Ego postq̃ erro profugus extremũ euitans diẽ, ad uos hospes uenio, procul hinc habitans. Sum namq; Vlysses Laërtis filius, qui dolis cæteris præsto mortalibus, meaq; ad cœlum usq; gloria peruenit. Incolo Ithacã, cui mons imminet Neritus. Circaq; insulæ multæ ualde inter se propinquæ, Dulichium & Samus, & nemorosa Zacynthus. Ipsa uero humilis in alto iacet ad occidentem pertinens: aliæ separatim uersus orientem solẽ, aspera sane, sed optima salubrisq; pueris educandis. Non ego illa terra possum dulcius quicquam uidere.

Vlysses labores suos ĩcipit enarrare.

Vlyßis patria.

Nam & Calypso dea secum me uoluit retinere: similiter & Circe Ææa dolis in suis ædibus maritum sibi habere uerum aio nunq̃ meo persuadere potuerunt.

De amore patriæ.

Dulcius est patria nil, atq; parẽtibus usquam,
Illi præsertim qui longe à finibus errans
Forte domus propriæ, peregrina sede uagatur.

infœlix prælium cũ Ciconibus.

Nam ego reditũ meum uarijs plenũ curis referam, quas mihi à Troia discedenti Iuppiter intulit. Ex Ilio primum uentus ad Cicones urbẽq; Ismarũ detulit, quã ego diripui: prædã ac cõiuges, opesq; multas accipientes diuisimus, ne quis mihi partẽ non æquã inuideret. Hinc ego recẽti adhuc & humido pede nostros fugere iussi, ac stulti minime audiere. Nam dum meri multũ hic bibunt, multasq; oues apud littus occidũt: ecce Cicones Ciconibus se iungentes uicinis, q multi sane ac fortes continentem habitant, ac ex equis cum uiris decertare, cumq; opus etiam pedites agere solẽt, confertim tantaq; multitudine uenerũt, ut folia floresq; uere primo apparent. Tunc malum Iouis fatũ male perituris affuit, ut ærũnas pateremur multas. Circumsistẽtes igitur naues oppugnauere, hastæ ferreæ utrinq; iactæ. Igitur ad meridiẽ usq; contra eos quãuis numero superiores durauimus. Vbi uero dies ad uesperam inclinauit, tunc Cicones irruentes Achæos prælio superauere: sexq; ex naui qualibet socij desiderati, reliqui uero mortẽ fugimus. Inde q̃primum soluimus læti quod fatum euasimus, mœsti rursus quod uiros amisimus. Non enim naues abire prius permisi, q̃ miserorum so

rum sociorum ter quemlibet clamarem, qui in Ciconũ campo absumpti fuere. Nauibus deinde Iuppiter uentum immisit Boream cũ procella immensa, quæ terrã pontumq; nubibus obduxit, nox quoq; exorta è cœlo est quamobrẽ naues in obliquum ferebantur, uela in treis quatuórue parteis uis uenti deduxit. At nos mortem præsentem metuentes in naues excidimus, eas ex alto in terram certatim deducere conantes. Hic duas noctes duosq; cõtinuo dies iacuimus angustia & dolore pressi, at cum tertiũ diẽ aurora excitauit, malos constituimus, albaq; uela pandẽtes eramus, naues quoq; uẽtus & gubernatores direxere, & profecto incolumis in patriam puenissem, nisi me unda fluctusq; ac aqlo exagitatũ in Maleam impulisset incuruam. Hic uẽtis aduersis nouẽ diebus p pontũ sum delatus. Decima uero ad terram pueni Lotophagorũ, qui cibum herbidũ pascuntur.

Vlysses defertur ad Lotophagos.

Hic in terram ad aquam hauriendã descẽdimus, socijq; statim apud naues cœnauerunt. At post q̃ potus ac cibi cõpressa uoluptas, tũc ego socios duos deligens, tertiũ præconẽ simul addens, exploratũ misi quinam mortales essent, q in terra uiuerent. Illi statim abeuntes cũ hoĩbus Lotophagis sese cõmiscuere, qbus illi nõ aliter perniciẽ inferendo nocuere, tantũ lotũ ad degustandũ præbuere, quorũ quicunq; dulcẽ illius fructum ediderat, non amplius nec redire, neu referre nobis quicq̃ curauit, sed cũ Lotophagis illis lotum & ipsi edentes remanere uoluerunt, oĩno reditus obliti. Hos ego demũ ad naues flentes p uim duxi, ac sub ca

rinarum iugo religaui, cæteros uero delectos socios confestim naues conscendere iussi, ne forte & ipsi lotum eodē modo degustantes, reditus obliuiscerētur. At illi statim ingressi in transtris ordine manētes consedere, ac remis pontum secauere. Hinc tandē mœsti animo, in terram proteruorū & immaniū Cyclopum uenimus: qui dijs immortalibus confidentes, neq; manibus plantant, neq; arant, sed & triticum & ordeū minime satum aut aratum apud eos nascitur. Vineæ quoq; uberes uuas ferunt, quas Iouis imber adauget. Eisdem quoq; nec fora sunt, neq; iudicia, sed montium altorum habitant cacumina in cauis terræ speluncis, quisq; sibi ius dicit, filios uxoresq; inter se communes habent. Insula deinde breuis ac nemorosa secus portū extēditur, Cyclopum terræ neq; propinqua neq; item remota, ubi capræ agrestes infinitæ nascuntur, quas boūm iter aut ambulatio (quod locus inaccessus) minime prohibet: neq; itē uenatores, qui per saltus montiū cacumina cū labore sectantur, omnino uestigant. Nō enim gregibus, aut aratris terra colitur, sed insata & inarata perpetuo hominibusq; uiduata est, tantum capras pascit. Neq; itē Cyclopibus naues, nec uiri nauium fabricatores, quiue nauigando (quemadmū mos est hominum) inter se urbes adeant, ac cōmercia tractent. Insulam optatam colunt nō admodum malam, fert enim fructus omneis suo quoq; tempore. Nam & prata iuxta maris ripas amœnas aquis irrigua, uineæq; uirētes, & immortales existunt. Deinde aratio facilis: Ari

Cyclopum insula fertilis.

lis: Aristæ insuper ꝑ maturitatem grauidæ & inclinantes, ob soli subtus fertilitatē ac pinguedinē. Portus naui accōmodus, ubi nō rudentibus opus aut reste alligari, aut cubilia sterni, adeo ut in eo appulsæ diu tuto manere ualeant, donec nautis soluendi tempus uideatur, uentiq; aspirent. Iuxta uero portus caput lucida fluit unda, fonsq; è specu, ac alni circū nascuntur. Huc itaq; adnauigauimus, quò nos aliquis profecto deus ꝑ obscuram noctē duxit. Insula nusq̃ apparebat, aër quoq; circa naues obscurus et profundus erat lunā in cœlo minime apparentē nox interposita nubibus tenebat: neq; longos fluctus rotantes ad terram usq; uidimus, priusq̃ ad naues appulerint. His demū appulsis uela cuncta legimus. Deinde in littore ocyus descendimus: hic demum fessi dormitantes auroram expectauimus. Vbi uero primum illuxit, insulam admirantes ad ipsam conuoluimur. Hic Nymphæ Iouis filiæ capras è montibus excitarunt unde socij cœnare possent. Nos statim incuruos arcus sagittasq; ex nauibus sumentes, triplici instructi ordine direximus. Dei tandem munere dulcis & optatæ uenationis cōpotes fuimus. Naues me secutæ sunt duodenæ, capræq; nouenæ cuilibet sortitæ, mihi autem soli denæ delectæ. Vbi uero sol in occidentē inclinauit, consedimus oēs, dapibus meroq; accingētes. Nō enim rubrū in nauibus uinū defuerat, quod multū ex urbe Ciconū quam cepimus in amphoris hausimus. Post hæc in Cyclopum terram uacuam ꝑuenimus. Nam & ipsorum uidimus

fumum

fumum, ouiumq; & caprarum audiuimus uocem. Cum primum uero sol occidit, in maris littore procũbentes dormiuimus. Vbi autẽ illuxit, tunc concionẽ cogens: Vos, inquam, amantissimi socij hic remanete, ego cum mea naui meisq; comitibus ibo exploratũ quinam mortales sint, an grassatores, agrestesq; & malefici, seu potius hospitales & religiosi deorum cultores: Dixi, *ac statim ipse nauem conscendi, idemque meos facere iussi, oram deinde soluere. Illi obtemperantes illico transtris consedere, mareq; remis pulsauere.*

Antrũ Polyphemi

At loca contigimus postquam uicina Cyclopum:
Hic specus excelsa, pelagiq; in parte suprema
Conspexi lauris densum, syluaq; recenti:
Caprarum pecudumq; greges, ubi forte frequentes
Stabant, ac iuxta saxis horrentibus aulam
Extructam pinus, quercus quoq; plurima uallant.
Hic demum à reliquis uir longe ac solus aberrans
Per campos pascebat oues: qui iura hominumq;
Fas minime seruans, diuos spernebat & ipsos.
Monstrum horrendũ, ingens, facie mortalibus impar
Omnibus in terris frugem gustantibus, alti
Quin potius referens nemorosa cacumina montis.

Tũc ego iussi alios delectos socios apud nauẽ manere ac eã seruare. Duodenos *insuper fortissimos socios mihi deligens accessi, mecũ efferens utrem caprinam uini nigri dulcis, quod Maro Euanthis filius, Apollinis sacerdos, qui Ismarum colit, mihi dedit, quoniam illum cum filijs & coniuge eò ueniẽtes uenerati sumus, habitat*

bitat enim in Apollinis ſylua nemoroſa. Is igitur præclara mihi dona præbuit, ſeptē auri facti talenta: dedit & craterē argenteū: poſt hæc uini amphoras duodenas, dulcis admodū ac potus penè diuini, quod nullus nec ancillarū neu famulorū domeſticorū ſciebat, ſed ipſa tantū uxor & proma una ſola: quod inquam uinum cū ipſe biberet, uni pateræ uiginti aquæ partes addebat, odorq́; ingens ac ſuauis à cratere ſpirabat, ut nemo ex eo facile cōtinere potuiſſet. Huius igitur magnū ac plenū utrē, uiaticumq́; in pera mecū ferens animo impellor, hoīem ingenti robore præditum, & agreſtē, iusq́; ac fas minime colentē, ultro adire. Confeſtimq́; in antrū uenimus, ubi ille nō aderat, qđ oues p paſcua fertilia duceret. Ingreſſi ac cuncta ſane aſpicictes, admirati ſumus. Portarum ante limina præ magnitudine inſonuere, uaſa caſeis onerata, ſtabula hagnorū & hœdorū conferta: utraq; enim diuiſa muniebantur, ſeparatim prius natæ, ſeparatim mediæ, & itē iuniores. Sero uaſa cūcta mundabat, mulctra ſcyphiq́; in qbus mulgebat affabre laborati. Hic me ſocij ante oīa orant hortanturq́;, ut caſeos auferētes, ac hagnos è ſtabulis rapientes, ſtatim ad nauē deduceremus. Indeq́; rurſus p mare nauigare, quos ego minime audiui, quod longe præſtare uidebatur, ut & ipſum uiderem, q ſi mihi xenia daret (non enim daturus erat) noſtris procul dubio æquus erat futurus. Hic igitur ignē accendentes, ac cupide caſeos edentes pmanſimus. Illum uero intus ocioſe ſedētes expectauimus, donec paſcēs

Vinū Maroneū memorabile

Vlyſſes ingreditur

rediјt

rediit, dorso ingentem aridæ syluæ fascem ferens, ut et ad cœnam usq; suppeditaret: intráq; antrũ proiectus tumultũ excitauit. Nos autẽ perterriti in antri penetralia longe secessimus. At in latam speluncam pingues oues impulit oẽs quas mulgere solebat. Mares autem, arietes uidelicet & hircos, extra portam & altã caulam reliquit. Ipse demum saxum ingẽs in altũ tollens, quod non duo et uiginti currus quadriiugi ab humo amouerent, ostio repagulum ac munimentum opposuit. Post hæc sedens, oues mœchasq; capras ordine mulxit: ac fœtum quælibet subito repetiit. Deinde lactis quidẽ dimidium in uimineis ponens calathis caseis faciendis, dimidium uero in uasibus constitutũ cœnæ reseruauit. Postq̃ operam absoluit, tunc demũ ignem accendit, nosq; primũ uidit atq; interrogauit: Hospites cuiates estis, quò tenditis p maris uias. siue usus gratia, seu frustra erratis sicuti prædones p pontum euntes, ac animas in discrimine ponẽtes ut aliis perniciẽ & exitiũ ferãt? Sic ait. At nobis illico uocẽ istius uastã atq; horrendã expauescẽtibus, aius cõcidit. Ego sic respondi: Nos è Troia errantes Achæi, p magni spatia maris omnigenis uẽtis domũ redeũtes, p aliam uiã aliudq; iter uenimus: sic Ioui placuit. Populi Agamẽnonis Atridis esse gloriamur, q fama est sup æthera notus, quod tantam diripuerit ciuitatẽ, ac tot populos pdiderit. At nos tua ad genua procũbentes uenimus, siquid hospitalis auxilii aut aliàs dono, quod hospitibus cõueniat, iuuare poteris. Sed ò uir optime uerere

Polyphemus aduenas interrogat

Vlysses respõdet

deos

deos:uenit ſiquidem Iuppiter hoſpitalis,ſupplicum & hoſpitiũ fautor,q hoſpitibus ſimulq; uerecũdis comitẽ ſe præbet: Sic dixi. At *ille truci reſpondit aĩo:* Stultus *es hoſpes,an longe hinc noſtri moris ignarus ueniſti? q me deos iubes uerere aut uitare?* Non enim *Cyclopes Iouẽ uerẽtur,neq; itẽ deos beatos,quod longe ſumus potẽtiores:* Nã *ego profecto iram* Iouis *uitaturus neq; tibi neq; ſocijs tuis parcerem, niſi mihi ſuaderet aĩus.* Sed *dic ubi nam nauẽ huc ueniens reliqueris, an in extremo littore procul an prope ut ſciam?* Sic *ille me tẽtando pcunctatur,quod minime latuit multa ſcientem:uerum & doloſis reſpondi uerbis:* Nauem *mihi* Neptunnus *ad petras contundẽs fregit,ueſtræq; terræ finibus propinquã reddidit.* Ventus *enim illam ex mari diſpulit:fatum ego tantũ cũ his quos uides euaſi* Sic *dixi.* At *ille animo uiſus truculento nihil reſpõdit ſed in ſocios irruens manus extendit,duosq; ex his tanquàm catulos arripiens humi allidit, quamobrẽ cerebrum excuſſum terram cruore perfudit,mẽbra deinde truncatim cæſa cibo parauit, uorauitq; demum ut leo montanus,neq; uiſcera,neq; carnes,neq; itẽ oſſa relinquẽdo.* At *nos atrocia facta conſpiciẽtes,* Ioui *manus flentes tetendimus,mentem ſtupor occupauit.* Poſtq̃ *uero* Cyclops *uaſtum compleuit carne humana uentrem,lac inſuper bibit,& in antrum intra oues ſe condidit.* Mihi *uero ex animi magnitudine mecum cogitanti,an propius accedens enſem quem ad latus forte habebam educerem, ac in pectus ubi præcordia hepar*

Cyclopes diuum contẽptores

Cyclops dirus ſocios deuorans

hepar habent perfoderē, manus insup uincirem. Aliud deinde consilium succurrit, quod hoc quanq̃ succedente, nihilominus ibidē periremus: quoniam ingentē lapidē quē ostio opposuerat, auellere nequaquàm facultas nobis esset. In hac igitur angustia constituti auroram expectauimus: cū uero primū illuxit, ignē ille excitauit, oues mulxit, oīa recte. Duos post hæc alios socios similiter allidens, cibo parauit. Cœnans autem extra oues misit, facile reserans magnū auellendo lapidē, quē mox tanq̃ pharetræ operculū reposuit ne periret. Multo deinde impetu Cyclops oues ad montem impulit. At ego relictus eram dira uersans aīo, si quo modo illū inuaderē, cōpotemq; uoti me Minerua faceret. Hæc demum cogitanti sententia uisa est huiuscemodi potior, Cyclopis enī robusta, ingēsq; claua iuxta mulctrā iacebat, oleagina quidē ac uiridis, quā ut exiccatā ferret inciderat. Hanc nos aspiciētes, magnæ nauis onerariæ quæ p maria uehitur, malo & longitudine & latitudine cōparauimus. Ex hac igitur ego incidi quantū est ulna, ac socijs ad acuendū tradidi, qđ illi certatim fecere: ego quoq; simul innixus idē contendi, deinde igni admodū præussi. Postea sub fimo, q̃ p speluncā multus erat effusus, clā locaui: sed & alios sorte educi iussi: q mecū Cyclopis dulci somno quiescē tis oculū obelisco transfigere auderent. Illi uero quatuor, quos ego nō alios deligere uoluissem, sorte eduxere. Electus nihilominus & ego inter hos quintus. Cyclops interea sero uenit, pastu reducens oues, quas statim

Vlyssis consilium

statim in latam impulit speluncam omnes quidem, nulla de more relicta, siue uidens ac prudēs, seu quod ita Deus uoluerit. Vbi uero lapidē ingentē attollens apposuit ostio. sedit, oues caprasq; mœchas mulgēs, atq; oīa recte. subitoq; fœtum quælibet repetijt. Postq̄ uero operā absoluit, duos itē miserabiles socios similiter capiēs cibo sibi parauit. Tunc ego prope astans, ac ciathū uini nigri in manibus tenēs, Cyclopē sic alloquor: Cyclops en bibe merū, quando humanas edisti carnes uti uideas qualē nostra carina potū aduexit: tibi nāq; libabo, si me domū remittendo mei misereberis. Insanus, miser, neq; tolerādus, quonā modo te aliquis hoīm aut populorū adibit, quādo nō recte agis? Sic dixi. Ille uero recepit ac bibit, dulci potione delinitus grauiter iacuit: meq; rursus rogat: Da iterū hanc libens potionē, nomenq; tuū dicito nunc q̄ primū, ut tibi hospitale munus, quo maxime gaudeas præbeā. Nam quanq̄ Cyclopibus terra fert uinū præstantissimū, illudq; Iouis imber adauget: hoc tamē uestrū ambrosiæ nectarisq; genus est. His dictis uinū ei è uestigio rursus præbui. In summa ter obtuli, ter ille ob suam dementiam bibit. Vbi uero circū præcordia diffusum, ad mentē usq; peruenit ebrietas, tunc ego illū blandis alloquor: Cyclops rogas me nomē inclytum, dicam equidem, tu uero munus hospitale quod promisisti quæso tribue. Nulli mihi est nomē, Nullum inquā me pater & mater & alij socij oēs uocitant. At ille truci respondens aio: Nullū ego, inquit, ultimum suorū sociorum edam: alios uero

Vlysses Polyphemo uinū offert

Nullus

prius: hoc nostrum munus habeto: Dixit, & *illico resupinus cecidit, recubansq; ac craßam protendens ceruicē iacuit: somnus oīm domitor subijt. Vinum quoq; & frusta humanæ carnis uoratæ ex imo gurgite ruūt mero tandē grauis euomuit. Tunc ego sudem præustā uti calefieret, sub multa cinere mersi, sociosq; uerbis ne ob metū tergiuersarentur sum adhortatus. Postq̄ uero sudes oleagina uehemēter ignita, & iamiam cremari uidebatur, tunc ego hanc tuli. Socij uero circa astabant, quibus audaciam magnus addidit deus. Illi sudem ex me corripientes, sic acutam in summū oculū infixere. Ego tunc insuper assurgens, eundē ut facilius penetraret circumuolui. Ac ueluti uir aliquis hastā naualem terebat, alij loro alligato terebram utrinque cōmouent, illa facile currit: Sic tunc nos sudem in oculo circumuertimus. Sanguis autem longe effunditur: Cilia palpebrasq; omnis uapor ingens ardente pupilla cremauit: Igni quoq; radices raucæ resonabant. Veluti cū faber ferrarius securim aut ligonē ardentē in frigidam mergit aquam, magno commurmurat stridore, (hoc enim ferri robur aut uis facit) sic oculus sude oleagina transfixus concrepuit. At ille horrendū questus prope saxū exclamauit. Nos autē timentes retrocessimus. Ille sudem infixam ex oculo multo cū sanguine auulsit, quo auulso Cyclopas alios ingenti uoce clamauit, q in specubus iuxta uicinos habitabant montes. Illi alius aliunde audientes accurrunt: instantesq; apud specum rogant, quidnam triste ei acciderit.*

Polyphemo ob merū stertenti eruitur oculus.

Quid

Quid, inquiunt, infœlix Polypheme sic clamas per no ctem intempestam, ac insomnes nos facis? an ne mortalium aliquis abs te oues abducit, an te forte dolo nō ui aliquis interfecit? His Polyphemus respondēs: Nullus, inquit, me dolo nō ui perimit. Illi contra: Siquidē Nullus, aiunt, tibi soli existenti uim affert: morbū qui dē magni Iouis non est euitare, tu tantum Neptunno regi notū fac: Sic dicentes abierunt. At meus risit cō tinuo animus, quod meū illum nomē & prudens consiliū deceperit. Cyclops autē gemens, ac præ doloribus uociferans, lapidem manibus prætentans à ianua auulsit: ipse in foribus passis manibus consedit, si quē cum ouibus cōmixtum extra portam interciperet: sic me dementē putauit esse. Ego uero interim cogitaui quonam modo hoc potissime fieret: si quā socijs et mihi uiam mortis euitandæ inuenirē. Omneis insuper dolos & omne consiliū utpote pro anima adhibendo, magnum profecto prope malū instabat. Hæc cogitanti tandē succurrit. Mares erant oues forma præstantes denso uellere pulchri, ac magna lana purpurea opti. Hos ego treis simul capiens iuncis flexilibus colligaui, dum Cyclops ingens monstrū dormiret: medius au tem illorum hominem ferebat, extremi autē seruabāt. Tres igitur simul unum gestabant. Inter hos aries unus omnium optimus erat: hunc ego supra dorsum aptans uilloso sub uentre prorsus iacui, ensem nihilominus in manu continuo quamuis contortus & anguste situs forti animo retinebam. Sic itaq; miseri auro-

Polyphemus Cyclopas aduocat.

Vlyßis astutia

ram almam expectauimus. Cum primum illuxit, tunc mares Polyphemus in pascua mittit: fœminæ autē cū nō adhuc eas mulxerit, apud mulctram balabant, hubera plena grauitate strepebant. At Polyphemus oībus afflictus doloribus, oīm ouiū recte stantiū dorsa attrectabat: demens qui sub pectoribus alligatos ac latētes minime nouit: ultimus aries ferus exijt, uillo simul & meipso grauis q prudēter cogitaueram. Hunc demum attrectans Polyphemus ait: Aries improbe cur nunc

Polyphemus arieti.

ultimus è spelunca exis, qui ab ouibus relinqui nō soles, sed longe prior teneros herbæ flores procul errās pascis. Primus itē fluuiū petis, primus deniq; uesperi ad caulam reditū expetis. Nunc uero pessimus es: an forte domini tui oculū desideras, quē uir impius Nullus unà cum socijs me uino domitans eruit, quēue ego exitium uitaturū nō existimo? Si tu in eadē mecū sententia es, usq; uocalis nunc fias, ac dicas quonam ille meū furorē aufugit. Huic utinam cerebrum huc illuc illisum potius fuisset, q̄ tot mala meo capiti, quæ ignauus ille Nullus intulit, mihi fuissent. Sic dicens arietē ab se foras misit. E spelunca igitur & caula exeuntibus ac libens, prius ego ab ariete me solui, solui itemq; socios. Post hæc oues quæ maxime pingues essent, multas abegimus, protinusq; ad naues incolumes peruenimus. Tunc illi q mecū mortē euaserant, socios querælis rē narrando affligebant: quos ego annuēs supcilio minime pmisi. sed omisso fletu iussi celeriter oues multas naui imponere ac nauigare, ac illi transtris consederunt,

derunt, ordineq; remis magnum maris ſpatium ſecabant. Vbi uero tantũ abſtitimus quantum uox auditur humana tunc ego Cyclopẽ in uerbis oĩbus ac cõtumelioſis inceſſi: Perfide Cyclops nõ debueras uiri imbellis ſocios in ſpelunca ꝑ uim deuorare: at te malefacta obruerent æquũ erat infœlix: quando hoſpites minime uereris. Iuppiter, crede mihi, cæteriq; dij abs te meritas exigent pœnas: Sic dixi. Tunc ille iratus irruit, ac montis alti cacuminis partẽ abripiẽs in mare ante nauem paululũ proiecit, ita ut ſummũ gubernaculũ pene attingeret, ex quo mare ipſum mole ruentis ſaxi clauſum aliquantulũ apparuit. Sed hoc rurſus pelagi unda exæſtuans, ex ponto terram uerſus tulit, littoriq; propinquũ ſtatuit. Tunc ego manibus longũ corripiẽs contũ, idẽ à naui procul reppuli: ſocios inſuper adhortans capite annuẽdo, iuſsi remis incumberẽt uti fatum uitaremus. Illi autẽ obtẽperantes certatim remigabãt Vbi uero alterũ tantũ pelagi ſecauere, tunc ego Cyclopem uerbis rurſus laceſſere cœpi, ac ſocij omni me ſtudio hinc inde auertere cõtendebant. Infœlix inquiunt, qd agreſtẽ hoĩem amplius irritare cupis, q modo in pontum molẽ hanc uti ſagittam iaciens, nauem ad terram rurſus impulit, ut ibidem pene perituros putaremus: Si nunc loquentẽ te aut clamantem audiet, ita furore procedet, ut profecto capita noſtra ſimul cum nauibus ingenti murmure feriendo abrumpat. Sic illi, ſed meo animo ingenti minime perſuadere ualuerunt. Verum ad illum animo rurſus minaci conuerſus: Cy-

Vlyſſes Polyphemo inſultat.

clops, inquam, si quis te mortalium forte de oculi priuatione interrogabit, dic Vlyssem urbium expugnatorem Laërtis filium apud Ithacam dominantem, hūc tibi eruisse: Sic dixi. At ille irritatus: Heu heu quàm mihi nunc, inquit, diu prædicta uaticinia ueniūt. Fuit namq; hic uates quidam bonus magnusq; Telemus Eurymedes uaticinio præclarus. Is cum Cyclopibus consenuit: & mihi oīa postea futura prædixit. Ex Vlyßis nauibus lucem me quandoq; perditurū. Ex illo namq; semper hominem ego aliquem magnū ac magnis præditum uiribus uenturum huc timui. At nunc me miserum paruus admodum & ignauus homo uino tantum domitans oculo priuauit. Sed Vlyße huc ades ut tibi hospitale munus rependam. Nam & auxilium in te reducēdo contendam ab inclyto Neptunno, cuius ego sum filius, illeq; meum se iactat esse patrem. Ipse tantum si uelit reducet, nec alter, nec deorum neq; hoīm ullus: Sic ait. At ego contra, utinam inquam te anima simul & uita priuatum ad inferos usq; demittere ualerem, quem non oculum tibi neq; ipse Neptunnus instaurabit: Sic ego. At ille statim Neptunno regi uouēs manus ad cœlum extulit: Audi quæso, inquit, Neptune si uere sum tuus, tuq; meus gloriaris eße pater. Da quæso Vlyssem urbium expugnatorem Laërtis filium apud Ithacam habitantem, domum minime redire. Sed si omnino fatum ei redeundi charosq; filios ac patriā reuisendi fuerit, oro ut infauste saltem redeat amissis prius socijs omnibus, & aliena in naui: præterea mala

Telemus Cyclopum uates

Imprecatur Vlyssi Polyphemus.

multa

multa incommodaq; domi offendat: Sic ait. Neptunnus uero hunc audijt: sed & idem rursus in alto saxū maius attollens rotauit, ingensq; spatium longe præterijt paululumq; post nauem cecidit: ac summum pene gubernaculum attigit: mare propterea clausum à mole ruentis saxi, quod ulterius deinde unda trudit, ad littusq; usq; proximum compulit. Nos uero post hæc ad insulam peruenimus, ubi naues aliæ congregatæ manebant, circaq; socij gementes ac nos continuo expectantes sedebant. Huc igitur profecti nauem in arenam subduximus, deinde nos in littore descendentes oues Cyclopis ex naue tractas diuisimus, ne quis æqua fraudatus parte ueniat: Arietē mihi soli diuisis oībus socij ut munus cæteris excellentius dedere: quē ego in littore Ioui optimo cunctis imperanti sacrificans, crura cremando obtuli. At ille sacra minime curans, continuo cogitabat quonam modo naues mihi unà cum socijs charissimis perirent. Sole interea inclinante ad occidentem accubuimus, carnes edentes optimas, ac dulce potantes merum. Vbi uero sol occidit, tunc quoque in littore cubauimus. Postq̄ autem illuxit, socios ego adhortando naues conscendere ac uela pandere iussi. At illi ingressi ac supra transtra ordine consedentes mare remis pulsauere. Hinc igitur quàm primum soluimus, mœsti quidem ob socios amissos, læti uero quod mortem euasimus.

Finis Libri Noni.

¶ Ausonij poetæ, in X. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

AEoliam ventorum agimur patriamq́ʒ domumq́ʒ.

¶ Hinc refert Aeoliam se fuisse pue̱ctum, donisq́ʒ donatũ ab Aeolo rege ventorũ, qui ab omnibus comiter præbitis quo securior nauigaret, ventos etiã dederit vtre conclusos, vtq́ʒ cũ iam Ithace propinquat, & refusus sit in soporẽ, socijq́ʒ eius opes aliquas in Lora inesse existimantes dormiente ipso, vincula dissoluerint, aduersisq́ʒ flatibus ab ipsa patria iam sint relati inde, vt Antiphatem Lestrigonasq́ʒ delatus sit. Ibi amissis vna minus cæteris nauibus Circeum littus accesserit. Ibiq́ʒ veneficio potentis deæ Eurylochus & præmissi cũ eo socij in ferarum ora conuersi sint, ipse etiam similia passurus Mercurio procurante vitauerit, cæterosq́ʒ socios ad speciẽ pristinã redigi virtutis admiratione compulerit.

ODYSSEÆ
Liber Decimus.

IN Æoliam post hæc adnauigauimus. Hic Æolus *Æolus habitabat Dijs charus in insula nauibus accessa: quæ inexpugnabilis circum sese admodum murisque ferreis munita, ac saxo ingenti circundata. Huic igitur duodecim domi fuere liberi, sex fœminæ totidemq́; mares pubescentes, quibus illas matrimonio iunxit: & his quidem apud charum patrẽ matremq́; solertẽ epulantibus milia ciborũ aderant. Quapropter dies totos domus nidore spirabat, aulaq́; frequentia grauabatur noctes uero apud uxores pudicas in tapetibus & lectis ornatis cubabant. Horũ igitur ciuitatẽ pulchrasq́; ædeis adiuimus. Æolus me mœrentẽ totum mensem, libenter & humaniter habuit, singulaq́; interrogauit, & de Ilio, & de nauibus Argæorum, & de reditu*

Achæorum

Achæorum. Ego uero *cuncta probe & ordine narraui:deinde ut mihi subueniret,itineriq; auxiliũ præberet obsecraui.* Ille *utrẽ ex pelle bouis nouenarij mihi dedit,ubi procellosorum uentorũ uias & impetus inclusit.* Illum *nãq;* Iuppiter *uentorum promũ ac dominum fecit, ut ei sedare & emittere cũ uellet facultas esset.* In *naui deinde utrem posuit:eumq; funiculo argenteo ut ne minimũ quidẽ exhalaret alligauit.* Zephyrũ *q naues nosq; incolumes ferret tantũ spirare dedit: sed ipsorũ stultitia sociorũ minime datũ ut hoc eueniret.* Nouem *nãq; dies nocte dieq; simul nauigauimus.* Decima *uero* patria terra apparuit:tũc prope *iam ignẽ uertentes existẽtes uenimus.* Hic *me fessum dulcis occupauit somnus,semp enĩ nauis pedẽ mouebã, neq; alij sociorũ concessi,ut citius in patriã perueniremus.* At *socij uerbis inter se cõueniunt putantes me aurum & argentũ dona ex* Æolo *domũ referre.* Sic *alius alij proximo dicebat:*Heu *q̃ hic oĩbus est charus & apud oĩm ciuitates & terras quas adit existimationi.* Multa *namq; ex* Troiana *præda præclara & pretiosa secũ ducit.* Nos *uero idẽ facientes iter domũ uacuis redimus manibus:& nunc* Æolus *quoq; hæc ei dona gratificãdo dedit:sed agedũ ocyus quæcũq; hæc sint quantũue auri & argenti in hoc utre existat uideamus:*Sic dixere. Sociorũ *itaq; malum uicit consiliũ utrem soluerunt,uenti statim irruerunt.* Nos *autẽ gementes procul à patria terra rursus procella rapiens in pontũ medium tulit.* Verũ *ego mœstus aĩo mecum*

Æolus Vlyssi dat utrẽ uentorum.

uersabam, an è naui ruens me in mare præcipitem darem, an tacitus tolerarẽ, ac uiuerẽ: quamobrẽ durare & in naui opertũ iacere mihi potius uisum. Ac uenti rursus exorta procella in Æoliã insulam naues distraxerunt: ex quo socij in angustia fuere. Hic in terram ad hauriendũ aquam descendimus, apud naues deinde accubuimus. Postq̃ uero cibo potioniq; indulsimus, tũc ego præconẽ simulq; è socijs unũ mecũ assumẽs, Æoli domũ adiui: hũc in mensa iuxta & uxorẽ & filios offendi. Nos uero uenientes in aulã humi cõsedimus. Illi tunc aio satis admirãtes sciscitantur, quonã modo huc Vlysses rediisti? quis te malus agit dæmon? profecto nos te accurate remisimus, ut in patriã domũq; tuam reuertaris: Sic ait. At ego anxius respondens: Læserunt me, inquam, socij simulq; somnus impius, sed uos quæso medemini amantissimi: penes enĩ uos facultas. Sic ego mollibus rogãdo uerbis: cæteri uero affecti tristitia silebant. Pater uero, pereas, inquit, cõfestim ex insula abscede uiuentiũ pessime, non enĩ fas reducere neq; auxiliũ præstare uiro, q Dijs immortalibus sit inuisus. Pereas, inquã, quando Dijs infensus huc iterum uenisti. Sic dicens è domo me grauiter ferentẽ ac spirantem emisit. Hinc primũ adnauigantes aio mœsti: cunctorum namq; mens exciderat tristi procedentiũ remigatione: quod non amplius redeundi auxiliũ daretur. Sex namq; diebus nocte dieq; nauigantes. Septimæ ad Lami altum peruenimus oppidum longeq; portus habens, Læstrygoniã, ubi pastorem pastor uocat à

Æolus reuertentem Vlyssem indignabũdus expellit.

Vlysses uenit ad Læstrygonas.

est à pascendis gregibus reuertens. At ille egrediēs ad pascua dicto est audiens. Hic & insomnis uir duas fert mercedes, unā boues, alterā oues pascendo: propè enim die ac nocte uiæ sunt. Huc igitur in portum inclytum applicuimus, quē circà saxum altum innatum ex omni latere circundat, littoraq; procedentia inter se aduersa in ora prominēt: angustus alioquin introitus. Hic itaq; socij naueis omneis deductas in curuo portu inter se propinquas alligauere, quod hic nunq̃ fluctus assurgat aut uerberet, ne paululum quidē, sed candida omnino circà tranquillitas. At ego solus extra nauē deducēs, ad extremam saxi partem alligaui, existensq; in altam speluncam constiti. Hic enī neq; boum neq; hominum opera ulla apparebant, solum ex humo fumum prominentem aspeximus: Tunc ego socios uestigatum misi, qui mortales essent in terra illa uiuētes. Duos delegi uiros, tertium præconem sequentē addidi. Hi itaq; facilē ingressi uiam, qua currus in urbē ex altissimis montibus materiam ferebāt, puellam ante urbem obuiam filiam Læstrygonis, quæ aquatū ibat, habuere. Hæc enim in amœnum descenderat fontem Artaciam, unde aquā in urbem ferebat: Hanc igitur illi uocant rogantq;, quisnam sit rex qui illis imperet: at puella statim patris altam indicauit domum. Illi uero inclytas ædeis ingressi, fœminam offendunt tanta magnitudine, quanta montis cacumē est: hanc circum sistunt: illa uero è foro protinus inclytum Antiphaten maritum suum euocat. Is mortem eis continuo excogitans,

Fons Artacia.

tans,

tans, unum è socijs capiens cibo parauit. At ille per urbem clamauit. Læstrygonum milia audientium alius aliunde accurrerunt, non quidem uiris sed gigantibus similes, qui saxa grauia ingentiaq; in nostros rotabant: apud omneis uero sæuus oritur tumultus hominum morientium, nauium quoq; fractarum. Vt pisces enī famelici ad tristeis ferebantur epulas. Vbi primū eos intra portum nostros perdentes uidi, tunc ego ensem ab latere sumens, primū nauis alligatæ rudentes incidi: statimq; ut pestē fugeremus socios meos adhortatus, iußi remis incumbere. At illi perniciē formidantes certatim insurgūt. Nam mea nauis saxa immania in nos missa in pontum aufugerat, aliæ simul ibidem congregatæ in periculo remanebant. Itaq; inde primum cæteri hilares, alioquin mœsti ob socios desideratos abnauigauimus, ac in Ææā uenimus insulam. Hic pulcherrima Circe sermone grauißima habitabat Ææ tæ miseri soror, ambo uero ex sole ac Persa Oceano nata geniti. Hic itaq; secundum littus naui ducimur in portum stationi opportunum, quibus deus aliquis profectò dux fuit: statimq; in eo descendētes, quod laboribus quaßi afflictiq; essemus, duobus diebus totidēq; noctibus requieuimus. Vbi uero tertium diem aurora ostendit, tunc ego meam hastam ensemq; simul corripiens, confestim proceßi exploratum siqua hominum opera seu uocē uiderē: cumq; in altam speculam ascendēs constitissem, ex ædibus Circes inter saltus & densam syluam fumum ab imo uenientē conspexi. Versaui de-

Antiphates rex Læstrygonum.

Vlysses ad Circen diuertit.

ui deinde animo accederémne ac percunctarer quod fumum ardentẽ uideram. Potior tamen cogitanti mihi sententia uisa, ad nauẽ prius littusq́; reuerti, ac dapes socijs parare, deinde uestigatum mittere. Verũ redeundo iam naui propinquus erã, cũ deus me aliquisolum existentẽ est miseratus, qui ceruum ingentẽ in ipsam uiã impulit. Is solis anxius ardoribus è sylua descendẽs, ac sitiens fluuiũ petebat. Hunc itaq́; uenientẽ tergus medium ad uentrẽ usq́; percussi, aduersumq́; hasta ferrea transfixi, ex quo moribundus humi cecidit. Hastã deinde ex uulnere subtractã inclinãs in terra posui: mox ex uirgultis iuncisq́; funẽ probe retortũ ulnæ longitudine utrinq́; contexẽs, ingentis cerui pedes alligaui: protinusq́; per saltus & ferarum cubilia ad nauem usq́; tuli hastæ innixus, quod non liceret ingentem feram altera manu supra humerum ferre, proieciq́; ante nauem, ac socios uiritim prensando bonis uerbis excitaui: O socij, nõ profecto ad inferos quãquam afflicti descendemus, priusquã fatalis adueniat dies. Sed agedũ donec in naui esculẽta poculẽtaq́; sũt, cibi ne fame absumamur reminiscendum: Sic dixi. At illi statim dicto audiẽtes fuere: Nec mora, circa littus dispositi ceruũ ut ingentẽ ferã sunt admirati. Postq̃ uero satis aspiciẽdo sunt exhilarati, manus lauãtes illustrẽ parant cœnam. Vbi autem dies in occidentẽ inclinauit, carnibus in carinis uescuntur optimis, ac dulce potant merum. Cum primum sol occidit, in littore cubauimus. Vbi uero illuxit, socios in concionẽ uocãs

Vlysses ceruum cõfigit

sic sum

ſic ſum allocutus: Audite o ſocij mei amantiſſimi, quãuis multa paſſi, ignoramus enĩ ubi occidẽs, ubi oriens, ſiue in qua parte ſol ſub terrã ſe condat, aut unde oriatur, ita finibus diſiecti ſumus. Verũ ſi quod eſt nobis conſiliũ, quod minime puto, ubi iam ſimus cito conſyderemus. In ſpeluncã nanq; altã ego conſcendẽs inſulam conſpexi, quã immenſum circumdat mare, ipſa uero humilis in medio ponto iacet, fumus tantum ad oculos meos per ſaltus & ſyluã condenſam peruenit: Sic dixi. At illis animus dolore fractus corruit recordantibus geſtorũ Antiphatis Læſtrigonis, ac ſæui anthropophagiq; Cyclopis. Quamobrẽ flebãt uociferãtes, ac lachrymas ex ore huberes fundentes. Ego uero tũc ſocios bifariã diuiſi. Parti alteri meme, alteri uero Eurylochũ duces conſtitui: Sortes in ærea urna celeriter mouimus, ſors Eurylocho obuenit. Ille ſtatim, cũ eoq; ſimul duo & uiginti ſocij iter flendo ingreſſi, nos itẽ poſtea flentes reliquerũt. Demũ in ſaltibus affabre laboratã Circes domũ politis ex lapidibus in loco circumſpecto inuenerũt, circa quam lupi erant montani ac leones, quos ipſa pharmacis præbitis mulcebat: neq; in uiros irruebãt, ſed longis caudis blandientes conſiſtebant: uelut enĩ canes dño ad epulas eũti blandiuntur: quod ille animũ continuo demulcentia ferat: Sic circa illam lupi leonesq; aſſultabant. Socij uero ubi grauia uiderunt monſtra, in Circes foribus conſtiterunt, illamq; intus dulci modulamine cantantẽ audiuere. Telam præterea magnam & immortalẽ

texen-

texentē, quod sola dearū opera pulchra & elegantia faceret. Inter eos aūt missos, quos supra narraui, Polites uir princeps loqui cœpit, unus q mihi sociorū cha rißimus ac prudentissimus erat: O socij profecto, inquit, quædā intus siue dea seu mortalis magnā cōtexēs telā pulchre canit, pauimentū enī circà resonat. sed ꝑ pius accedētes uocitemus: Sic ait. Illi uero obtemperā tes alte loquuntur. At illa statim exiēs fulgentes rese rat fores, ac euocat: cæteris quidē simul ꝑ imprudentiā credendo ingressis, Eurylochus tantū substitit, dolum esse formidans. Introductos igitur in lectulis illa & thoris constituit, eisq; caseū farinā & mel recēs uino prámnio commiscēs, in potionē obtulit: ꝑniciosa quidē pharmaca, ut omnino terræ patriæ obliuiscerentur: quæ postq̄ biberūt, statim illos Circe baculo conuerberās, in harā porcorū coēgit: ex quo subito & capita & uocē & corpus, insuper setas porcorum habuere. Mens tamē uti prius firma inerat. Flentes igitur misere urgebantur, quibus Circe glandē iliceā quernāq; ac comā cibo iuxtà proijciebat, qualia sues humi iacentes edunt. Eurylochus uero confestim ad nauem uenit nuntiū sociorū fatumq; miserabile referens. Neq; uerbū ullū animo ob ingentē laborē afflicto enuntiare potuit. Oculi lachrymis, luctuq; mens grauabantur. Nos igitur oēs admirati rogamus quidnā rei? tūc ille reliquorū fatū narrās: Iuimus, inqt, ut iußisti ꝑ saltus præclare Vlysse, in alta sylua pulcherrimam offendimus domū, ubi quædā siue dea seu mortalis tela contexens

Polites.

Pramnium uinum,

Vlyßis socij in porcos conuersi.

Eurylochus Vlyßi dirām sortē renuntiat.

xens dulce canebat. Hæc statim egressa fulgentes aperuit fores, euocat, ego tantũ suspicãs dolum remansi. Cæteri oẽs p impudentiã ingressi, sensu & forma humana exciderunt: cumq; diu assistẽs obseruasse, nullus ipsorũ apparuit: Sic ait. At ego circa humeros ensem subito argenteũ ingentẽ, arcumq; suspẽdi, deinde iussi eadẽ me uia duceret. Tunc me utrisq; prensans manibus, ad genua supplicat: Ne quæso me nuntium Vlysse illo ducas, sed hic relinque. Noui enĩ quod nec tu redibis, neq; sociorũ ullum reduces, quamobrem cum his qui tantũ adsunt fugiamus, ac diẽ malignum celeriter euitemus: Sic ait. At ego cõtra respõdi: Euryloche, tu quidẽ hic apud naues ede atq; bibe, ego tantũ ibo: sic acris iubet necessitas. His dictis à naue atq; mari sum profectus. Cum uero p sacros iens saltus Circes polypharmacæ domui propinquarẽ: ecce Mercurius uiro iuueni primũ pubescenti, cuius est ætas gratissima assimilatus, sese mihi obuiã offert, meq; manibus comprellans sic uerbis affatur: Quid miser p saltus & montes solus ac loci ignarus is? Socij namq; tui in Circes domo coẽrcentur, ut porci latebras habentes cõgruas an tu huc uenis eos liberaturus? non equidẽ te puto reditorũ, remanebis ibidẽ & tu quemadmodũ alij. Verũ ego ex his te liberabo malis atq; seruabo, hoc pharmacum huic rei bonũ retinens ad Circes ædeis proficiscere, quod malignã à tuo corpore diẽ repellet: cuncta enĩ tibi Circes perniciosa cõsilia nuntio. Tibi nãq; pharmacũ frumento mixtum potioni offeret, uerũ te nullate-

Mercurij remediũ cõtra Circes pharmaca.

nullatenus attonitũ aut consopitum reddere ualebit, pharmaco bono quod præbebo nõ pmittente: dicãq; singula. Quando enĩ te Circe longo baculo cõuerberabit, tũc ensem acutũ ab latere educẽs, Circæ intentabis quasi cædẽ allaturus. Illa timens te secũ cubare iubebit. Hic tu deæ lectũ minime detrecta, ut illa & tibi socios restituat, & te simul redire pmittat: sed eam coge magno Deorũ iuramento affirmare, ne quod tibi aliud incommodũ deinde afferat, neq; te nudatũ imbecillemq; ac languidũ reddat. Sic loquens Mercurius pharmacũ obtulit ex terra extrahens, mihiq; ipsius naturam monstrauit, radice nigrũ erat, flore autẽ lacti simile. Moly nãq; ipsum Dij uocant, inuentu ac effossione mortalibus difficile. Dij namq; oĩa possunt. Mercurius post hæc p insulã nemorosam in cœlũ sublimis abijt. Ego autẽ ad Circes domũ contendi, multa mecũ aĩo uersans: ad fores deæ tandẽ constiti, clamaui, illa me audijt: egressaq; ilico fulgentes mihi fores aperuit insup euocat. Ego uero mœstissimus aĩo subeo, ingressum deniq; in argenteo throno pulchre laborato collocat, sub pedibus scabellũ erat. Mihi tunc pharmacũ in aurea patera potioni obtulit, aĩo male cogitans. Postq̃ uero bibi, me baculo cædẽs minime demulsit aut attonitũ reddidit. Tunc me cõpellans: ueni nunc, inqt, ad porcorũ arã tuos uidere socios: Sic ait. Ego ensem acutũ ab latere educens, Circæ intentaui quasi necem allaturus. Illa magnopere uociferans genuaq; cõplexa ac flens, sic fatur: Quis es? aut unde? quæ tibi patria

Moly herba.

Vlyßes ad Circen ingreditur.

parentesue? Miror equidē quod ad meam potionē minime reddaris attonitus: nullus enī q hanc degustauerit hoc sustinuit modo. Tibi nempe immortalis quædā in pectore mēs est: profecto Vlysses es, quē ad me uenturum Mercurius qn̄q; ex Troia reuertentē dixit. Sed agedū ensem in uagina conde, deinde lectum ascendamus, ut cubili & amori uacantes unà cōmisceamur: Sic ait. Ego autē ô Circe, inquā, quonā modo me tibi æquū placabilemue esse iubes, qui in ædibus tuis meos socios porcos reddidisti? me quoq; ipsum hic habens p dolū contendis thalamū cubileq; tuum conscendere, ut me similiter mutatū deformemq; reddas. Ego uero cubile tuum nequaquā ascendā, nisi magno iureiurando affirmaueris, nullum te mihi incommodū aliud inflicturam Sic dixi. Illa cōtinuo sic ut iussi iurauit: ego subito illius adiui lectū. Ministræ interea quattuor in ædibus quæ ex fontibus ac nemoribus & sacris fluminibus in mare currentibus uenere, studiosius res domesticas curabant: quarum una quidē thoris pulchra ac purpurea stragula iniecit, subtusq; ac supra pannos substrauit. Alia mensas ante thorum parauit argenteas, supraq; aurea posuit canistra. Tertia in cratere dulce merum hausit, in aurea deinde pocula diuisit. Quarta uero aquā tulit, ignemq; accendit sub magno tripode, aqua feruebat, hanc deinde æneo palo ex tripode in lauacrum misit. Deniq; p caput atq; humeros placide pfudit, ut ex meis membris grauis abcederet lassitas. Postq̄ uero me lauit atq; oleo unxit, læna pulchra ac

Vlysses Circe.

tunica

tunica ornauit, ad argenteumq́; thorum, cui ſcabellū ſub pedibus erat, deduxit. Gutturniū famula cū aureo opiſtodocho ſupra argenteum lebetē ad lauandū tulit, iuxta menſam politam parauit. Panē poſtmodū proma pudica præſentibus gratificando cū cibis multis appoſuit: me poſtremo ad epulas inuitauit. At hæc mihi nequiquam placebant, quod alia cogitarem, malaq́; multa proſpicerem aio. Circe uero ubi me ſedentē neq; Cereri manus extendentē, ac infandum indicantē dolorē animaduertit, prope aſtans ſic alloquitur: Quid ita Vlyſſe ſimilis muto ſedes aio turbatus, neq; cibū neq; potū attingis? an dolum aliquē alium ſuſpicaris? nō enī timere opus, iam ualido affirmaui iuramento. At ego ô Circe, inquam, quis enī ſana uir mente quicquā deguſtare ſuſtineret priuſquā mei ſocij ſoluantur, aut eos meis liberos uideā oculis. Vbi hæc dixi, Circe ex ædibus profecta, baculū manu retinens portas ſtabuli ſoluit, ac illos ſuibus nouenarijs ſimiles eduxit. Hi deinde corā ſtetere. At illa ad ipſos ingrediēs aliud cuilibet pharmacū adhibuit, ex quo ipſorū pili membrorū cōualuere, quos antea pnicioſa potio biſpidauit. Itaq; uiri rurſus ac iuniores, itemq́; proceriores aſpectu redìere, me deniq; nouerūt, ac manus iunxere: dulcis tūc oēs ſubijt fletus. Domus circa horrendū ſtrepuit. Dea quoq; miſerata me iuxta cōſiſtens alloqtur: Laërtiade Vlyſſe i nunc ad littus, nauē ante oīa trahite in terrā ſupellectilē & arma oīa in ſpelūcis ponite. Ipſe rurſus redi, ac dilectos tecum ducito ſocios: Sic ait, mihi uero per-

Circe Vlyſſi.

Circe Vlyſſis ſocios reſtituit priſtinæ formæ.

ro persuasit. Unde statim ego littus repetens, socios amantissimos apud nauē nostrorum exitiū flentes, ac uberes ex oculis lachrymas fundentes offendi: ueluti uitulæ uigiles circa boues armētales herbis saturæ se ad stabula recipiunt, oēs simul exultāt, necq; caula retinentur, quin magnopere mugientes circa matrē alacres currūt: Sic illi ubi me cōspexerunt lachrymātes effundebātur: ac eo uisi aio quasi patriā domū Ithacā ubi nati sunt attigissent: sic me tandem allocuti sunt: Tibi enī Vlysse redeūti ita gratulamur, ac si Ithacā terrā patriam peruenißemus. Sed age aliorū sociorum nobis narra nūc fatum: Sic illi. At ego placide respōdens: Nauē in primis inquā, è mari in terrā deducamus, supellectilēq; & arma oīa in spelūcis cōdamus. Ipsi maturate me sequi, ut socios in sacris Circes ædibus bibentes ac edētes uideatis. Anno enī toto durātem habent cibū. His illi obtēperabant dictis. Eurylochus uero solus eos increpando uerbis retinere conatus est: Ah miseri quo tenditis, inquit, qd mala & uos hæc quæritis, in domū descendere Circes, quæ oēs uel porcos uel lupos seu boues reddet? Nempe magnā domum coacti custodiemus, quemadmodū apud Cyclopē accidit, quando illius mediā petierunt aulam socij nostri, cū quibus audax erat Vlysses, quamobrē sua temeritate perierūt: Sic ait. At ego mente turbatus longū ab latere ensem educens, ipsi q̄q̄ affini & quidē ualde proximo caput cedēdo, ad humū deijcere cogitabā, uerū me socij hinc inde uerbis huiuscemodi placidis prohibue-

Vlysses redit ad naues

Eurylochus

bibuere: Generose Vlysse hunc dimittamus si ita iubes ut nauẽ hic seruet, tu nos ad sacras Circes ædeis ducito. Hoc dicẽtes à mari proficiscũtur, nec tñ Eurylochus remanere sustinuit meũ ueritus iurgiũ. Circe interea socios alios accurate in ædibus lauit oleoq; unxit, lænis item pulchris ac tunicis amiciuit. Nos uero epulantes probe oẽs offendimus, q postq̃ aspectibus inter se mutuis conspexerunt, flere ac luctu domum cõplere cœperũt. At Circe iuxta me astãs: Magnanime inquit, Vlysse ne querelis ultra tendite. Noui & ego quot p mare perq; terras labores passi estis, quotue iniusti hoĩes incõmoda intulere. Sed eia nũc edite, bibite, resipiscite, ac rursus pristinũ in pectore animũ reuocate, qualẽ ab initio patriã relinquentes retinebatis. Nam fracti nunc aĩo & imbelles, si semp malorũ marisq; recordamini, nunq̃ in lætitia manseritis: Sic illa. Nos uero persuasi. Hic igitur annum cõtinuo carnibus optimis uescendo, uinũq; dulce potando fuimus. Elapso autẽ anno mensibusq; ac longis diebus socij me cõpellantes sic allocuti sunt: Infœlix, tẽpus iam ut patriæ reminiscamur: fas nempe est nos seruari, & domum tandẽ redire: Sic illi, mihi uero sententia placuit quamobrẽ ubi sol inclinauit, dapibus oẽs accinximus. Postq̃ uero sol occidit, socij quidẽ per ædes cubabant: ego autẽ Circes conscendens thalamum, ad genuaq; uolutus sic cõpellando rogabam: Circe præsta quæso quod es quondã pollicita, ut nos domum reducas. Animus namq; meus, itemq; sociorũ continuo sollicitatur,

Vlysses oẽs socios ad Circẽ ducit

Circe Vlyssi

Circe prædicit Vlyssi iter ad inferos.

quī te absente meā fletibus urgent ac pessundant mentem. At illa: Magnanime, inquit, Vlysse ne inuiti quæso in mea manete domo: aliud nāq; iter te facere opus ad inferos ac grauis Persephones ædeis, anima utēdo Tiresiæ Thebani uatis cæci, cui tū ingenium est integrum, mentemq; Persephone ac sapere soli, q̄q̄ mortuo, dedit. Tibi uero umbræ oīno auscultabūt. Ad hæc aīus mihi fractus cōtinuo excidit, flebā in lecto sedens, nec uiuere amplius aut solis radios aspicere uolebam. Vbi uero satis plorando, & huc illuc me uertendo satiatus sum: tunc Circe, inquā, qs huius mihi uiæ dux ac mōstrator fuerit? ad inferos enī nullus adhuc naui descendit. Illa uero: Generose, inquit, Vlysse nequaquā curæ sit tibi ducis desideriū. Apud nauē malū firmans & uela pandēs conside. Hāc boreæ flatus spōte feret Sed quando naui p Oceanū transibis, ubi littus breue ac facile, simulq; Persephones nemora et alni proceræ & frugiperdæ salices existūt. Huc tu ex Oceano nauem deducito, ipse uero ad inferni descende domū. Hic in Acherontē Pyriphlegeton & Cocytus qui stigiæ pars est aquæ auulsa cōfluunt. Saxum quoq; ac duorū fluminū concursus. Hic itē quando Tiresias propius accedet, te iubeo scrobē fodere altitudine pariter ac latitudine cubitalē, circaq; ipsum libamen mortuis oībus fundere mulso primū, deinde uino, tertium aqua. Deinde candidā immiscere farinā, multorumq; defunctorum infirma capita orare, ut q̄primum Ithacā perueneris, sterilē optimamq; domi bouē immolabis, ac perā

rebus

rebus bonis implebis. Tiresiæ uero soli separatim ouē prorsus nigram, ac in nostris pollentē gregibus cædes Postq̄ uero uotis huiuscemodi inclyta mortuorū capita placaueris, in Erebū ceōursus ariete facito & oue nigra. Ipse separatim ingredere p fluminis ripas iens Huc autē multæ mortuorū animæ uenient. Tunc iube socios oues diro ferro mactatas quæ iacent tergoribus uelli: igniq; admoueri, & Dijs supplicare, Plutoni primum optimo, & graui Persephone. Ipse uero acutum ensem ab latere educes assideo, nec permitte defunctas prope sanguinē uenire, priusquā Tiresiā audias. Hic tibi uates statim ueniet, q tibi uiā mensuramq; itineris dicat, ut reditū quoq; p pontū uideas: Sic ait, statimq; apparet aurora. Circe me lenā, uestēq; pulcherrime induit. Ipsa uero se argenteā elegantemq; uestē induit capiti flameolū imposuit. Ego post hæc p ædeis properans socios uiritim singulos prensando, placide sum hoc modo adhortatus: Ne quæso nūc dormite dulci oppressi somno, surgite iam & eamus sicuti me Circe instruxit. His q̄q̄ persuasos nō eos propterea inde amoui. Elpenor autē quidā erat iunior, nō admodū in bello fortis, neq; itē mentis cōpos, sine socijs in Circes ædibus respirādi gratia ut ebrius secesserat: cū uero tumultū & motum sociorum audiret, confestim attonitus & amēs cucurrit p longas iens scalas, retrogradū se descendere oblitus est: quamobrē pronus ac præceps ad imum ruit, ceruicēq; fregit. Igitur uenictes ego socios sic sum allocutus: Putatis forte domū patriamq;

Vlysses socijs.

Elpenoris casus.

triamq; petere, aliã Circe nuntiauit nos Plutonis Persephonesq; domũ ituros, aĩa utendo Tiresiæ Thebani. His illi auditis aĩo exciderunt, sedentesq; ibidẽ pilos barbamq; sibi præ dolore auellebãt, uerũ nihil propterea profecerũt. Dũ uero ad littus mœsti ac lacrymãtes accedimus, ecce Circe ueniẽs apud nauẽ arietẽ ac ouem nigram alligauit, facile transeundo: Quis enim deum inuitum oculis huc aut illuc euntẽ uideat?

¶ Ausonij poetæ, in. XI. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

AT postq̃ ventum ad naues & littora ponti.

¶ Digressus a Circe auernũ peruenit: qui locus descensus ad manes extimaẽ, ibi sacris rite perfectis scrobem cõplet sanguine victimarũ: & circũ volitantibus aĩabus nullã finit haustũ cruoris attingere, nisi (vt Circe monuerat) prius Tiresias vates inde libasset, ibi & Heroidas plurimas videt. Quarum enumerationem multa veterum fabularum venustate contexit.

ODYSSEÆ
Liber Vndecimus.

VBi uero ad nauim ac mare peruenimus, nauim qdẽ ipsam in altũ deduximus, uelaq; pãdimus, oues imposuimus, deiñ portu lacbrymantes egredimur, qbus Circe grauis facundaq; dea prosperũ uentũ, bonũ quidẽ socium, propere immisit. Nos autẽ arma singula expedientes in ea consedimus, ac uento gubernatoreq; dirigente passis uelis die toto pontum secauimus. Sol interea occidit, uiasq; umbræ occupãt, cum iam ad Oceani profunda peruenimus,

Cimmerios fama est populos hic esse cauernis
Perpetua nebula, cæcaq; caligine mersos.
Quos oriens nunquam, nec cum declinat in undas
Sol uidet, æterna miseri sed nocte premuntur.

Vlyßes ad Cimmerios diuertit.

Nauem igitur huc traximus, atq; ouibus assumptis ad locū nobis à Circe monstratū contendimus. Hic sacra quidem Perimedes & Eurylochus rite fecerunt. Ego uero acutū ensem ab latere educens, scrobē cubitalem hinc inde fodi, circaq; ipsam mortuis utres effudi mulsi primū, deinde uini dulcis, postremo aquæ, multaq; deinde defunctorum dira capita rogaui: uouiq; si quando Ithacam uenirē, boue me sterili in ædibus facturum, pyramq; bonis referturū: Tiresiæ uero separatim ouem oīno nigram, ac in nostro grege pollentē oblaturū. Postq̄ uero mortuos uotis ac supplicationibus hoc modo placui: oues arripiēs in scrobe ipsa iugulaui: sanguine deinde nigro affatim fluēte, animæ mortuorū conuenere, nymphæ, iuuenesq; senesq;, uirgines quoq; teneræ nup flebilē habentes animū, multi deniq; hastis uulnerati ferreis uiri mauortij, arma sanguine fœdata tenentes. Plurimi hincinde ad scrobē ingēti murmure properabāt. Me uero pallentē tremor cœpit. Tūc socijs iussi oues diro ferro mactatas direptis tergoribus igni admouerent, ac Dijs uota facerent, Plutoni primum, deinde Persephonæ. At ego ensem ab latere educens sedebam: neq; defunctorum animas propius accedere ad sanguinē priusquàm facta à Tiresia potestate permisi.

Appropérant mortuorū aīæ

& animo sum miseratus: neq; quanq̃ ægre dolẽsq; plurimum, propius ad sanguinẽ accedere inconsulto Tiresia uenire pmisi. Venit tandẽ ipsius anima Tiresiæ aureũ hãbẽs sceptrũ, meq; ptinus nouit, atq; ait. Quid miser huc solis lucẽ relinquẽs uenisti, ut mortuos tristemq; uideas locum? sed iam scrobe absiste, ensemq; à sanguine amoue ut bibã ac uera referã: Sic ait. At ego ensem subducẽs uagina cõdidi. Ille uero nigrantẽ sanguinem potauit, meq; uates optimus sic est allocutus: Reditũ quæris optatũ optime Vlysse, hunc durissimũ tibi deus dabit. Non enim puto Neptunnũ desiturum ab ira in te, quod charum excæcaueris filium. Verum quanq̃ mala patientes plurima, peruenietis tamen, si animum tuũ sociorumq; continebis, quàmprimũ insulæ Trinacriæ cũ naui propinquabis pontum euitans. Solis namq; oĩa respiciẽtis simul & audiẽtis, boues pascẽtes inuenies. Has si illæsas forte dimiseris, & reditum optatũ assequemini, & Ithacam, q̃uis multis laboribus, puenietis. Si autẽ læseris, tunc ego tibi socijsq; exitiũ uaticinor. Ipse uero si effugies, sero tandem ac ægre amissis oĩbus socijs in altera nauigabis naui: domiq; incommoda multa offendes, uiros proteruos qui rem domi tibi edunt, uxorem insuper tuam quærentes in matrimoniũ traducere, dotem muneráq; dantes, sed illorũ uim demum superabis. Vbi uero procos hos domi ueniens siue dolo siue ferro interfeceris, statim nauem cum remige sumens eos adeas qui mare nesciunt, ac ex salsis fluctibus nõ edunt cibum, nauesq; prorsus ac re

Tiresiæ umbra Vlyssi oẽm itineris successum præsagit

ac remos q alæ sunt nauis ignorant. Signa tibi ualde *uera dico, quæ nō desinēt donec obuius uiator tibi fuerit, quē supra clarū humerū habere iaculum uideris.* Tunc tu remū in terra figes, sacra Neptunno facies, *arietē taurūq; ac porcorum custodē aprū mactās.* Vbi *uero domū reuerteris, sacras dijs hecatombas oībus facies.* Post hæc mors tibi ex mari ualde imbecilla facilisq; talis uidebitur, q̄ te perimat senecta uegeta gaudentē: at circa populi diuites erūt. Hæc itaq; tibi uera nūtio: Sic ait. Ego autē illi cōtra respondi: Tiresia hæc alibi mihi dij fato dederūt, nūc tu hæc uere narra. Matris enī mortuæ animā prope sanguinē considentē aspicio, neq; me filiū corā uidere aut alloqui sustinet: dic uates quomodo me agnoscere talē existentē posset? Sic dixi. At ille inquit: Facile dicam, quēcunq; mortuorū prope sanguinē accedere sines, is tibi uera narrabit: cui autē inuidebis, is rursus retrocedet: Sic ait aīa Tiresiæ, moxq; se in Plutonis domum recepit, postq̄ diuinitus est locutus. Ego uero ibidē mansi donec mater uenit, ac ubi nigrantē potauit sanguinē statim me agnouit, & sic allocuta est: Nate mi, quomodo huc sub terræ tenebras uiuus uenisti? Durū nāq; hæc uiuis uidere. In medio enim magna sunt flumina grauesq; torrētes: Oceanus primū, quē transire pedibus nō licet, nisi q probā haberet nauim. An ē Troia nūc errabūdus huc uenis cū nauiq; & socijs lōgo iam tpe? Sic ait. At ego: Mea mater necessitas me ad inferos descēdere cogit, aīa Tiresiæ Thebani utentē. Nō enim

Anticlea mater Vlyßem alloquitur.

prope

prope adhuc Ithacam ueni, nec nostram attigi terram sed cõtinua calamitate presßus erro, ex illo quo Agamemnonẽ ad Iliũ urbẽ sum secutus, ut Troianis bellũ inferremus. Sed mihi hoc, quæso, uere dicito: quod te fatũ ad mortẽ cõpulit? longusne morbus, an Diana suis te petẽs sagittis interfecit? Dic itẽ apud patrẽ et filiũ quẽ reliqui, sit ne mei adhuc memoria ac ueneratio? an uirorũ alios meo & honori et loco successit? Dic etiã uxoris constantiam ac uirtutẽ, an apud filium manere pgit, & firmiter oĩa seruat, uel Achæorũ optimorum alicui matrimonio iuncta est? Sic dixi. Illa subito: Tua inquit, cõiux aĩo adhuc constanti in amore tuo pseuerat, q̃q̃ dies ac noctes amaras continuo lachrymans: tuũ locum honorẽq; nullus habet. Verũ Telemachus quietus manet, ex æquoq; cõuiuia distribuit, ut iustum decet iudicẽ. (Sic eũ oẽs appellãt) Pater uero tuus in agro durat, neq; in urbem uenit: neq; illi cura cubilis seu thalami aut lenæ siue cultorũ stragulorũ ulla, sed hyeme domi, ubi famulæ, dormit apud cinerẽ ignemq; lachrymis assiduis opertus. Vbi autẽ æstus uenit autũnusq; floridus, in parte fertilis uineæ, ubi inclinatis iã frondibus cubilia humi apparent, tristis animo iacet, magnũ mente dolorẽ retinens, ac tuũ plorans fatũ ad duram usq; puenit senectutẽ. Sic itẽ ego perij. Non ut ais me suis Diana sagittis petens interemit, neq; mihi morbus irruit, quod tabe horrida meam è corpore animam abstulerit, sed tuum desiderium, tuæ me curæ, tua mansuetudo optime Vlyße uita priuauit:

Vlysses quærit ex matre conditionem uxoris, filij & patris

Sic

ptunnus lauandi gratia ingressus, unda caudæ similis inflexa circũstitit, donec ipsumq; ac puellã in Venere cõgressos operiret. Cõpressam uero Neptũnus sic aloqtur: Gaude mulier ob amorẽ nostrũ. Nã anno uertẽte præclaros edes partus, qñ nõ uani deorũ lecti ac cõcubitus. Tu uero fer atq; nutri. Quod autẽ instat, nunc domũ abi: tacebis insup & nihil dices, ego sum Neptunus: sic loquẽs sub pontũ abijt. At illa prægnãs Peliã genuit ac Neleũ fortẽ, utrũq; Iouis ministrum. Pelias apud Iaolcon latifundũ, pecoris diues: alter uero apud Pylum habitauit. Alios item ex Cretheo uiro genuit, Æsonem, Pheretẽ, & Amythaonem equis gaudentẽ. Post hæc uidi Antiopen Asopi filiã, quæ in Iouis cõplexum uenire cupiens, duos suscepit filios Amphionẽ & Zethũ, q primi Thebas cõdidere septẽ habentes portas, præterea turritas. Nã sine turribus ac mœnibus regionẽ tam latam quanq̃ fortes, ambo haud cõmode incolere potuere. Deinde uidi Alcmenam Amphitryonis uxorẽ, quæ fortẽ & magnanimũ Herculẽ Iouis magni complexibus grauida enixa est. Vidi & Megaram Creontis filiam, quam Amphitryonis filius Hercules in matrimonio habuit. Vidi et pulchrã Epicastam Oedipodis matrẽ, quæ mentis ignoratione magnum admisit scelus, proprio filio qui patrẽ interfecit nupta: adeo inaudita infandaq; perpetrare hominibus Dij dedere. Verum hic multis laboribus Thebis Cadmeis imperauit ob deorum in eum irata consilia. Epicasta uero dolore correpta, ex altis domus laque-

Pelias
Neleus
Æson
Pheretes
Amythaon
Antiope
Amphion
Zethus
Alcmena
Megara
Epicasta

arijs

arijs se suspendens ad inferos abijt: filioq; propterea multas ærumnas reliquit, quantas maternæ furiæ immiserũt. Deinde Chlorim uidi, quã Neleus cũ ob formam, tũ dotẽ ingentẽ habuit uxorẽ. Hæc Amphionis Iasio geniti minor natu filia fuit: q Neleus apud Orchomeniũ Minyeũ quandoq;: deinde apud Pylũ regnauit: genuitq; præclaros filios Nestorẽ, Chromiũ, Periclymeũ. Inter quos etiã Pero suscepit optimã, admirãdaq; fœminã pulchritudine, quamobrẽ oẽs accolæ illã ducere cupiebãt, quã pater Neleus illi promisit, q boues ingẽtes ex Herculis custodia eriperet: quas bonus uates est solus abigere pollicitus. At durũ obsistebat dei fatum, uincula difficilia, & bubulci agrestes atq; fortissimi. Sed postq̃ menses diesq; uenere anno uertente, tunc illũ Iphiclus interfecit, diuina oĩa testantẽ atq; inuocantẽ: Iouis igitur factum consilio. Post hæc Lædam uidi Tyndari uxorẽ, ex quo illa Castorem genuit equorũ domitorẽ, & Pollucẽ pugilem optimum, quos ambos uiuos terra continet, Iouis munere alterutri moriẽtes p uices ac renascentes: honorem attamẽ æque cũ dijs sortiti sunt. Vidi & Iphimideam Aloẽi uxorẽ, q in Neptunni cõplexum uenire cogitãs, duos edidit filios, breuis alioquin ætatis, Otũ & Ephialten quos oĩm pulcherrimos & maximos secundũ Orionẽ terra nutrijt. Nouem enim cũ essent annorũ, latitudine nouenorũ cubitorum, longitudine uero totidẽ iugerum, qui & dijs in cœlo pugnam intentare sunt ausi, Oßan Olympo & Pelion Oßæ imponere conati, ut in

Chloris

Pero

Læda

Iphimedea

Otus & Ephialtes

cœlum ascenderent, & profecto fecissent, si ad ætatis iustum terminum peruenissent. Verum Iouis ex Latona filius ambos, priusquam temporibus pubes, aut genis lanugo florentibus appareret, extinxit.

Quin Phædram Procrimq; simul, mœstamq; Ariadnen Phædra
Vidi, quam è Creta Theseus sibi duxit Athenas: Procris
Amphiryten sed apud, Baccho placitura Diana, Ariadne
Ante libidinibus raptam firmauerat olim.
Post Mæram Clymenenq; unà, tristemq; Eriphylen Mæra
Quæ mercede uirum crudelis prodidit auri. Clymene
Vxores natasq; simul non persequar unquam Eriphylæ
Heroum, quas tunc uidi, uox desinet ante.

Sed iam dormiendi tempus: siue hic restemus, siue ad socios redeamus: auxiliũ in me deducendo uestra deorumq; cura fuerit: Sic Vlysses ait. At oẽs triste silentium tenuerunt, citraq; lætitiã in ædibus fuere: inter quos Arete sic loq cœpit: Phæacẽses quomodo uir hic uobis esse uidetur, forma et magnitudine & mẽte intus optima? hospes est meus, uestrum qlibet huius est particeps honoris, quãobrẽ in eo reducẽdo ne festinate, ut dona sic indigẽti nõ impediatis, multæ enĩ uobis domi opes deorũ benignitate sunt. Inter hæc Echeneus, inter Phæacẽses natu maior sic loq cœpit: Amantissimi proceres, nõ hæc nobis regina ex opinione aut exploratiõe manifestando loqtur, sed oĩno credite. Alcinoi enim & mentẽ & uerbũ habet. Ad hæc Alcinous sic inqt: Hoc ita fiet ut ego nũc uiuus Phæacẽsibus impero. Itaq; hospes quanq̃ reditũ ualde cupis, expe

Arete Vlyssi.

Alcinous Vlyssi

ēta usq; in diē crastinū, ut diuina munera absoluā. De te namq; reducendo cura oībus erit, præsertim mihi q populo præsum. Cui Vlyßes: Alcinoē, inquit, optime si me anno toto hic iußeris manere, deinde auxiliū in reducēdo præbueris, donaq; dederis, mihi in primis gratißimū ualdeq; usui fuerit. si manu ampliore in patriā remeabo, simq; propterea uiris oībus uenerabilior simul & amantior q me Ithacam euntē uiderint. Alcinous rursus: Vlysse, ait, nos te quidē considerantes nō quendā deceptori aut subdolo similē existimamus, quales tellus diuersi generis hoīes pascit uaria referctes, unde aliquis nec uiderit: tibi uero & forma uerborū & mens bona inesse uidetur. Nam apposite, ut paulo ante cantor, rē omnē & Argæorū & tuos ipsius labores ordine narrasti: Dic quæso mihi hoc itē uere. si quos apud inferos sociorum uideris, qui te ad Troiam tuumq; fatū sint secuti. Noctis adhuc plurimū restat, nec hora dormiendi: dic igitur mihi diuina facta: nam ego usq; mane tolerabo, modo tu tuos referre labores patiaris. Cui Vlyßes: Alcinoē, inqt, optime hora quidē multorū uerborū, hora itē somni: si tamē audire cupis, non equidem narrare miseriora tibi alia possum, quā meorum sociorum ærumnas, qui Troianorum ex tumultu elapsi postea redeuntes, improbæ malignitate fœminæ perierunt. Igitur postq̄ Persephone animas alio dispersit, uenit postmodum Agamemnonis anima mœsta quidē, aliæq; congregatæ quæ cum ipso in Ægisthi ædibus perire. Ille uero ubi sanguinem bibit atrū

Vlysses de Agamēnonis umbra et interitu.

me no

me nouit, misereq; flebat lachrymas ex imo corde fundens, ac manus extendens me amplecti conabatur, uerum nō ei firma uis aderat, neq; facultas, qualē antea in membris flexibilibus habuit. Hunc ego aspiciens ingemui, ac animo sum miseratus: protinusq; cōpellans sic sum allocutus: Atride uirorum gloriosissime quod te fatum edomuit, ad mortemq; duxit? an Neptunnus in naui existentē uentorum aduersorū spiritum uehementē excitando? an potius iniusti hominis in terra te boues uel ouium pulchros greges inuadentē inuasere, uel de urbe aut fœminis decertantē incōmodo afficere? Sic ego. At ille: Vlysse, inquit, nec me Neptunnus in nauibus afflixit, neq; hoīes iniusti in terra læserūt, sed Ægisthus unà cum pdita uxore per insidias, cum me in domū uocasset, in cœna interfecit, sicut qui bouē in præsepe mactat: sic ego exitu miserabili sum extinctus: circa me quoq; alij socij acerbe interfecti ueluti sues fuere, qui in hominis diuitis ac ualde potentis uel nuptijs uel præmio seu festo conuiuio, uel etiam multorum uirorū tam separatim q̄ inpugna interfectorū cædibus uersati sunt. Sed & illa maxima tu consyderans animo lugeres, quēadmodum circa craterem plenasq; mensas in ædibus accubuimus, pauimento subtus sanguine fluēte. Miserrimam audiui uocē Cassandræ Priami filiæ, quā dolosa Clytæmnestra prope me interfecit: attamen ego usq; ab humo manus attollēs moribundus ante ensem supplicabam: at illa crudelis sese subduxit, neq; mihi ad tartara eunti oculos saltem aut Cassandræ cædes

os manibus claudere sustinuit. O q̃ nihil est deterius aut atrocius fœmina, quæ talia in uirum facta struit qualia Clytæmnestra, uiro q nullã prius aliã duxerat necē parans, ꝑpetrauit: quæ & filijs & ancillis meis li bēter se dixit domũ uenturam: at conscia criminis & sibi & posteris dedecus peperit: lasciuioribus uero fœminis exemplo simul & adiumento impudicitiæ fuit.

Sæuitia Clytæmnestræ.

His igitur dictis respõdi: Heu. ꝑfecto Iuppiter Atrei genus ob insidias muliebres nimium odio persequitur Ab initio namq; plurimi Helenæ causa periuimus, tibi uero Clytæmnestra dolos procul existenti parauit Ille uero: Hac, inquit, tu de causa.

Contra uxores

Vxori quanquam semper confidere noli,
Neu facilis uerbum credas quod noueris omne.
Quædam sed referes, animo nonnulla reconde.

Verum nequaq̃ Vlysse tibi uxore mors obtinget: nã tua Penelope Icari filia longe prudentissima ac sapientissima est. Nempe illam puellam proficiscentes ad bellum reliquimus, natũ tunc paruũ hubere alebat, qui nunc fœlix in uirorũ numero uersatur: profecto illum pater domũ reuertens aspiciet, illeq; patrē uti fas est uerebitur. Mea uero uxor neq; filium oculis aspiciēdo exaturari ꝑmisit: prius enim atq; illum uiderem interfecit. Sed aliud tibi dico, & hoc clam tua nunc mente teneto, ne palam nauē in patriam deducas, quoniam nõ oĩa fœminis credenda. Sed quæso, mihi uera refer de meo nato si usq̃ audieris eũ uiuentē esse, an apud Orchomenũ seu Pylum, an apud Menelaũ & Spartam?

nondũ enĩ uti uideo generosus Orestes in terris extin ctus est. Ego uero: *Atride, inquã qd hoc me rogas? minime profecto noui uiuat ne an excesserit: turpe quidẽ uana dicere.* Igitur *dũ nos lachrymãtes, ac mœsti uerbis inter nos tristibus colloqmur, ecce illustres ueniunt aiæ, Achillis in primis, deinde* Patrocli, *et* Antilochi, *&* Aiacis, *q forma & corpore oĩm* Danaũ *præter Achillem præstantissimus erat.* Nouit *me autem Achillis anima, ac gemens alloquitur:* Vlysse *miser qd tibi uenit in mentem, aut maiori nunc inuides operi? quonam modo ad inferos descendere sustinuisti, ubi imbecilli mortui hoĩm tantum idola afflictorũ uersantur?* Tunc *ego* Achille *Achæorũ fortissime, inquam, ueni ad* Tiresiæ *uaticiniũ, si quod ostendat consilium quo* Ithacam *reuertar: nondũ enim prope ad Achaiã accessi, neq; itẽ meã attigi terram, sed cõtinuo mala patior.* Te *uero* Achille *nec priorũ neq; posteriorũ ullus beatior: prius enim te uiuũ* Argæi *æq; atq; deos bono rauimus.* Nunc *uero hic existẽs, mortuis rursus dominaris: quamobrẽ mors tibi excedenti* Achille *minime pœnitẽda:* Sic *ego.* At *ille:* Ne *mortẽ, inquit, dicas optime* Vlysse. *Malim ego rusticus mercede seruire, ac uiro similis inopi cui breuis sit admodũ & angusta res domi, quã oĩbus mortuis dominari.* Sed *quæso nuntiũ mei nati mihi affer, an prõptus in bellũ sit, an contra* Dic *itẽ siquid de* Peleo *patre audiueris, si apud* Myrmidonas *ciues in bonore sit: an p* Græciam *&* Phthiã *quod ille ad senectutem pedibus & manibus debilitatus, per*

Achillis anima Vlyssi

tus peruenerit, contemnatur. Non enim ego pugnator sub luce sum solis, qualis quandoq; apud Troiam Argæos defensitans fortē domui populū. Nam si talis q̄q̄ breui tēpore in patriam domū redirē, profecto audaciam potentesq; manus aliquorum refringerē, qui per uim illum incōmodo afficiunt, aut de honore deijciunt Sic ille. Ego uero, de Peleo inquam, nihil audiui, sed de filio Neoptolemo referam uera, uti iubes, oīa. Illum in mea naui post Achæorum discessum è Scyro duxi: at quando circa Troianā ciuitatē consilia agitabamus, semp primus loquebatur, neq; uerbis errauit unq̄: Nestor uero & ego soli cōtendebamus: sed postq̄ Ilium expugnauimus, in multitudine turbaq; exercitus non mansit, uerū longe ante alios audēs ac nemini cedens multos hostes ingēti ferocitate interfecit. Omneis ego ab eo superatòs pro Argæorū salute minime narrare possem. Sed & Eurypylū Telephi filiū, heroa quē post Memnonē pulcherrimū uidi, quē fortiter ferro peremit: quē circa socij quoq; ingentes mulierculārū causa donorū sunt cæsi. Cumq; itē in equum Epeus fecit, Argæorū fortissimi conscendimus, mihi sup oīa mandauit ut equi latebras dolosq; recluderem, ac hasta irruerē. Hic alij Danai principes & duces lugebant ac ualde metuebant, illū ego nunq̄ nec gementem neq; lachrymis genas inficientē conspexi: quin me orabat ut ex equo desilirē, ensisq; capulum ac hastam ferro grauem arripuit, exitium Troianis animo furibundo intentans. At postquàm Priami urbē euertimus bonam

Neoptolemus

Eurypylus Telephi filius.

bonorum

honorum præmiorumq; secum ferens partē, nauē conscendit: illæsus quoq; & minime uulneratus uel in ipsa cominus pugna, ut in bello solet euenire, cū Mars mixtim in prælio furit. His utrinq; dictis Achillis anima postmodum abijt, longe tendēs p floridū pratum, læta quidē quod filiū illustrē eße audiuerit. Aliæ uero mortuorū aīæ mœstæ cōstitere, deq; his quæ sunt illis curæ interrogauere: sola Aiacis anima Telamonij ꝓcul abſiſtebat, irata mihi causa uictoriæ, qua ego in iudicio apud naues de Achillis armis sum potitus, tulit autē et prudentissima mater, & mihi Troiani adiudicarunt. Atq; utinā me tali certamine cōtendere nō cōtigisset: ipsorū enī armorū gratia tellus Aiacē tale caput contegit, q & forma & uirtute cæteris Danais excepto Achille præstabat. Hūc igitur placidis cōpellans uerbis alloquor: Aiax Telamonie nō te fas erat, uel mortuū in ira mecum armorū gratia pseuerare, quæ arma exitialia Argæis dij dedere, quod ob ea tale nēpe munimentū ipsis perierit. Nos enim Achæi tuo priuati æque ut Achillis capite dolemus. Neq; alius in causa q̄ Iuppiter, q Danaū exercitū odio uehemēter est psecutus, te autē supra modū. Sed huc ades ô princeps ut nostrum audias uerbū, animūq; tuū proteruū atq; iram places. Ad hæc ille nihil respondit, sed ad alias erebi mortuorū animas sese recepit. Hic nihilominus iratus alloqtur: at ego hunc dimittens, alias aspicere animas sum animo impulsus. Minoem uidi Iouis filium aureū habentē sceptrū, iuraq; defunctis dicentē ac sedentē:

Aiacis aīa

Vlysses ad Aiacis umbram

Minos

neq; illũ alij ſedẽtes, ſed ſtantes ꝑ amplam inferni domum de iure interrogãt. Poſt hũc Orionẽ ingentẽ uidi, feras ꝑ floridũ pratum agitantẽ, quas ipſe in mõtibus deſertis peremit, in manibus elegantẽ robuſtamq; clauã habẽs. Vidi et Tityum terræ filiũ humi iacentẽ ꝑ iugera nouẽ: Vultures illũ utrinq; aſtantes duo, eius hepar roſtro lacerantes doloribus affligebant, at ille manibus reſiſtere ꝓhibetur, qđ Latonam Iouis coniugẽ Pytho uenientem ꝑ pulchrã Panopeiam tẽtauerit. Tantulũ quoq; uidi ſæuos habentẽ dolores, ſtantẽq; in ſtagno, qđ eius ori propinquãs appetere ſitiẽs uidetur bibendi autẽ nequaq̃ facultatẽ habet. Nã quoties ſenex bibere cõtendens ſe flectit, toties aqua refugit reluctãs: circaq; pedes terra nigra apparet, ubi ui numinis arbores altiſſimæ à ſummo fructus demittũt, onchnæ uidelicet, et granata, et mali præclaros ferẽtes fructus: ficus itẽ dulces & oleæ florentes, quos dũ miſer erectis attrectare manibus conatur, uentus ad ſydera uſq; tollit. Deinde Siſyphum uidi diris et ipſum pœnis afflictum: ſaxũ quoq; ingẽs manu portantem, ac illud manibus pedibusq; innixũ uſq; in montẽ trudentẽ. Verum qñ in ſummũ eſt cacumẽ prope iã aſcẽſurus, tunc uiribus ac robore deſtituitur, ex quo rurſus lapis impudẽs ad inferiora campi deuoluitur: ille iterũ corpore protenſus atq; innixus in ſublime propellit. Obiter autẽ ex membris ſudor fluit: & ex capite puluis excitatur. Poſt hæc Herculis idolum tantũ uidi: nam ipſe cũ dijs immortalibus in feſtis conuiuijs lætatus, Heben

Orion

Tityus

Tantalus

Siſyphus

Hercules

secũ formosam Iouis et Iunonis filiã habẽs: circa uero idolũ extinctarũ auiũ strepitus undiq; fugientiũ ac timentiũ. Ille uero nocti similis, nudũ manibus arcũ & in neruo sagittã paratã continue tenẽs, oculis grauiter obseruat, ac iaculãti similis astat: penes quẽ horrẽdũ circa pectus scutũ erat ac lorũ aureum, in quo diuina sculpta sunt opera, ursi, agrestes sues, leones generosi, pugnæ itẽ & prælia cædesq; uirorũ: cui profecto nec simile facturus est, neq; fecit alterũ quicunq; sua id arte condidit. Vbi aũt ille me uidit, agnouit, gemẽsq; alloquitur: Vlysse Laërtiade, ah miser, aliquod te forte fatũ agitat, quẽadmodũ & me dũ in luce fui. Iouis namq; filius erã, attamẽ ærũnas sum passus infinitas. Homini enĩ longe inferiori pdomitus parui, q mihi dura mandauit certamina: me itẽ qñq; huc misit canẽ debellaturũ, neq; aliũ mihi duriorẽ excogitare potuit laborẽ. Hũc tandẽ uici, ac Mercurio Minerua q; iuuantibus ex inferno duxi: Sic dicens, ad tartara rursus intro rediјt. At ego firmiter ibidẽ expectãs, si quis alius ueniret heroũ q dudũ periere: pfecto priores uiros quos cupiebã aspexi, Thesea Pirithoũq; deorũ filios: sed ante multa defunctorũ milia simul magno murmure conuenere. Me uero pallidus occupauit timor, ne Persephone Gorgonius caput horrendũ monstrũ ex inferno mihi mitteret: quamobrẽ statim nauẽ petẽs, socios cõscẽdere ac orã soluere iussi. Illi obtẽperauere, trãstris considentes. Hãc igitur p Oceani undã remi fœliciter, deinde prosper uentus detulere.

Hercules Vlyssi.

Finis Libri Vndecimi.

¶ Ausonij poetæ, in. XII. Homeri Odyssex librum Argumentum.

IAmq; adeo Oceani liquidos pede liquerat amnes.

¶ Compertis a Tiresia vate (quæ oportuit scire) regreditur ad Circen, ab eaq; vt euitet mala cætera, edocet, vt Syrenas prætereat, lœtalē nauigātium cantilenā, vt Scyllā prætereuehatur & Charybdim freti Siculi famosa portenta, q̄bus malis nō sine graui perpessione superatis, Trinacriā peruehitur, vbi incustodita Solis armenta, frustra prohibente ipso, cæteri socij penuria cogēte, dilaniant: dirisq; prodigijs admissa boum cæde, terrentur. At mox inde nauigātes, fulmine ad vnū oēs interierūt, excepto Vlysse, qui fragmento carinæ cohærēs, & adminiculo eius adiutus, ad Ogygiā insulam solus enauit.

ODYSSEÆ

Liber Duodecimus.

POstq̄ uero nauis oceani reliquit fluminis undā, in altū pelagus deducta, peruenit ad insulā Aeæam ubi Auroræ domus Choriq; & Solis est oriens. Hic in arenā ratē subducentes in littore descendimus, ac demū cibo grauati quiescentes Aurorā expectauimus. Cū primū uero illuxit, ego socios ad domū Circes iußi contenderēt, ut Elpenoris extincti corpus efferrēt: ac è uestigio uirgulta ad pyrā constituendā incidētes, eū in summa littoris parte mœsti ac lachrymantes tumulauimus. Vbi uero corpus crematū ac sepulchrū compositū, arma remūq; simul columnæ summo tumulo affixe suspēdimus. His itaq; hoc modo dispositis, Circen interea noster reditus minime latuit sed statim parata cucurrit, simulq; cū ipsa famulæ cererē carnemq; multā ac rubēs uinū attulere. Ipsa in medio astās protinus ait: Miseri qui uiuen-

Reditur ab inferis ad Circen.

Elpenor tumulatur.

Circe præsagit futura pericula

uiuentes ad inferos penetrâstis, bis mortui, cũ reliqui homines semel tantũ excedãt : sed iam edite ac bibite rursus in lucẽ restituti. Cras enĩ luce prima nauigabitis, ego uero uiã monstrabo, singulaq; indicabo, ne forte aliquo malo seu tristi cõsilio uel mari uel terra incommodũ sustineatis: Sic ait, nos uero persuasi. Vbi uero sol in occidentẽ inclinauit, accubuimus carnem edentes, ac dulce potantes merũ. Postq̃ uero sol occidit, alij quidẽ iuxta nauis rudẽtes dormierũt, me uero separatim à socijs Circe manu tenens in sede locauit, singulaq; interrogauit: ego quoq; oĩa apposite narraui. Illa uero: Hæc, inqt, oĩa sic gesta sunt: tu nũc si audis quæ dicã, recordabitur & tui deus ipse. Sirenas primum fuge, quæ omneis homines ad eas adeuntes emollire ac demulcere solẽt. Quicunq; igitur p ignorationẽ illis propinquabit, seu uocẽ illarũ audiet, huic domum redeundi neq; uxoris neq; deniq; paruorum filiorum cura ulla fuerit: ita molliter canunt in prato sedentes. Plurimus aũt in littore ossorum cumulus eorum q auscultant, circaq; cutes direptæ idẽ significantes conspiciuntur. Sed tu iens absiste: insup sociorum aures cera illinito, ne quis harmoniã audiat. Tu uero si uolueris audi, modo nauis malo manibus ac pedibus rectũ alligauerint, ut illarũ uoces cũ iucunditate securus attingas. Si aũt socios uti te soluãt orabis, illi multo maioribus uinculis te uinciant. At postq̃ has socij præterierint, nõ habeo uere quod dicã utra tibi uia futura sit: tu tantum animo deliberabis, ego utranq; tibi

referã

referã. Hinc saxa sunt altissima, hæc usq; maris undæ
Cyanea saxa. rotat, errantia dij uocãt. Hic neq; uolatilia neq; colũbæ quæ ambrosiã Ioui ferũt ptranseũt: sed horũ alterum continuo aufertur, alterumq; pater ipse immittit cunctis apparẽs, quod quidẽ adeuntiũ nulla uirorum nauis euitat, sed simul nauiũ tabulas armaq; & corpora uirorũ maris fluctus & sæuæ procellæ dispergũt. Sola Argo nauis ad ea properãs quæ apud Æetã regẽ erat, cũ hac pertransiret euasit: & ipsa quidẽ ad hæc impulsa fuisset, nisi Iuno Iasonis amica eã succurrendo transmisisset. Duo præterea sunt scopuli, alter

Describitur Scylla à Circe. ad cœlũ usq; tendit, acuta sublimitate, nube circũ operta caliginosa. Quamobrẽ nunq̃ mouetur, neq; unquã æthra in eius cacumine siue per æstatẽ siue per autumnũ pmanet: neq; itẽ ullus mortaliũ ascendit aut descẽdit: nõ, si ei manus centũ totidẽq; pedes essent. In medio scopulo obscura spelunca in occidentẽ spectat, à qua optime Vlysse nauẽ deducentes tã longe absistite quantũ ex naue uir iuuenis arcũ tendẽs iaculo nõ attingat. Hic enĩ habitat Scylla dirum loquẽs, cui uox quanta catuli nuper nati est. Ipsa monstrũ infandum, quã nullus aspiciẽs lætari posset: nõ, si deus obuiã ueniret. Huic pedes sunt duodeni, oẽsq; aspectu fœdi, senaq; colla oblonga, cuilibet horrendũ caput, triplici quoq; dentes ordine densi ac frequentes, mortisq; pleni. In medio speluncæ natat ex diro barathro capita exerẽs. Quin ibidẽ furibunda delphinas canesq;, & si quod maius cete contingat, qualia multa mare mittit,

expisca

expiscatur. In hãc igitur speluncã nautæ nõ ita sunt excordes, ut cupiãt cũ naue confugere: capite namq; quolibet uirũ è naui rapiẽs absumit. Alter uero scopulus aspectu quidẽ humilior est, ac saxo similis rotundo, alteri quantũ arcu tenderes proximus. In hoc igitur caprificus est ingẽs frondibus uirẽs, sub quo Charybdis nigrã uorat aquã: ter enĩ in die emittit & resorbet: horrendũ sanè: ne tu illic forte fueris cũ resorbet, non te profecto Neptunus ipse à periculo liberaret: sed potius Scyllæ scopulo à Charybdi absistendo propinquabis: cũ longe præstet sex desyderare socios quã simul omneis: Sic Circe ait. Ego uero: Dic, inquã, dea mihi uerũ. si quo modo pestilentẽ Charybdim euitauerim, hãc ego expugnare possim, quando mihi socijsq; apta sit nocere? At illa: Miser, inquit, tibi nãq; et bella & labores curæ fuerint, cũ dijs uero immortalibus minime contendes. Nõ hoc mortale sed immortale malũ est, graue, arduũ, inexpugnabile, nulli euitabile. Si aũt contra Scyllã armatus decertabis, caue ne iterũ in te irruẽs totidẽ ceruicibus totidẽ socios tibi eripiat: sed celeriter potius fugã arripe, ac potentẽ Scyllæ matrẽ præteriens uoca, quæ tale genuit monstrũ, hæc filiã ne rursus irruat procul dubio sedabit. Post hæc in Thrinaciam ueniens ubi plurimi Solis boues, plurimæ oues pascuntur. Septem boum, totidemq; ouiũ pulcherrimi greges, in quolibet uero quinquaginta. Neq; fœtus ex illis ullus gignitur, quod minime senescant aut intereant. Pastores deæ sunt nymphæ formosissimæ,

Charybdis.

Thrinacia

Phaë-

Phaëtusa Lampetia

Phaëthusa & Lampetia: quas dia Neæra Ioui peperit, illas edens & educās mater apud insulā Trinaciā procul habitare iussit, ac paternos pascere greges: quos si tu illæsos dimittas, reditū uobis incolumē polliceor, ac Ithacā quanq̃ mala patiendo peruenietis: si aūt læseris, tūc exitiū uaticinor: Sic ait, statimq́; aurora apparuit. Circe ad insulā suā se recepit: ego uero ad nauē hortatū socios contendi, uti conscenderēt ac oram soluerent. Illi obtemperantes in transtris subito consederūt, ac mare pulsauere. Circe aūt retro uentū prosperū, optatū sociū nobis immisit: continuoq́; arma expedientes in naui consedimus, quā uentus & gubernator direxere. Tūc ego socijs mœstus aīo dixi: O socij quæ mihi Circe diuina prædixit, non unum aut duos tantū scire oportet sed omnibus referā, ut planè sciatis in uobis sitū esse uel moriamur omnino, aut fatum mortemq́; uitemus. In primis Sirenarum iubet uitare cantū ac floridū pratū, me tantum audire. Verum me uinculis firmissimis rectum apud nauis malum uincite. Si autē orauero aut iussero solui, uos tunc maioribus longe uinculis me premere mandauit. Hæc igitur omnia socijs memorabā: nauis interea uento impellente prospero ad Sirenarū insulā appulsa est, mox uentus posuit, ac serena tranquillitas facta, undæq́; dei munere sopitæ, socij protinus assurgentes uela legūt, deinde sedentes leuibus remis aquā conuerberāt. Ego aūt ceræ magnā rotā ense paulum incidens, manibus grauibus pressi, cera statim liquefacta, ubi uis magna

Vlysses socijs.

solis

ſolis coëgit. Deinde ſocijs aures omnibus illeui. Illi uero me rectũ ad nauis malũ manibus pedibusq; alligauere. Ipſi conſidentes remis mare pulſauere, quando uero tantũ abſtitimus quantũ uox clamantis extenditur, facile ſequentes Sirenas nauis propè accedẽs minime latuit: quamobrẽ dulcẽ parauere cantionẽ:

Cantus Sirenarum

Huc ades ô ingens Græcorum gloria Vlyſſe,
Siſte ratem, noſtras propius nunc aſpice uoces.
Hac iter ingreditur nemo, quin carmina noſtra
Audiat, ac dulcis guſtet modulamina cantus.
Vnde hilaris tandem, doctus quoq; plura recedit.
Scimus apud Troiam quæ nuper geſta fuere,
Quantáue diuorum Danaiq; & Troës ob iram
Paſſi, per cunctas ſubiere pericula terras.

Sic igitur locutæ Sirenes dulcẽ emittẽtes harmoniã fuere. At ego audiẽdi maxima cupiditate incenſus, ſolui cõfeſtim me iuſſi nutu ſupcilij. Illi uero remis magis incubuere, ſtatimq; Perimedes & Eurylochus ſurgentes maioribus me uinculis preſſerũt. Poſtq̃ uero præteriuimus, nec amplius deinde Sirenarũ uocẽ aut cantũ audiuimus, ilico ex auribus ſocij cerã qua eas illeui abſtulere, meq; denũ uinculis ſoluerũt. Poſtq̃ inſulã reliquimus, ſtatim fumũ magnũq; undã ac ſonitũ audiui, quamobrẽ è manibus ſociorũ timentiũ remi ceciderũt: murmure inſup magno cuncta circa fluctũ ſtrepuere: nauis quoq; ibidẽ hæſit, quoniam ui remos ac manibus minime urgerẽt. At ego ꝑ nauẽ properãs placidis ſocios uerbis adhortabar, uiritim quemlibet prenſando:

O ſocij,

O socij, neq; enim ignari sumus ante malorum
O passi grauiora, feri cum dira Cyclopis
Ora nimis miseros mandentia uidimus artus:
Vnde tamen nostra uirtute euasimus: horum
Vos quanquam trepidi si quid meministis, adeste
Nunc ausu: reuocate animos, mœstumq; timorem
Ponite, dein dictis subito parete uolentes.
Ordine iam transtris iubeo considere cunctos,
Ac ingens pelagus pulsare, incumbere remis:
Extremum nobis si qua depellere fatum
Iuppiter, aut tanto tribuat superesse periclo.
Teq; gubernator mon eo consurge, uigilq;
Hoc procul à fumo, fluctu quoq; dimoue nauem:
Atq; caue scopulum, quo forte impulsa carina
Exitium fuerit, certamq; datura ruinam.

Exhortatio Vlyssis ad socios.

Sic dixi. At illi statim obtẽperauere. Ego uero nõdum illis Scyllæ monstrũ, ne inutilem obijcerem tristitiam manifestaui: neue timẽtes à remigatione desisterent, sese intus tuendo ac muniendo. Tunc ego Circes quidẽ tristis mandati obliuisci sum uisus, quod me armari nõ iusserat: arma nihilominus protinus induens, ac duas in manibus longas arripiens hastas, ad nauis accessi prorã. Vnde mihi Scyllã apparere ptimescebã exitium nobis allaturam: neq; tñ aspicere potui: mihi namq; quoquo uersus saxũ illuc in ponto cõtuenti oculi dolebant: quamobrẽ maris angustiã flentes adnauigauimus. Hic enĩ Scylla, & ex altera parte Charybdis, horrendũ maris fluctũ resorbet, quãdoq; uomit, ut lebes

Appropinquant Scyllæ & Charybdi.

lebes aquæ in multo igne commixtim remurmurat. Alga eni ex alto sublata in utrunq; scopulũ cadit: at qñ maris unda intus cõuoluta resorbetur, circa saxũ grauiter mugit, terrãq; supra ceruleã ostendit arenã. Nostros autẽ pallidus occupauit timor, corãq; spectantibus nobis exitiũ, Scylla sex socios uiribus fortissimos corripuit, quorũ in sublime erectorũ pedes ac manus agnoui, q me in postrema mœsti calamitate nominatim uocitabant: Veluti cũ piscator in prominẽti saxo longo baculo paucis piscibus dolũ in aquã mittẽs, in pontum cornu bouis proijcit, deinde palpitantẽ dextra trahit: sic illi palpitantes in sublime ad saxa erecti sunt, quos ibidẽ in foribus illa deuorauit: manus uidi in graui supplicio tendẽtes. Miserrimũ ego illud oculis aspexi oĩm, quæ errãdo p maris uias passus sum. Postq̃ uero saxa euasimus, grauẽq; Charybdim ac Scyllam, statim in Solis nobilẽ insulã uenimus. Hic boues pulcherrimæ multæq; oues Solis erant. Tũc ego p mare iens, cũ mugitum balatũq; simul in caulis existentiũ audirem, Tiresiæ uatis pariterq; Circes, q̃ mihi multa mandauit, uerbi sum recordatus, ut Solis insulam uitarem: quamobrẽ mœstus aĩo sic socios sum allocutus: Audite socij quicũq; mala mecũ passi estis, ut uobis Tiresiæ ac Circes q̃ mihi plura prædixit uaticiniũ referã. Insulã Solis nobis euitandã monuerunt, hic malũ grauissimũ fore. Quare procul ab insula nauẽ dirigite. His auditis aĩo fracti corruerũt, statimq; Eurylochus me tristi affatur sermone: Durus es Vlysse, robore membrisq; indefessus:

Sex socij à Scylla deuorati.

Trinacia insula Solis

Eurylochus Vlyssi.

indefeßus: nā tibi profecto cuncta sunt ferrea, q socios labore somnoq; pressos in terrā descēdere nō sinis. Hic nāq; in Amphirytes insula prandiū molliter attingemus: sed tu frustra p noctē nos procul ab insula in ponto errare iubes. Ex noctibus siquidē saeui sunt uēti nauibus incōmodi: quonā mō quaeso aliquis exitiū uitabit, si subita uenti pcella irruerint, uel noti seu zephyri, q maxime nauē uel dijs ipsis inuitis dispergūt?

Quamobrē nocti iam cedamus, epulisq; apud nauē manentes accingamus: cum primū illuxerit, soluentes per altū tendemus: Sic ait Eurylochus, alij quoq; aßensere. Tūc ego procul dubio noui mala nobis à deo parari, quare illū compellans sic sum allocutus: Eurylo-

Vlysses Eurylocho

che profecto mihi uim soli existenti affertis: oēs tamē mihi prius iurate, si quē boum aut ouium gregē inueneritis, ne quis temeritate fretus bouē uel ouem perimat, sed cibum quē Circe nobis praebuit libenter edite. Illi statim parentes uti iussi iurauere, deinde nauē in curuū portum subducentes apud dulces aquas è naui exilierunt, mensis deinde accinxerūt. At postquā est amor compressus edendi, memores fati miserorū sociorū, quos Scylla è naui eripiēs uorauit, grauiter flebat. Plorantibus igitur illis somnus dulcis irrepsit. Noctis aūt initio apparentibus astris Iuppiter uentū procellosum cū turbine immenso excitauit, nubibusq; terrā coelumq; clausit, nox è coelo ruit: cum primum illuxit, nauē trahentes in curuū specu appulimus. Hic Nympharū chori recessusq; pulcherrimi. Tunc ego concilium

liū cogēs sic sum allocutus: O socij in hac insula escu- lenta et poculenta sunt, tantū moneo à bubus abstinea- mus, ne qd incommodi patiamur. Hæ nāq; boues oues q; solis grauis dei sunt, q cuncta conspicit, atq; audit. Ad hæc illis psuauis mensem totū Notus continuo spi rauit, alius aūt uentorū præter Eurū et Notū nullus solebat. Illi uero donec cererē uinūq; rubrū habuere, tūc uictū optantes, à bubus abstinuere: sed quando na uis omne uiaticū est absumptū, tunc necessariā erra- bundi prædā sunt sectati, pisces, auesq;, curuis quidē bamis, quicquid ad manus ueniret, uentrē urgente fa- me. Tūc ego ad insulā secessi, ut dijs uota facerē, si quis mihi uiā redeundi monstraret. Per insulā itaq; procul à socijs lauare manus ibā, ubi tegmē à uentis tutū erat: ibiq; dijs omnibus supplicaui. q mihi dulcē oculis sopo- rē misere. Eurylochus interea malo consilio socios al- loquēs: Audite me, inquit, uiri quanq̄ mala patientes: mors nanq; oīs misera miseris est mortalibus: attamen fame perire miserrimū. Nūc agite ex bubus Solis opti- mas auertite, dijs immortalibus sacrificemus. Si autem Ithacā in patriā terrā perueniemus, pulchrū Soli tem plū construemus, ubi statuas nobiles ac multas dica- bimus. Si forte iratus ob boues nauem perdere uelit, alij sequentur dij: Malo enī semel inter undas animā perdere satur, q̄ in insula deserta existens fame cor- rumpi. His alij dictis assensere, ac è uestigio Solis bo- ues auertentes, de propinquo (non enim longe à na- ui pascebant) dijs uota nuncupantes obtulere: fron-

Vlysses monet ut gregibus Solis abstineant.

Violatur præceptum suasu Eurylochi.

desq; ac ramos quercus propterea cogẽtes cum ordeo in naui carerẽt. Has igitur postq̃ supplicarũt iugulauere, ac tergora costis diripuere: crura deinde incidẽtes nidore operuerũt, bifariã dispartiendo, ac cruda ponẽdo: uinũ fundere in ardẽtibus sacris de more nõ habuerũt, sed aqua interiora oĩa coxerunt. At postq̃ crura adoleuere, & uiscera extẽderunt, minutim alia inciderũt, uerubusq; tremẽtia infixere. Tunc igitur à somno excitatus ad littus ꝓtinus cõtendi, at ubi naui appropinquaui, nidoris uapor dulcis ad nares sese obtulit meas. Ingemẽs ego Deos tũc ĩmortales oraui: Iuppiter pater, aliĵq; Dĳ, qd me in hoc incõmodum inimico somno induxistis: en socij magnũ facinus agitantes sunt aggressi. Interea Lãpetia uelox nuntia Soli uenit, quemadmodũ nostri socĳ boues interfecissent. Ille statim aĩo iratus, Deos sic alloqtur: Iuppiter pater & alĳ Dĳ plecte Vlyssis socios q meos perimerũt boues, sụbum sane, qbus ego siue ascendẽs in cœlũ siue è cœlo rursus in terrã conuersus, profectò lætabar. Si enim mihi boum dãna ex æquo nõ pensabũt, meã oĩno ad infernũ ac mortuos lucẽ afferã. Cui Iuppiter: O Sol, inquit, tu & Dĳs & hoĩbus sup terrã nihilominus lucebis. Horũ ego nauẽ fulmine argete subito feriẽs, in medio ponto abrumpã. Hæc ego à Calypso accepi, quæ se audĳsse à Ioue dixit. Vbi uero ad nauẽ ꝑueni, hincinde socios prensando obiurgaui. Sed iã remediũ nullũ inueniri poterat, cum iã boues interĳssent, qbus subito Dĳ portẽta ostenderunt: Pelles enĩ iam direptæ serpebant,

Sol iniuriã suã Ioui cõquæstus.

Portenta.

bant, carnes coctæ crudæq; in uerubus mugitus more boum edidere. Senos igitur dies socij in edendis bubus Solis quas abstulerant consumpsere. Septimã uero diẽ postq̃ Iuppiter excitauit, uentus posuit, tẽpestas desijt. Nos rursus nauẽ repetimus, malũ erigentes, uela pandentes. Vbi uero insulã reliquimus, neq; alia amplius terra apparuit, sed cœlũ undiq; & undiq; pontus: tunc obscurã nubẽ Iuppiter supra nauẽ statuit, ex qua pelagus tenebris obductũ. Nec multo post tẽpore Zephyrus stridens cũ procella irruit ingenti, statimq; sæui uenti tẽpestas utrosq; rudentes diripuit. Malus igitur ipse retrocecidit, arma deniq; oĩa in sentinam diffusa corruerunt: quorũ moles gubernatoris in prora existẽtis capitis ossa præcipitãdo fregerũt. Ille ouiculæ similis intra tumuli sedilia cecidit, ac spiritus ossa reliquit Iuppiter simul intonuit, nauẽ fulmine pcussit, ex quo tota soluta, ac sulphure plena apparuit: quapropter socij ex ea cecidere, ac cornicũ more circa nauim undis ferebantur. Deus enĩ reditũ nobis inuidit. Ego p nauẽ ferebar, cuius munimentũ carinæ soluerat tẽpestas: hanc tenuẽ portabat fluctus. Deinde malũ usq; ad carinam fractũ, in quo bubulæ pellis uinculũ erat aptatũ cum hoc igitur ambos simul & malũ & carinam cõposui. Supra hoc itaq; sedens ego aduersis ferebar uentis. At ubi Zephyrus desijt, subito notus irruit meo pariens aĩo tristitiã. Itaq; nocte tota ad exitialẽ rursus sum delatus Charybdim. Oriente autẽ sole ad Scyllæ scopulũ Charybdimq; diram impulsus sum: hæc maris

Tempestas

Vlysses denuo in Charybdim misere impellitur.

aquam resorbuit. At ego ad altam caprificum superne sum arreptus, cui uehementer innixus ueluti uespertilio adhærebã: nec facultas propterea aut pedes stabiliter firmandi, aut ascendẽdi fuit. Radices enĩ longe serpebãt: rami quoq; in sublime recedebãt, ita ut proceritate Charibdim obũbrarẽt. Ægre aũt adherebã, qđ illa rursus malũ & carinã uorauerat, cupienti tandẽ mihi serius reuersa sunt: Vt qñ uir è foro ad prandiũ redire solet, q multas litigantiũ iuuenũ contentiones iudicat & cognoscit. sic tũc, demũ ligna hæc ex Charybdis ore reiecta apparuerũt. Ego uero me tũc pedibus manibusq; proiectis ad inferna demittẽs, sonitu ingenti in ipsorũ medio cecidi, in hisq; considẽs manibus proprijs ea diuidebã. Scyllã uero Iuppiter nõ adhuc uidere dedit: nec propterea exitiũ omnino effugi. Hoc igitur mõ diebus nouẽ sum delatus, decima uero nocte ad insulã Ogygiã dij propinquũ reddidere. Hic Calypso grauis eloquẽsq; dea habitabat, q̃ me magnopere & amauit & fouit. Sed qđ hæc tibi reliqua narrem, quæ hesterna die in ædibus recensui? mihi namq; molestum rursus apposite dicta repetere.

Vlysses ad Calypso defertur.

Finis libri Duodecimi.

¶ Ausonij poetæ, in. XIII. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.

¶ Enarratis oĩbus (quæ in multiplici errore pertulerat) a principibus Phæaciæ viris donis plurimis honoratur, qbus remigio & necessarijs oĩbus nauis instruit: dormiensq; in Ithacam quietissima nauigatione deuehit. A qbus illic in portu patrio cum muneribus vniuersisq; quiescens, & oĩm ignarus exponit, Phæacibus eo dormiente remeantibus.

ODYSSEÆ LIBER DECIMVS. TERTIVS.

SIc Vlysses ait: Omnes uero silentiũ tenuerunt, ac per amplas ædeis lætabantur. Alcinous respondens: Vlysse, inquit, quando meã domũ petijsti, si mala passus es multa, non puto deinceps amplius errabis. Vestrum autem cuilibet amantissimi, qui in ædibus meis uetus & rubrũ continuo uinum bibitis, ac poëtæ cantum auditis, hæc dico, quemadmodũ uestes & aurum uarie laboratũ, aliaq; cuncta dona quæ Phæacensiũ senatus huic hospiti tulit, in arca sita sunt. At nos tripodẽ insuper magnum lebetemq; uiritim demus: præterea congregati per populũ oẽs eũ honoremus. Difficile sanè unũ oĩa ac totẽ quodãmodo muneris loco posse dare: Sic ille. Omnibus sententia placuit. Itaq; domũ cubitũ eunt. Cũ uero primum illuxit, nauem qua hospitem deducturi erant impleuerunt. ferrum instrumentumq; ad eam trahendã adhibuerũt, & hæc quidẽ probe Alcinous aptauit: nam ipsemet per iuga uadens, ne quis nautarum festinandi gratia remis nauem læderet respiciebat. Illi ad ædeis epulasq; Alcinoi uenerũt, q bouẽ Ioui in primis oĩbus imperanti obtulit, crura uero cremantes conuiuæ hilariter ederunt. Inter quos diuinus poëta cecinit Demodocus, populis in honore habitus. At Vlysses quod redeundi studio sollicitaretur, sæpe caput ad

Alcinous Vlyssi & Phæacibus

Demodocus cantor.

solē fulgentē uertebat, iam occidere maturius cupiēs: Veluti uir cui totū diem boues aratrū in nouali traxerunt, ad mensam deniq; ire cupienti libenter sol occidit, euntiq; genua labāt: Sic Vlysses auide solē occidentē expectabat: statimq; Phaeacenses, ac in primis Alcinoū est allocutus Alcinoe rex populorum, libate iā, & me dimittite: uos quoq; ualete, quando quae aius cupiebat sum prope assecutus reductionē uidelicet, & chara munera, quae utinā Dij fortunent, & optimā domi coniugē cum filijs incolumibus reuertens inueniā. Vos autē remanentes exhilarate cōiuges ac liberos: Dij uero uirtutē tribuant omnimodā, ac nullum publicum patiantur malum: Sic ait. Oēs uero laetati iussere hospitē deduci, quādo probe locutus est. Tunc ad praeconem Alcinous uersus: Pontonoe, inquit, merū fundens craterē p aedeis oībus praebe, ut Ioui libantes hospitem in eius patriā reducamus. Ille dulce sumens uinum oībus uiritim dedit: qui postq̄ Dijs libarunt è sedibus surrexerunt: surrexit & Vlysses, paterāq; Aretae manibus praebuit, atq; illam cōpellans: Salue, inqt, regina donec senectus ueniat ac mors: haec enī inter hoīes existunt cōmunia. Ego enī reuertar, tu uero in domo tua cum tuis populis laetabere: Sic dicēs humi fudit. Alcinous cōfestim praeconi ut illū ad nauim deducat mandauit: Arete uero simul famulas misit, quarum alterae pharū maculis purgatū ac tunicā, alterae arcā ferendā praebuit, alia cererē, alia uinū rubrū portabat Postquā uero ad mare peruenerunt, qui reducebant uiri es-

Digressus Vlyssis ab Alcinoo.

uiri esculenta & poculenta suscipientes in naui collocauerunt: in eiusdemq; pauimento in parte puppis Vlyßi stragula linaq; strauere ut nullus cubaret. Igitur ipse in primis conscendit, cui dulcis & alta quies placidæq; simillima morti paulatim ad oculos irrepsit: cæteri circa transtra ordine consederunt: oramq; ex cauo lapide soluentes, remis incumbētes, ac temonē dirigentes mare findunt. Ac ueluti in campo equi mares quadriiugi oēs simul flagelli uerbere impulsi, alte se attollēdo uiam facile secant: Sic puppis eleuabatur, unda retro maris nigricās currebat. Sed nec circus q̄uis leuissimus ullo modo consequeretur, adeo uelociter ac secure pontū illa ꝑtranseundo secabat, hoīem ferens diuorū prudentiam habentem: q prius quidē multa est passus aīo, ærumnas, & hoīm bella, & tristes undas, tunc oblitus laborū quiete dormiebat. Vbi uero lucifer astrū quod maxime auroræ nūtius uenit, apparuit tūc insulæ nauis propinquauit, Phorcynis quidem portus est marini senis in populo Ithacensi, duo quoq; littora prominentia prærupta ad portū usq; protensa, quæ à uentis uehemētibus magnos fluctus arcēt atq; obtegūt extra, intra uero sine uinculis naues incolumes manēt quando ad finē itineris uenere. In portus autē capite olea est, iuxtaq; antrū amœnū obscurum, nymphis sacratū quæ Naiades uocantur: ex una parte crateres sunt & amphoræ lapideæ, ubi apes nutriūtur: ex altera telæ lapideæ oblongæ, ubi Nymphæ tunicas purpureas (mirabile uisu) contexunt: ex altera aquæ pennes

Vlyßes dormiens reducitur à Phæacensibus

Cōparatio

Circus accipitris genus

Phorcynis portus descriptio.

Duæ illi sunt portæ, una quidem in Boream homines ducẽs: altera uero diuinior ad Notũ ptinet, neq; hoĩbus accessa sed dijs. Huc igitur consyderato prius loco nauẽ impulimus, quæ ita remigũ manibus urgebatur, ut spatia medietatis eius terræ celeriter propinquãdo impelleretur. Illi protinus è naui descẽdentes primum quidẽ Vlyssem sustulerũt, ac cũ linis & stratis ornatis, qbus cubabat, dormientẽ in arena posuerũt: deinde p Mineruam opes tulere, quas boni Phæacẽses ei domũ reuertẽti dedere, & has quidẽ congestas sub olea iuxta uiam posuere, ne quis uiator priusq̃ Vlyßes surgeret inuadẽs auferret. Phæacẽses autẽ his gestis domũ reuerterũt. At Neptunus iræ minarũmue, quas Vlyssi dudum intentauit, minime oblitus est. Iouis itaq; consiliũ prius his uerbis sciscitatur: Iuppiter pater iã ego inter diuos deinceps nullo ero in honore, quando mortales Phæacenses me nequaq̃ uerẽtur: q contra ea quæ mihi annueras de Vlysse multa passuro, nunc planè redeundi facultatẽ ei præbent: ac in naui sopitum ferẽtes in portũ Ithacam remisere, insup donis ingentibus onerauere æris auriq; satis, uestẽ quoq; intextam multaq; alia tribuẽdo, quæ neq; Vlysses ex Troia tulisset si incolumis cũ parte suæ prædæ uenißet. Cui Iuppiter: Heu Neptune quid ais inquit? dij te nequaq̃ spernunt: durũ profecto fuerit antiquissimũ & optimum diuorũ contẽnere: nam mortaliũ aliquis iure potentiæ ac reuerẽtiæ cesserit nostræ, tibi uero in posterum ultio fuerit. Cui Neptunus: Vtinam ego Iupiter inquit

Vlysses aduehitur Ithacã soporatus

Neptunus indignatur Vlyßẽ restitutũ esse patriæ

inquit, ita ut ais agere possem, sed tuam continuo iram obseruo atq; uito: nunc uero quando licet, Phaeacensiũ nauẽ pulchram ex reductione redeuntẽ ubi iã tenetur deuastare decreui, ac in magnũ cõuertere montẽ urbi occubantẽ, luminaq; obstruentẽ, ut planè discant à reducendis hominibus abstinere. O q̃ pulcherrimum, inquit Iuppiter, mihi uidetur, quando oẽs appulsam ab urbe prospicient in lapidem naui similem conuersari, terraeq; propinquam, ab ingenti praeterea monte circa urbem subito claudi: magna profecto admiratione tenebuntur. Attamen hoc Neptune: Scheriam ubi Phaeacenses orti sunt contende, hic nauis facile insecuta constitit. Neptunnus igitur nulla mora propius accedens, in lapidem eam conuertit, & radicitus firmauit manu prona impellens. Idẽ deinde disparuit. At Phaeacenses stupefacti sic alterutrũ dicebant: Heu quisnã nauẽ domum reductam in ponto stabiliuit, in saxum tota nunc ecce prominet & apparet. Hos igitur hoc modo mirantes atq; ignaros, ut res gesta erat, Alcinous sic affatur: Heu quàm haec antiqua uaticinia patris mei uenerunt, qui ait Neptunum nos admirari solere, quod omnibus itineri auxilio simus: propterea quandoq; futurum ut nauis, quae officium huiuscemodi praestitura est, in ponto destruenda esset, ac in montẽ conuertẽda ciuitati occubantẽ. Nunc uero omnia apparuere: quamobrẽ quae dico cuncti auscultate: Desistite iã hospites, si qs uestram deinceps petit urbẽ, uiatico prosequi, ac Neptuno tauros Duodenos electos sacrifi

Phaeacum nauis in saxum conuertitur.

sacrificemus si forte misereatur: Sic ait. Illi uero pteriti iussa statim fecerunt. Dumq; Phaeacensiū principes apud aram stantes uota Neptuno facerēt, Vlysses è somno expre&#x10;ctus est in terra patria, quam quod diu fuerit absens minime cognouit. Nam dea obscura illū nube circumfudit, ut ignotū redderet, singulaq; monuit, quod nō illum uxor nec ciues neq; amici prius agnoscerēt, quàm oīm procorū iniuriam plecteret, quam obrē aliena specie cuncta ei uidebantur. semitae difficiles, portusq; nauibus excipiēdis apti, saxaq; alta & arbores florentes. Itaq; suspensus animo constitit, in terramq; patriam aspexit, mox ingemens ac manibus crus sibi cōuerberans ait: Heu in quorū ego mortaliū terram incidi: iniusti ne sunt & agrestes, an hospitales, & deos fasq; colentes? quò ego nunc opes multas fero? quò nunc erro? utinam apud Phaeacēses mansissem: Ibi namq; aliquē regum profecto adiuissem, q me iuuans reduxisset. Nunc ubi sim nescio, illic applicare dubito ne praeda sim alijs. Heu nō oīa scimus, nec iusti erant Phaeacenses principes q me in alienam deduxere terram. At se Ithacam deducturos dicebant, quod minime fecerunt. Iuppiter eos plectat, q supplicibus praeest, qui ue alios aspicit hoīes quicunq; peccant, sed & opes recensebo, ne q ueniētes ex naui auferant Sic ait, at tripodes pulchros lebetesq; aurū, uestes itē arte laboratas numerat, quorū nihil desyderauit, tantum patriam spectabat, ac p maris littus ambulando magnopere querebatur: cum subito ex propinquo Minerua

Vlysses nō cognoscit se in patriā uenisse nec à suis cognoscitur.

nerua supuenit iuueni tenero opilioni assimilata, quales dominorũ sunt filij, uestẽ induta elegantẽ ac circa humeros reuocatam, pedibus autẽ pulchra calciamẽta & manu hastile retinẽs. Hanc Vlysses conspiciẽs lætatus est: atq; obuiam procedẽdo illum cõpellans ait: Heus amice, quando in te primũ incidi in hac regione salue: ne quæso sis malo mihi obuius animo, sed hæc serua, me itẽ serua: te namq; uti Deũ obsecro, tuaq; genua supplex peto, hoc mihi uere dic: quænam hæc terra, q populus, q hoĩes habitant? an aliqua insula clara? an littus aliquod maris fertili adiacet telluri? Illa uero respondẽs: Ineptus es, inquit, hospes, seu procul hinc uenisti si hanc terram ignoras. Non adeo ignobilis est Norunt enim eam quicunq; apud orientem solẽ quiq; ad occidentẽ habitant. Aspera nẽpe est, neq; equis apta ferendis, uerũ frumẽto uinoq; utilis: hic imber continuo rosq; uirens: insup capris bubusq; accõmoda pascendis, sylua oĩmoda, irrigationes toto durantes anno adsunt: quamobrẽ Ithacæ nomẽ ad Troiam usq; penetrauit, quam longe ab Achæorũ terra dicunt esse. Hæc ubi audiuit, gauisus Vlysses patriam suam hanc esse. Mineruam rursus compellans cõpositis alloquitur uerbis, astutam continuo mentem in pectore uersando: De Ithaca iam cũ essem in Creta procul audiui, nunc ueni & ipse cũ his opibus, tantundẽ filijs relinquens. Fugi, quod Orsilochum Idomenei filium interfeci, ita cursu celerẽ, ut in Creta uiros exploratores pedũ uelocitate superaret, quoniam me præda Troiana priuare

Minerua Vlyssi apparet.

De Ithacẽsis terræ natura

Dissimulãs se esse Vlyssẽ fingit causam aduentus.

uare uoluit, cuius gratia multa ſum paßus, & uirorũ bella & ſæuas undas expertus: quamobrẽ eius ego patri ut gratificarer apud Troiam minime fui comes, ſed alios mecũ duxi ſocios. Hũc igitur Orſilochũ ego cũ ſocio ex agro uenientẽ prope uiam ꝑ inſidias ferro peremi. Nox erat obſcura, nulluſq; propterea nos nouit: quo interfecto protinus nauẽ Phœnicum conſcendi, quos uti placabiles redderem præda impartij. Hos rogaui uti me Pylum aut Elidem ubi Epei dominantur deducerẽt. Sed profecto illos inde uis uẽti ual de coactos, ac minime decipere uolẽtes auertit. Vnde nos huc errando uenimus nocte magno ſtudio in portum appulſi, nec ulla nobis q̃uis egentibus cœnæ memoria erat, ſed de naui deſcendẽtes iacuimus. Hic me feſſum dulcis inuaſit ſomnus: at ſocij de naui obiter meas opes ferẽtes, ubi ipſe in arena cubabã poſuerũt, ſtatimq; rurſus nauẽ conſcẽdentes Sidoniã adnauigarunt: ego tantũ mœſtus animo remanſi: His ab Vlyße dictis Minerua riſit, quæ corpore quidẽ mulieri pulchræ ac operũ pulchrorũ ſcienti ſimilis apparuit, atq; illum cõpellans ſic ait: Aſtutus nempe foret nimiumq; uafer, qui te in omnibus dolis præteriret, uel ſi deus cõgrederetur: ô nefande, uerſuta uariáq; mente. His tu deceptionibus uerbiſq; callidis, quæ tibi radicitus amica ſunt, ſaltẽ in patria tua deſinere ac ſuperſedere debueras. Non igitur hæc amplius inter nos cum probe norimus ambo dolos & aſtus: quoniam tu dolo & con ſilio & eloquentia inter mortales præſtas, ego uero

Minerua Vlyſſem increpat diſſimulationis

inter

inter diuos nulli astutia cedo. Nonne Mineruam no sti Iouis filiam, quæ in cunctis laboribus tibi sp astiti, te itē Phæacensibus amicum reddidi? Nunc uero huc ueni ut tibi consiliū subdam, opesq; quas tibi Phæacenses reuertenti meo consilio dedere abscondam. Te autē moneo, ut oīa quæ tibi fatum ferenda domi dederit, æquo animo ac necessario feras: neq; ulli mortalium siue uiro siue fœminæ dixeris quod peregre ueneris errabundus, sed tacita cuncta patiaris, uim etiam uirorū tolerando. Cui Vlysses respondens: Difficile, inquit, dea homini mortali uel prudenti fuerit te obuiam uenientē agnoscere: tete namq; cui uis assimilas. Ego uero probe iam scio quēadmodum mihi æqua fueris, donec apud Troiam bellū gerebamus filij Achæorū. At postq̄ Priami domū euertimus, nauē conscēdimus quas deus dissipauit, nō te postea uidi, neq; noui nauim conscendentē meā, ut me laboribus leuares: sed cōtinuo trepidam habens in pectore mentē erraui, donec diui me ab ærumnis liberauere. Te namq; quæ prius in Phæacensium diuite domo me uerbis adhortando in ciuitatē ipsam duxisti, nunc item p tuum patrē obsecro, ut uere mihi dicas si meam iam uado in patriam. Nō profecto me Ithacam sed aliam adire terram existimo: ac te potius p astutiam & risum, ut animum decipias meum, hæc mihi dixisse. Quando, inquit Minerua, in hac cōtinuo sentētia mentis es, ac te prudentē, ingeniosum, solertemq;, alioquin miserum uideo, deserere nullo modo possum. Profecto uir alius ex errore ueniens libenter con

Vlysses Mineruæ

ter coniugē liberosq; uidere cupit, tibi autem nondum utile hoc scire aut audire, priusquam tuam deprendas uxorem, ac uideas quemadmodum hæc domi mœsta sedet, ac dies noctesq; lachrymans in ærumnis corrumpitur. Tibi tamen hoc persuade ac scias quod redibis tandem, sed amißis socijs omnibus: præterea non te curare uelim cum Neptuno patruo meo, qui tibi est iratus quod filium eius excæcaueris. Sed age iam ut plane confidas, tibi terram Ithacæ monstrabo. Hic Phorcynis senis marini est portus, in cuius capite olea oblonga existit, propeq; ipsam antrum amœnum, obstrusum, sacrum Nymphis quæ Naiades uocantur. Hæc enim spelunca lata & alta est ubi Nymphis plures facies hecatombas. Hic quoq; mons est Neritus sylua uestitus: Sic loquens dea in auras euanuit, terraq; mota est. Vlysses uero terra patria fertiliq; gauisus, eam statim est exosculatus, ac manus attollens Nymphas precatur: Nymphæ Naiades Iouis filiæ nunquam ego uos aspicere putabam, nunc autem his uotis placabilibus gaudete. Postmodum dona uti antea dabimus, si Minerua libens & me uiuere sinat, & filium meum adduxerit. Cui Minerua: Bono sis animo, inquit, & has mitte futurorum curas, nūc opes ut tibi saluæ sint in antri recessu ponamus. His dictis dea in specu obscurū ingressa, latebram uestigabat. At Vlysses propius omnia ferebat, aurum, æs incorruptum, uestes laboratas, quæ cuncta probe locauit, saxumq; foribus obduxit Minerua. Deinde ambo ad oleæ radices consi-

Neritus mons

dentes

dentes, de morte procorum inter se egerunt. Vlysse, inquit Minerua, cogita quemadmodum procis manus inijcias, qui iam triennio in tuis aedibus dominātur, tuam cupientes uxorem, etiam, dando dotem ducere: at illa reditū continuo tuū expectare se dicens, eos uana spe nutrit, cuilibet nuntios mittens, at mens eius alia uoluit. Cui Vlysses: Heu profecto, inquit, Agamēnonis exitium me domi subiturum uideo, nisi tu dea singula apposite mihi referas. Sed et te consulo quonam modo eos plectam, penes me ipsa consiste, mentemq; & audaciam suffice qualem cum Troiae euertimus moenia si deniq; mihi adsis Minerua, cum trecentis ego hominibus certauero. Ego quidem adero, inquit Minerua, nec me desyderabis, cum haec curae sunt nobis: speroq; huiuscemodi procorum mensam, qui tuam rem edunt, sanguine cerebroq; me foedaturam. Interea te omnibus mortalibus ignotum reddam: corpus enim hoc tuum formosum siccum in membris flexibilibus constituam, flauas item ex capite comas perdam, teq; ueste induam linea, ut qui uiderint habentem horreant: oculos diniq; pulchros antea foedabo ut plane omnibus procis & uxori & filio quem domi reliquisti, turpis aspectu uidearis. Igitur primum subulcum conueni, qui tuorum est porcorum custos, alioquin tui amantissimus, tuūq; filium & uxorem diligit: offendes eum suibus assistentem quae pascuntur iuxta Coracis saxum ac fontem Arethusam, glandem edentes dulcem, & nigram potantes aquam, quae res copiosum suibus abdomen sug-

Minerua Vlyssem docet quid facto opus sit

gerunt. Hic tu mane, cunctáq; aßistens percunctare. Ego uero Spartam obiter ibo tuum filium Telemachū uocatum, qui Lacedæmoniam ad Menelaum est profectus uestigatum ex tuæ gloriæ fama sicubi esses. Cui Vlysses: Non omnia, inquit, quæ mente tenes proculdubio dixisti, an ille errando labores usquam patiatur eius certe substantiam alij absumunt. At illa: Ne tibi sit is curæ, ego namq;, ait, ipsum ad famam sibi bonam comparandam eò deduxi: sed & sine angustia ulla est, libensq; in Atridæ considet ædibus, ubi res suppetunt. Proci autem iuuenes cum naui profecti in insidijs collocati sunt, ut eum priusquam in patriam reuertatur, interficiant: sed hoc euenturum minime puto, quin potius aliquem procorum terra retinebit: Sic locuta baculo protinus eum preßit, corpusq; formosum cum membris aridum reddidit, flauas ex capite comas perdidit, circaq; cutem ueluti senis antiqui per omnia membra effecit, oculos antea pulchros inhonestauit: uestem deniq; ipsam laceram & tunicam fœdam fumoq; inquinatam induit. supra quoq; cerui pellem addidit: præterea tenue baculum, uilem peram undiq; laceram, & gladium contortum ferebat. Ambo deinde postquam inter se consultauere, diuisi sunt. Miuerua quidem Lacedæmoniam ad Vlyssis filium est profecta.

Mutatur Vlyssis habitus.

Minerua ad Telemachū proficiscitur.

Finis Libri. XIII.

¶ Ausonij poetæ, in. XIIII. Homeri Odysseæ librũ
Argumentum.

EGreditur portu tenuis quo semita ducit.
¶ Somno experrectus Vlysses, portum & littus patriæ non sine animi consternatione cognoscit, admiraturq; vt aduectus, vt expositus, vt relictus sit, vt cuncta nesciret, requirit vniuersa donorũ, quæ postq̃ incolumia videt. q̃ potest tutissime occultat consilijsq; a Minerua confirmatus, ad seruum suũ Eumæum, subulcum simulatus accedit, naufragij & mendicantis imitatu. Interrogatus deinde quis esset, ait se esse Cresium in ægyptũ nauigantem, Troiam fuisse delatum: Eumæum etiã, cum affectione mœstissima pergens, & cogente deniq; vespere & imbre continuo sagulo amicitur, atq; ibidẽ multa secum voluens tandem concedit quieti.

ODYSSEÆ
Liber. XIIII.

VLysses igitur ex portu uiam locunq; nemorosum p iuga montium ingreditur, qua parte Minerua subulcum esse prædixit, qui seruis præerat domesticis quos Vlysses possidebat. Hunc in domus uestibulo reperit, ubi ara in septo ædificata loco sublimis, magna & rotunda erat, quam subulcus ipse absente domino sine hera & Laërte politis ex lapidibus extruxerat, ac mundam planamq; reddiderat: extrinsecus uero palis densis circumclatrauit. Intra uero stabula duodecim fecit inter se propinqua suibus cubilia: in quolibet uero sues quinquaginta cubitantes fœminæ ac fœtæ, mares autẽ longe pauciores, quos proci continuo edentes diminuebant: cum semper eis

Eumæi domus ad quẽ diuertit Vlysses descriptio.

melior ex omni grege delectus à subulco præmittere-tur: nam centum & sexaginta erant. Præterea canes quatuor feris similes inuigilabāt, quos subulcus nutrie bat. Ipse autē pedibus calceos aptauit ex pelle bubula ualde colorata excisa. Tres alij Cerui cū suibus pascē dis huc illuc p agros abierant, quartū uero in ciuita-tem misit, suem necessario procis ferentem, ut sacrifi-cantes carnibus appetitū explorarent. Canes interea ubi Vlyssem uiderūt, confestim baubantes cucurrerūt Vlyßes uero astu constitit, ac ingēti affecto molestia, iuxta suū stabulū, baculū de manu excidit. Verū sub-ulcus ueloci paßu ad stabulū irruit, ac elapsa de manu scutica canes increpando frequētibus saxis alium aliò fugauit. Ad Vlyssemq; uersus: O senex, inqt, paulomi-nus quin te canes discerpserint: mihi ppterea suspici onis notā inflexisses, cū alia mala mihi dederint dij: se-deo nāq; mœstus ac lugēs dominū meū, alijs pasco sues at ille indigus cibi, apud hoīes populosq; alienos errat si tamē uiuit ac uescitur solis luce: Sed iam sequere se-nex subeamus tegetē, ut ipse postq̄ cibo potuq; exple-tus fueris, dicas cuias es, aut quos sustines labores. Sic dicens Eumeus, procedēs eum in sedē introduxit den saq; humi uirgulta fudit, syluestris quoq; capræ pellē ingentē atq; crassam strauit. Vlysses uero ubi se exce ptum uidit, ualde gauisus atq; eum cōpellans ait: Iup piter dijq; alij tibi dent hospes quicquid optas, qui me tam prompto animo exceperis. Quin, inquit ille, uel si te peior ueniat nō fas est hospitem contemnere. Nam

Eumæus Vlyssem hospitem humaniter excipit.

prope

prope Iouem sunt omnes & hospites & pauperes: munus enim nostrū gratum est quidē, quanq̄ paruum, q̄d famulorū sit officium timide semper agere, præsertim cum heri iuuenes dominantur. Nam *illius reditum dij retinent, q me magnopere amabat, possessionemq; dedit, ueluti seruo suo lubens, domum insuper & portionem & uxorē multis desyderatam: deus autem ut illi negotium auxit, sic itē hic mihi.* Quamobrē *me multis iuuasset dominus si apud* Ithacam *consenuisset, sed perijt.* O *utinam* Helenæ *genus potius esset extinctum, quæ multis eripuit uitam hoībus.* Etenim *ille* Agamem*nonis honoris gratia* Ilium *est profectus, ut* Troianis *bellū inferret.* Hæc *ubi dixit, baltheo tunicam coercēs confestim ad stabulum contendit, ubi porcorum fœtus clauserat.* Hinc *duos tulit, ambosq; sacrauit, in partes diuisit, uerubus deinde figens assauit, omniaq; ipsi cum uerubus tulit* Vlyssi, *q̄bus farinam infersit albam, caliciq; dulce fudit merum.* Ipse *contra sedens, eū adhortando alloquitur:* Ede *nunc hospes, famulorū tantum fœtus porcorum sunt: at proci neq; fas neq; misericordiam aīo colētes, pingues edunt sues.* Non *enim impia facta dij amant, sed pœnas exigunt debitas, ac mortalium res nefandas puniunt.* Sunt *enim nonnulli iniusti quidē ac crudeles, qui in alienas discurrunt terras: sed hi profectò postq̄ Ioue concedente prædam sunt assecuti, naues conscendūt, domū quilibet rediturus: præterea aliquo diuinorū metu, ac religione tenētur, aut numinis alicuius uoci obtēperant.* At *domini mei mise-*

Eumæus Vlyssem nō cognoscens eū perijsse cōqueritur

randa sors est,quod contra ius fasq; proci uxorē eius petunt,neq; ad propria redire uolunt:sed illius rē luxuriose deuorant nulla tēperantia, aut parsimonia in dies ac noctes singulas,non uno tantū sacrificio, aut duabus ouibus sunt cōtenti:multum præterea uini aut plus æquo exhauriunt. Illi namq; maximæ opes fuere, neq; heroum ulli tantundē siue in cōtinenti,siue apud Ithacam habitanti, nō deniq; uiginti simul hoībus tantus est census,quæ breuiter tibi numerabo: Duodecim in continenti greges ouiū, totidē uero porcorum,caprarum totidē pascuntur. Hospitesq; & ibi bubulci hoīes. Hic & ouilia læta undecim, extrema in parte à bonis custodiuntur uiris:quorū quilibet ouem ex optimus quotidie procis defert. At ego has custodio seruoq; sues: quarum itē meliorem ac lectissimam eisdem mitto. His ab Eumæo dictis Vlyßes carnes appositas merumq; subito potauit:exitium procis meditans. Post q̃ uero cœnauit, animusq; cibo exhilaratus, cyphum quo biberat plenum Eumæo dedit uehementer ex hoc gaudenti,illumq; cōpellans ait: Dic quæso amice,quis est is tam diues atq; potens,qui te tuis emptū possessionibus præfecerit? Dicis autē ipsum Agamēnonis honoris gratia periisse. Dic præterea si forte nouerim hūc talē aut uiderim(nam Iuppiter aliiq; tantū dii hoc sciunt)nuntiem ne? quoniā multa obiui loca. O senex, inquit Eumæus,nullus profecto uir qui peregre redierit,hoc nuntiauerit, neq; itē uxori aut filio persuaserit:sed cibū quærentes facile mentiuntur, ueráq; dicere no-

Vlyssis diuitiæ et possessiones

re no-

re nolunt: qcunq; eni erro mendicus ad populum Ithacensem, & heræ meæ uana decipiendo loquatur, facile auditur, illáq; libenter eũ excipit, signa exquirit, lachrymas fundit ut fas est de coniuge qui alibi perijt. Tuq; hospes exemplũ huius rei tibi fingito. Si qs tibi lænam tunicamq; dederit hũc postea canes auesq; discerpturi sunt, ita ut pereat, siue in mari pisces edant, & ipsius ossa multa inuoluta arena in cõtinenti iaceant: sed hic periens amicis oĩbus dolorẽ reliquit, mihi maxime. Neq; enim tam æquũ benignumq; herũ adibo quocũq; uadam nõ si rursus in domũ patris mei aut matris redeam, ubi prius sum natus atq; educatus. Neque hos tantũ lugeo, aut oculis in patria uidere cupio: sed me Vlyßis desyderium tenet, quẽ ego hospes nõ præsentem noĩare uereor: me namq; supra omneis diligebat, & animo amplectebatur: sed & illum diuinum uoco, uel procul existentem. Vlysses ad hæc: Amice, inquit, quando illum negasti uenturum, nec propterea ulla tibi spes unq̃: ego tibi de illo non frustra, sed iureiurando affirmabo, quemadmodum Vlysses ueniet: boni quidem nuntij premium mihi debetur, quod ego quanquàm egens nullo pacto recipere uolo, priusquã ille peregre domum redierit.

Vlysses dißimulans nititur Eumæo Vlyßẽ redditurum ꝑsuadere

Hostis enim nobis est æque ac ianua Ditis
Is, qui pauperie loquitur non uera coactus.

Igitur Iuppiter deorũ princeps, tuq; hospitalis mensa, ac Vlyssis domus quam peto, scitote quemadmodum nũc uera loquor. Vlysses hoc anno huc ueniet. In fine

autem mensis domum reuertens, eum qui & uxorem et filium læserit omnino puniet. Eumæus uero ad hæc: O senex, inquit, nõ profecto huius tibi nuntij præmiũ dabo, neq; Vlysses domum redibit. Verũ nunc alacriter bibi, alia postea inter nos memorabimus: nequeo sic cis oculis hæc reminisci, ad illius nãq; memoriam oẽm animus in pectore continuo mœret. Sed iam iuramentum sinamus, ueniet Vlysses, ut & ego & Penelope & Telemachus optamus: me uero pueri illius miseret quẽ dij ramo similẽ generoso educauere: dixerimq; ego illum inter homines eius patre nec ingenio neu forma inferiorẽ futurum. Verum ipsius mentem nescio quis siue deorum siue hominum eripuit, quod Pylum profectus sit sciscitatum de patris fama. At proci solertes domum reuersuro insidiantur, ut Arcisiæ progenies penitus ex Ithaca sine nomine intereat. Sed iam illum siue errauerit siue fugerit, dimittamus manu protegat altissimus Iuppiter. Te tantũ nunc rogo, tuos mihi labores referas, mihiq; uerum dicas, cuias es? ex quo hominum genere? quæ tibi patria? qui parentes? in qua uenisti naue? quomodo te nautæ Ithacam adduxere? quinam sese esse gloriantur? Nõ enim te tuis huc pedibus aduenisse puto. Vlysses uero ait: Tibi profecto uera dicam oĩa. Si fuerit nobis ad tẽpus longum cibus, uinumq; dulce, intra tabernaculum quiete in epulis existentibus, alij uero ad opus conuertantur: uix deinde in annum meos referens labores, quos deorum uoluntate sustinui, tibi absoluerem. E Cræta enim meum genus

genus iacto diuitis uiri filius: plures item alij filij fue- re patri ex cõiuge. Me autẽ Onete mater peperit pel lex, uerum æque ac alios Castor Hylacis filius hono- rabat: huius ego sum genus, q tunc inter Cretenses uti Deus in populo ob diuitias & filios illustres coleba- tur. Hunc demum Parcæ excedentẽ ad inferos tule- re, liberi uero patrimoniũ sortibus diuisere, mihi pau- ca dederunt. Vxorẽ duxi ex gente locuplete ac nobi- li ob meam uirtutẽ, quod non ignauus aut bellorũ fu- gax inueniar: nunc sanè me oĩa destituerunt: dolorq; plurimus occupauit, quod te probe conijcere arbitror. Mihi namq; Mars & Minerua audaciã uiresq; de- dere: quando ad insidias aliquas aut cõgressus hostiũ delectus essem, fortibus uiris mortẽ intentaui: nec ul- lius animus ferox mihi prius inuadendo necem infer- re potuit, quin ipse longe prior insultans hasta irrue- bam, quando pedũ cursu incitarer. Talis igitur in bel- lo eram. Negotium uero ac opus aut utilitas domesti- ca, quæ nobiles nutrit filios mihi nunq̃ cordi, sed potius naues, bella, iacula, arcus, quæq; alijs horrida & exi- tialia uidentur, chara & amica extitere. Hæc Deus in animo mihi dedit, alius uero alijs gaudet artibus. Priusq̃ ad Troiã irent Achæi, nouies uiris ac naui- bus contra exteros præfui, & mihi oĩa ex his quæ tra ctaui fœliciter contigerunt. Multa postea sum assecu tus: ex quo domus est aucta ita, ut inter Cretenses po tens ac uenerabilis sim factus. At ubi Iuppiter crude- le iter ad Troiã iussit, quod multis uitã ademit, tunc

Vlyßes pulchre fingit historiam sui aduẽtus

quoq; me ac Idomeneum cum nauibus Ilium ire præcepit: neq; ullum detrectādi subterfugium: durū namq; populi edictum fuerat. Hic igitur nouē Achæi decertauimus annis, decimo Priami urbē euertimus, cū nauibus domū discessimus. Deus uero Achæos dispersit. At mihi misero Iuppiter mala cogitauit. Mensem enī tantum cum filijs & uxore ac possessionibus domi lætatus sum. Deinde ut cū nauibus ac socijs irē in Ægyptum meus me impulit animus. Itaq; coēgi nouē naues populus frequens cōuenerat. Sex diebus illi mecum in epulis fuere, ego uero sacrificia multa Dijs obtuli; socijsq; simul cibum paraui. Septima uero ex Creta soluentes uento prospero facile quidē nauigauimus, utpote secundū undas: nec ulla nauiū incommodum aliquod passa est, qn illas nobis incolumibus ac saluis uentus & gubernator direxere. Die quinta in Ægyptum peruenimus, apudq; Ægypti fluuium nauibus cōstiti. Hic ego socios manere ac naues seruare iussi: exploratores circa uestigatum misi. Illi uero uiribus freti ad iniuriam & populationem insurrexere, statimq; Ægypti Agros amœnos diripuere. Coniuges ac paruos natos abduxere, reliquos necauere. Fama igitur in urbem perlata, ubi hæc illi acceperunt, contra nos cū primum illuxit irruerunt. Campus oīs peditibus equitibusq; simul ac tristi ferro cōpletur. Iuppiter fugam meis socijs iniecit, nec ullus resistere contra est ausus, ubiq; mala apparebant. Hic multi ex nostris ferro interempti, nōnulli uero capti & ad opera coacti fuere.

Mihi

Mihi autem Iuppiter hāc in animum deliberationem induxit, atque utinam potius in Ægypto periissem & aliorum fatum subiissem. Statim ego è capite galeam posui, scutum ex humeris exui, hastam è manu proieci, obuius regio equitatui processi, genuáq; amplectens exosculatus sum: Ille autem me miserans, protinus seruauit, ac flentē in curru collocans, domū duxit. Nam quod magnopere iratus esset, multi hastas mihi intentantes necē inferre parati erant, nisi eos Iuppiter prohibuisset. Iouis namq; iram ueritus est, qui maxime facta improba ulciscitur. Hic demum annis septē mansi, multamq; ex hoībus Ægyptijs aggessi pecuniā munifice mihi præbitam. At ubi octauus uenit annus, tunc Troctes homo Phœnix & ad decipiendū aptus, unde mala hoībus multa inflixit, sua mihi arte persuasit, ut in Phœniciam ubi ipsius domus & substantia erat proficisceremur. Hic igitur usq; totū permansi annum. Verum diebus ac mensibus elapsis in Africā me ille naui abduxit, mendacia cōmentās ut eius onus ferrem: ibi me tandem postquā sisteret, prætium uendendo caperet. Hunc itaq; credulus ego necessuriumq; putās sum secutus. Nauis autem borea uento secundo usq; ad medium Cræte pontum cucurrit. Vbi uero Cretam reliquimus, neq; ulla amplius terra, sed maria undiq; & undiq; cœlum apparuere, tunc Iuppiter ingentem supra nauim misit nubē, ex qua pontus tenebris obductus est, intonuitq; ac nauim fulmine percussit: quæ tota quassa, ac sulphure referta est, oēs in mari

mari cecidere, ac more cornicū circa nauem undis ferebantur: deus enī reditū abstulerat. At mihi Iuppiter quanq̄ anxio aīo, malum nauis immensum ut exitium uitarē manibus porrexit. Hoc igitur innixus undis fatalibus ferebar. Nouem diebus sic delatus sum. Decima uero unda rotans nocte turbida Thesprotorum terræ me proximum reddidit. Hic Thesprotorū rex mihi parcens me inemptum tulit: cuius filius obuiam ueniens, frigore ac labore afflictū manu sustentando, domū deduxit: ubi me læna induēs operuit. Hic igitur de Vlysse sciscitatus sum. Ille uero in patriā redeuntem hospitio se recepisse dixit, mihiq́; opes ostendit, quas Vlysses cōgessit, æs, aurum, ferrū: tot in eius domo preciosa sunt. Illum præterea Dodonā iuisse ait Iouis responsum in quercu auditū, ut longo tempore absens quomodo domū aperte ne uel clam redire debeat. Mihi præterea iurauit in ædibus libans nauem cum socijs illi parasse, q eum in patriam ducerent: sed me prius misit, nactus Thesprotorum hoīm nauem Dulichium uenientē. Horum duci Acasto sum cōmendatus. Ab his igitur proditus fui, ut dolore penitus cumularer. Nā in me prauo consilio cōiurantes ubi procul à terra nauis in altū deducta est, me læna ac tunica spoliatum lacerā uestem aliam tunicāq́; turpē induerunt, quas nunc oculis ipse cernis. Sero autē Ithacam postmodū applicuere. Hic me demū apud nauem uinculo flexibili firmissime uinxerunt. Ipsi uero è naui in littore descendentes cœnauere. Me interea Dij ipsi è uincu

è uinculis facile soluerunt: ego autem statim capiti laceram uestem obuoluens, p temonem in mari pectore tenus descendi: deinde paulatim utraq; manu natando in oram littoris è regione illorũ perueni: descendẽsq; ubi floridæ syluæ recessus erat, humi prostratus iacui Illi uero ubi rem cognouerũt anxij cucurrerunt. Verum non ex re fore uisum eis ulterius tendere, quãob rem nauem rursus conscendentes abierunt. Benignitate igitur Deorũ clam euasi, q me occultauere, ac uiri prudẽtis stationi propinquũ reddidere. Itaq; adhuc me uiuere fato concessum. Eumæus ad hæc: Ah miser hospes, ait, mihi namq; animum magnopere turbasti, dum singula refers quæ passus fueris aut quantũ erraueris. Verũ quæ de Vlysse dicis neq; recte te loqui existimo, neq; mihi persuadebis: quid enĩ mihi opus te talem existentẽ mentiri? Ego ipse mei heri reditũ dijs oĩbus inuisum esse probe noui, quoniã illum cũ Troianis uel in amicorum manibus non perimerunt, quod bellum prudenter administrauerit, quamobrẽ Achæi oẽs ei tumulum fecissent, eiusq; filio magnã gloriam exoptassent: nunc illum miserum Harpyiæ discerpũt. At ego porcorũ præpositus curæ urbem nõ peto, nisi forte Penelope ire cogat, si quando aliunde nuntius ueniret: tunc enim astantes singulos interrogant. Hi quidem tristes ob illius absentiam, alij lætantes quod illius impune substantiam edant. At mihi minime gratum uestigare aut pcunctari ex illo quo me uir Actolus uerbo decepit: quem ob hoĩem interfectum multum

Eumæo reditus Vlyssis nõ psuadetur.

telluris

telluris obeuntem, ac meam domum petentem liben-ter excepi. Is *mihi retulit* Vlyssem *inter* Cratenses *apud* Idomeneum *naues aptantem tempestatibus fra-ctas se uidisse, & demum ad æstatem uel autumnum cum socijs multas secum ferentem opes uenturum.* Sed *tu senex miserabilis, quando te mihi deus obtulit, ne meam gratiam mendacijs similiter quærere, neu fin-gendo uana placare studeas.* Nō *ego te propterea ue-rear magis aut amabo, sed* Iouem *metuens hospitalem te excepi, ac sum miseratus.* Cui Vlysses: *Tibi profe-cto, ait, animũ minime aptum persuaderi incredulũq; uideo, quem uel iurando ad credendũ non inducerem aut cogerẽ: sed deinceps formula pactumq; inter nos fuerit, testes dij adsint, si herus tuus in hanc domum ueniat me læna tunicáq; indues, ac* Dulichiũ *quò ma-xime cupio mittes.* Si *uero non uenerit, famulos tuos iubebis me præcipitẽ ex alto saxo dare, ut alius pau-per in futurũ decipere caueat.* Huic Eumæus *respon-dens:* Hospes, *inquit, sic mea gloria uirtusq; nunc & in posterum apud homines sit illustris, ut plures in hoc tugurio hospitio exceptos donis insuper hospitalibus honoraui, plures, itẽ interfeci,* Ioui *deinde aio prom-pto supplicaui.* Sed *nũc cœnæ tempus, intus adsunt è uestigio socij ut dulces attingamus epulas:* Sic *igitur inter se loquebantur.* Propius *aũt subulci cum suibus uenientes eas de more ad dormiendũ coëgerũt, grun-nitusq; propterea immensus porcorũ in arã se recipi-entiũ excitatus est.* At Eumæus *ad socios uersus:* Du-*cite,*

Vlysses Subulco.

Subulcus Vlyssi.

cite, ait, porcũ ex grege optimũ, ut hoſpiti huic procul uenienti ſacrificiũ offeramus. Deinde nos etiã recreemur, qui continuo cura cuſtodiendi gregis laboramus, alij uero laborẽ noſtrũ impune ſibi edunt: Sic dicens, ferro ligna conſcidit. Illi confeſtim ſuẽ pinguẽ ac quinquennẽ attulere, igniq; admotũ ſupra eſcharã conſtituere. Neq; Eumæus deorũ eſt oblitus, cũ mente bona ſit uſus. Idem ſuilli capitis ante oĩa ſetas igni ut primitias urit, deosq; omneis præcatur, ut Vlyſſes domũ reuertatur. Suẽ deinde tenẽs querna ſchiza percuſſit, quã uenẽs reliquit: ſus protinus extincta eſt, extinctã uero illi iugulãt ac diſtendũt. Eumæus autẽ crudã per membrorũ partes inſcidit, easq; farinã inſpergens igni admouit. Alia uero minutatim diſpartierũt, ac uerubus figentes diligenter aſſauere, oĩa poſtremo auferentes in repoſitorijs denſata poſuere. Eumæus deinde prudens aĩo in ſænas diuiſit partes. Vnã quidẽ Nymphis & Mercurio uota faciẽs dedit, cæteras uero accumbentiũ cuilibet diuiſit. At Vlyſſẽ lumbo ſuillo honorauit: animũq; heri magnopere extulit. Quod Vlyſſes conſpiciẽs: Eumæe, inquit, Ioui ſis æque ac mihi charus, q me talẽ exiſtentẽ his bonis & moribus dignũ facis. At ille: Hoſpes, inquit, ede & gaude his qualibuſcũq;. Deus aũt hoc quidẽ dabit, hoc uero dimittet quod aĩo lubebit ſuo: poteſt nãq; oĩa: Dixit, ac primitias dijs ſacrificauit libãs, rubrũ uinũ in Vlyſſis qui propè ſedebat poſuit manibus, Cererem caniſtris expedijt archtriclinus, quam hero abſente

Eumæus hoſpiti ſacrificaturus ſuẽ mactat.

Eumæ-

Eumæus ipse separatim sine hera, & Laërte sene sibi cõparauerat, de suo ex Taphijs emendo. Igitur paratis epulis illi manus admouerunt. Postq̃ uero edendi ac bibendi cõpressa libido est, Cererem quidẽ Mesaulius abstulit. Illi uero cibo potuq; saturi se cubitũ receperunt. Nox superuenit obscura ac turbida Iouis imber tota nocte descẽdit Zephyrus quoq; ingens & aquosus continuo flabat, Vlysses autẽ cum animaduerteret Eumæum eius curã maxime habentem, tentans si quo modo lænam ab se exutã ei traderet, aut aliquẽ sociorũ ad id exigendũ impelleret, ad eos cõuersus ait: Eumæe uosq; alij socij audite obsecro. Ego rogaturus aliqd nũc loquar. Vinũ enĩ inuitat blandũ, quod uel longe prudentẽ ad loquendũ, & leniter ridendum, insup saltandum impellit, & demum ad uerbũ enuntiandum quod arcanum eße præstaret deducit. Sed quando garrulus semel esse cœpi, non dissimulabo. Vtinã uigeret ætas, roburq; mihi esset firmũ sicuti quãdo sub Troia insidias parauimus. Duces erãt Vlyßes & Menelaus quibus ego ipsorũ iussu dux tertius accessi: uerũ quando ad urbem ipsam uenimus, nos quidem circa mœ[nia] inter densa uirgulta, calamosq; palustres & limũ armis iacuimus: nox turbulẽta & glacialis boreæ [fla]tus successit. Nix quoq; ueluti pruina frigida fu[it]. Scutis crystallus inhærens conspiciebatur. Hic alij oẽs lænas tunicasq; habebant, ac humeros more scutorum obuoluti dormiebant. Ego uero lænam ueniens socijs reliqui, stulte quidẽ, quod frigus minime cogitarẽ: sed

Vlysses an sam quærit cõmode petendi lænã

tantum

tantum ſcutum & nitidum habens cingulum ſecutus ſum. Verum circà extremam noctis partem aſtris iam penè deſcendentibus, Vlyſſem proxime iacentem cubito excitans alloquor: Vlyſſe Laërtiade iam ego inter uiuos non amplius ero, hyems me magnopere affligit: non habeo lænam, ſum tantum tunicatus inſtigante deo, nunc uero nullum remedium: Sic ego. At ille mentem in pectore recepit eam quam æque in conſulendo & bella gerendo retinuit, ac ſubmiſſa reſpondens uoce ait: Tace nunc, ne quis Achæorum alius te audiat. Poſt hæc cubito innixus ad ſocios inquit: Audite amãtiſſimi, diuus me ſomnus petens, procul ait à nauibus ualde uenimus: ſed quis Atridem ſciſcitatum ibit? ſi nos, uti ſint plures, ad naues iubeat accedere. Sic ait; ſtatimq; Thoas Andræmonis filius læna purpurea ab ſe reiecta ad naues ꝑperat: ego uero ſub eius ueſte ſalubriter iacui, aurora mox apparuit. Igitur ô nũc uires, roburq; mihi ualidum eſſet, daretq; ſubulcorum aliquis hic lænam, tam amore quàm reuerentia boni uiri: nunc me ſpernunt malas habentem ueſtes. Cui Eumæus: O ſenex, inquit, egregia tibi hæc laus quam narraſti: nihil profecto non recte & ex uſu dixiſti, quamobrem neq; ueſtem quidem deſyderabis, neq; item aliud eorum quæ ſupplici ac miſero neceſſaria ſunt. Verum nunc craſue tantum mane tuis te lacertis amicies. Non enim hic plures lænæ aut mutatoriæ ſunt tunicæ, ſed ſingula tantũ ſingulis: quando uero Vlyſſis ueniet filius, ipſe & lænã & tunicam dabit: teq;

Eumæus Vlyſſi.

quocunq; tibi placuerit mittet. Sic dicens prosilijt: eiq; cubile iuxta ignē posuit, hœdinis ouinisq; pellibus substrauit. Hic itaq; Vlysses recubuit læna pingui ac molli supermiecta, quæ ei uires contra sæuam hyemem, si quando oriretur, præbebat: iuxtáq; eum iuniores. Nec subulco uisum ibidem cum porcis cubare, sed exiens sese armis accingebat: ex quo Vlysses magnopere gaudebat, quod eius ille rationem separatim iacens haberet. Igitur Eumæus abiens acutum humeris ensem q̄ primum aptauit, deinde lænam crassam uento arcendo idoneam, deinde ex hœdinis pellibus uestem, acutum postremo iaculum contra canes ac hoīes propugnaculum. Vbi deniq; porci erant contendit, ac sub caua petra à Boreæ flatibus tutus dormiuit.

Paratur stratum Vlyssi.

Finis Libri Decimiquarti.

¶ Ausonij poetæ, in. XV. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

AD Lacedæmonias artes Tritonia Pallas.

¶ Telemachus a Minerua per somnium commonetur, domum vt rediret. Maturocp digressus cubili a Menelao veniam reuersionis exorat, qua comiter impetrata, regreditur ad nauem in portu Pylio manentem ... stratocp ad vrbem atque ad patriam emisso, ipse propere ... e littore, comite nauigationis assumpto Theoclymeno, vate ... giuo, vno ex ijs quos Melampus Amythaonis erudiuit. Vitatiscp insidiatoribus procis, aduehitur in patriam, & socijs quidem portum petere iussis, ipse aduerso itinere ad agrum, Eumæumcp proficiscitur.

ODYSSEÆ

Liber Decimusquintus.

Minerua Lacedæmoniam ad Vlyssis magnanimum filiũ contendens, eum ad reditũ hortatur: quẽ simul cum Nestoris filio in uestibulo domus dormientem offendit: Nestoridem quidem altum sopitum, Telemachum uero nequaquam dulcis habebat somnus per noctem, sed curæ patris excruciabant. Prope igitur astans sic eũ alloquitur: Telemache, nõ amplius à domo diutius errabis tuam relinquendo rẽ, uirosq; in ædibus tuis alienos: ne omnia tua inter se diuidentes edant, tuq; propterea frustra iter tentaueris. Verum confestim Menelaum ad te dimittendum impelle, ut matrẽ optimam reperias: iam enim & pater & fratres eius iubent Eurymacho nubat. Is enim cunctos procos & donis superat, & dotalibus iuuando instat, ne te uiuente ex domo patrimonium ferat. Nosti enim qualis in fœmineo pectore mens est. Illius cui nupserit uult domũ iuuare ac ditare, nec priorum filiorum aut uiri defuncti, qui nullam prius habuit aliam uxorem, nõ amplius meminit, aut de illo requirit. Sed ipse ueniens uni ex ancillis quæ tibi optima uideatur cuncta cõmitte, donec Dij coniugium tibi honestum tribuant. Aliud item tibi dico, tuq; conditum mente teneto. Procorum fortissimi in Sami & Ithacæ porthmo in insidijs

Minerua Telemachũ in somnis hortatur ut Ithacam redeat.

 consistunt,

consistunt, te interficere cupiẽtes priusquam patriam redeundo attingas: quanq̃ aliter euenturũ puto: quin potius ex illis aliquem tellus ante retinebit. Sed iã tu naue longe ab insulis absiste, nocteq; simul nauiga. Nam ille Deorum, q te custodit, ac malis eripuit, uentum post te secundum mittet. Postq̃ uero primũ Ithacæ littus attigeris, nauem quidem & omneis socios in ciuitatem mitte. Ipse ad Eumæum subulcum, qui porcos curat tuiq; amantissimus est, proficiscere. Hic tu noctem morare. Illum uero in urbẽ ad Penelopen nuntium de te mitte, quod saluus sis, & ex Pylo incolumis redieris: Sic dicens, sublimis in cœlum abijt. Telemachus uero confestim Nestoridẽ è somno excitauit propius iacentem pede, admonens ac dicens: Surge Pysistrate, equos currui iunge, ut propere iter expediamus. At ille: Telemache, inquit, non est quod per noctem obscuram nos festinare oporteat, cito enim dies adueniet: interim dona feret currui opportuna Menelaus, ac blandis nos uerbis alloquendo remittet. Hospes namq; uiri hospitio excipientis, q charitatẽ præ se ferat, perpetuo reminisci debet: Sic ait: statimq; aurora apparuit, et Menelaus è stratis Helenæ surgẽs illis affuit. Hunc ubi Telemachus agnouit, tunicam subito uarietate pictam induit, pharũq; ingens humeris aptauit, ac foras prodiens: Menelaë, inquit, iam me in patriam quæso remitte, cum domum redeundi cupido subeat. Telemache, inquit Menelaus, nõ ego te longius hic morabor redire cupientem.

Telemachus Pysistrato.

Pisistratus

Telemachus Menelao.

Menelaus.

Ægre

Ægre utrumq; feram, si me nimis hospes amabit,
Oderit aut nimis: at medium seruantia laudo.
Nam semel exceptũ ut nolentẽ impellere durum,
Sic retinere malum fuerit properare uolentem.

Oportet igitur & hospitem præsentem amare, & uolentẽ dimittere. Sed & ego dona obiter feram curru i opportuna, admodum pulchra, quæ oculis uideas. Dicamq; ancillis cœnã parent ex rerũ quæ intus adsunt copia. Nam & honestũ & utile post cœnã quantumuis telluris obire. Si uero cupis p Græciã, & Argos medium conuerti. egomet sequar, equosq; iungã, ac p urbes populosq; ducam: nec ullus uos frustra, aut indonatos dimittet, quin aliquid ferre dabit, aut tripodem æneum, aut lebetẽ, siue mulos, siue aureum calicẽ. Ad hæc Telemachus: Atride, inquit, decreui iam ad propria redire (non enĩ retro uentum prosperum ueniens in meis possessionibus reliqui) ne patrẽ inquirẽs ipse peream, siue res domi optima pereat. Vbi Menelaus hoc audijt, statim uxori & famulis cœnam in ædibus ex rerũ copia quæ intus esse parari iussit. Eteoneus Boëthis filius postmodum stratis exurgens, quod non procul ab eo cubitaret, in medio constitit: quẽ Menelaus ignẽ accendere, ac carnes assare iussit. Ipse uero in thalamum ornatũ non solus descendit, sed cũ eo simul Helena & Megapẽthes filius, ubi pretiosa erat condita suppellex. Menelaus paterã cepit. Megapenthen uero craterẽ ferre argenteum iussit. Helena arcam petijt. Hic pepli erãt uarij quos ipsa laborauerat, Telemachus Menelao.

ex his unum deligens ferebat, q̃ uarietate pulcherrimus & maximus erat, moreq; syderis fulgens ac ultimus aliorũ iacebat. Primi igitur p ædeis ibãt Telemachũ uersus, quẽ ita Menelaus affatur: Reditũ Telemache, uti uideo, tota optas mente, hũc utinã Iuppiter secundet, munera nunc tibi ex meo thesauro, quæ domi sunt, dabo. Paterã argenteã totã arte laboratã, cui latera ex auro redimita, Vulcani opus, quod rex Sidoniorum mihi dedit apud eũ diuertenti. His dictis pateram in manibus ei tradidit, Megapenthes uero cratere ̃ argenteũ ferens, ante ipsum posuit. Helena quoq; astans cũ peplo in manu, sic eũ cõpellando alloquitur:

Menelai donum.

Accipe & hæc manuum fili monumenta mearum,
Quæ tribuas nuptæ uenienti munera primum
Ipse tuæ: interea mater tibi condita seruet.
Nunc uero in patriam iucundam lætus abibis.

Sic dicens peplũ ei in manibus posuit. Ille gaudens accepit. Quæ oĩa Pysistratus capiens ex aĩo mirans aspexit, in perãq; condidit. Hos deinde Menelaus domum reduxit. Vbi postmodũ in thoris accubuere, minister gutturniũ cum aureo opistodocho supra lebetem argenteũ lauandi gratia protulit, iuxta mensam politam, cererẽ pudica proma cibosq; multos ex copia præsentium gratificãs apposuit. Eteoneus carnes diuidebat in partes distribuẽs. Megapenthes uero uinũ fundebat: paratis deinde epulis manus iniecere. Edendi demum atq; bibẽdi sedata cupiditate. Telemachus ac Pysistratus equos currui iunxere, ẽ uestibuloq; domus ac

porticu

porticu impulere. Post hos uenit Menelaus, manu dextra uini paterā tenens ut libantes irent, astans ante currum sic placidus ait: Saluete iuuenes, Nestori hæc dicite, quēadmodū ipse mihi pater æquus, donec apud Troiā Achæi bellum gessimus, fuit. Cui Telemachus Profecto, inquit, quæcūq; mandas, illi redeūtes referemus. Sed & ipse si Ithacā rediero, narrabo quēadmodum abs te exceptus oī humanitate, ac donis plurimis insup donatus discesserim. Sic itaq; dicēti auis dextra aquila aduolauit, albū & ingentē & ex corte domestica raptū unguibus ferēs anserē: uiri autē ac fœminæ clamantes insequebātur. Ille uero dexter prope ipsos ueniēs, irruit ante equos. Videntibus itaq; cunctis aīus exhilaratus, inter quos Pysistratus sic ait: Cogita Menelaē optime si nobis an tibi hoc portentum apparuerit: Sic ait. At Menelaus mente uersabat quonam modo recte ex sententia respōderet, cū Helena præueniēs sic ait: Audite obsecro, ego nāq; ut Dij meū admonent aīm, & ut futurū existimo uaticinabor. Sicut hæc aquila anserē domi nutritū ex monte ueniens ubi eius est genus ac parens: sic Vlysses multa patiēs mala, multáq; oberrans domū tandē redibit, ac procos puniet, sed & iā exitium mente illis oībus destinauit. Telemachus uero: Sic nunc Iuppiter, inquit, Iunonis coniux faciat, cuius rei gratia libenter illic ipsi Deo uota nuncupauerim: Dixit, ac equos flagello uerberauit. Illi p urbem ilicet in campum ruentes, ac die toto sub iugo perseuerantes laborauere. Sole deinde occi-

Augurium aquilæ aduolantis.

Helena interpretatur augurium.

Telemachus proficiscitur,

 dente,

dente, ac tenebris uias occupantibus, Pharas peruenerunt, & in domum Dioclei Orsilochi filij Alphæo geniti diuertentes, hic dormierunt, ac muneribus sunt hospitalibus honorati. Cum primũ uero illuxit, equos similiter currui iunxere, deinde è uestibulo & porticu eductos flagello impulere. Illi alacres euoluere: statimq; ubi pylum attigerunt, Telemachus Pysistratum alloquitur: Serua quæso Nestoride quod es pollicitus. Ambo enim inter nos hospites sumus ex parentum amore, ætateq; pares. Hæc etiam uia nos magis in concordia iunxit. Ne me longe à naui ducas in urbem, sed hic relinque, ne me senex inuitum domi suæ retineat mei cupidus: nam me opus cito redire: Sic ait At Pysistrato cogitanti quomodo promissis probe maneret sic melior sentẽtia uisa. Equos ad nauẽ et littus cõuertit. In puppi autẽ munera posuit, uestem, auruq; quæ Menelaus dedit: atque illum exhortans affatur: Certatim nunc nauim ascende, iubeq; idem socios facere, priusquam ego domum eam, seniq; nuntiem. Noui enim probe qualis illius sit animus uehemens, non te profecto dimittet, sed ipse uocans ultro huc deducet: neque te puto uacuum redire pateretur, ualde namq; irasceretur: Sic dicens, equos impulit urbem Pyliensium uersus, domumq; uenit. Telemachus uero socios adhortando ait: Aptate arma socij in naui: ipsi quoq; conscendamus, ut cito iter expediamus. Illi uero dicto auscultauere, in nauimq; cõscendentes transtris consederunt. Hæc igitur dum Telemachus curabat, ac

Discedũt à se Telemachus & Pysistratus.

Telemachus socijs.

bat, ac Mineruæ in puppi sacrificabat, proxime uir q̄dā accessit, longe fugiēs ex Argo ob uiri cædē. Vates insup ex genere Mlampodis, q prius Pylon incoluit diues, tūc in alios populos patriā fugiebat ac Neleum magnanimū, q multas ei opes in totū annū ui abstulit Hic interea in ædibus Phylaci duris in uinculis tenebatur, ærūnas patiēs ob Nelei filiam, & grauis incōmodi quod ei furia misit in mentē. Verū Neleus fatū uitauit, ac boues mugientes ex Phylace Pylum adduxit At hic aliorū petijt populum & Argos, ubi fœlix ei habitatio fuit multis imperandis Argæis. Hic igitur uxorē duxit, domū superbam ædificauit, genuitq; Antiphatē & Mantium, Antiphates uero Oiclea. Is Amphiaraum, quē Iuppiter & Apollo præter modū omni studio dilexere: nec ille ad senectutem puenit. sed Thebis muliebrium donorum causa perijt. Huius itaq; filij Alcmaon & Amphilochus. Mantius uero Polyphideum & Clitum suscepit. Clitum Aurora postmodū rapiens ob formam, ut inter deos esset effecit. Polyphidea uero Apollo uatē fecit optimū postq̄ Amphiaraus excessit: qui iratus patri apud Hyperesiam habitauit. Hic responsa cunctis mortalibus dedit. Huius deniq; filius Theoclymenus noīe superuenit, ac prope Telemachū in mari constitit, quem libantē precantēq; offendit, atq; illum compellans: Amice, inquit, quando te sacrificantē in hoc loco cōueni, obsecro te p sacrificia & deum, deinde tuū ac sociorum te sequentium caput, dic mihi roganti uera neq; cela, cuias es, unde gen

Theoclymenus uates ad Telemachi nauem cōfugiēs

Antiphates.

Mantius

Oicles

Amphiaraus.

Alcmaō & Amphilochus.

Polyphideus & Clitus.

Theoclymenus.

telluris obeuntem, ac meam domum petentem libenter excepi. Is mihi retulit Vlyſſem inter Cratenſes apud Idomeneum naues aptantem tempeſtatibus fractas ſe uidiſſe, & demum ad æſtatem uel autumnum cum ſocijs multas ſecum ferentem opes uenturum. Sed tu ſenex miſerabilis, quando te mihi deus obtulit, ne meam gratiam mendacijs ſimiliter quærere, neu fingendo uana placare ſtudeas. Nõ ego te propterea uerear magis aut amabo, ſed Iouem metuens hoſpitalem te excepi, ac ſum miſeratus. Cui Vlyſſes: Tibi profecto, ait, animũ minime aptum perſuaderi incredulũq; uideo, quem uel iurando ad credendũ non inducerem aut cogerẽ: ſed deinceps formula pactumq; inter nos fuerit, teſtes dij adſint, ſi herus tuus in hanc domum ueniat me læna tunicáq; indues, ac Dulichiũ quò maxime cupio mittes. Si uero non uenerit, famulos tuos iubebis me præcipitẽ ex alto ſaxo dare, ut alius pauper in futurũ decipere caueat. Huic Eumæus reſpondens: Hoſpes, inquit, ſic mea gloria uirtusq; nunc & in poſterum apud homines ſit illuſtris, ut plures in hoc tugurio hoſpitio exceptos donis inſuper hoſpitalibus honoraui, plures, itẽ interfeci, Ioui deinde aio promptò ſupplicaui. Sed nũc cœnæ tempus, intus adſunt è ueſtigio ſocij ut dulces attingamus epulas: Sic igitur inter ſe loquebantur. Propius aũt ſubulci cum ſuibus uenientes eas de more ad dormiendũ coẽgerũt, grunnitusq; propterea immenſus porcorũ in arã ſe recipientiũ excitatus eſt. At Eumæus ad ſocios uerſus: Ducite,

Vlyſſes Subulco.

Subulcus Vlyſſi.

cite,

cite, ait, porcũ ex grege optimũ, ut hoſpiti huic procul uenienti ſacrificiũ offeramus. Deinde nos etiã recreemur, qui continuo cura cuſtodiendi gregis laboramus, alij uero laborẽ noſtrũ impune ſibi edunt: Sic dicens, ferro ligna conſcidit. *Illi confeſtim ſuẽ pinguẽ ac quinquennẽ attulere, igniq; admotũ ſupra eſcharã conſtituere.* Neq; *Eumæus deorũ eſt oblitus, cũ mente bona ſit uſus.* Idem *ſuilli capitis ante oĩa ſetas igni ut primitias urit, deosq; omneis præcatur, ut* Vlyſſes *domũ reuertatur. Suẽ deinde tenẽs querna ſchiza percuſſit, quã ueniẽs reliquit: ſus protinus extincta eſt, extinctã uero illi iugulãt ac diſtendũt. Eumæus autẽ crudã per membrorũ partes inſcidit, easq; farinã inſpergens igni admouit. Alia uero minutatim diſpartierũt, ac uerubus figentes diligenter aſſauere, oĩa poſtremo auferentes in repoſitorijs denſata poſuere. Eumæus deinde prudens aĩo in ſænas diuiſit partes.* Vnã *quidẽ* Nymphis & Mercurio *uota faciẽs dedit, cæteras uero accumbentiũ cuilibet diuiſit.* At Vlyßẽ *lumbo ſuillo honorauit: animũq; heri magnopere extulit.* Quod Vlyſſes *conſpiciẽs: Eumæe, inquit,* Ioui *ſis æque ac mihi charus, q me talẽ exiſtentẽ his bonis & moribus dignũ facis.* At *ille:* Hoſpes, *inquit, ede & gaude his qualibuſcũq;.* Deus *aũt hoc quidẽ dabit, hoc uero dimittet quod aĩo lubebit ſuo: poteſt nãq; oĩa:* Dixit, *ac primitias dijs ſacrificauit libãs, rubrũ uinũ in* Vlyſſis *qui propè ſedebat poſuit manibus, Cererem caniſtris expedijt architriclinus, quam hero abſente*

Eumæus ho ſpiti ſacrificaturus ſuẽ mactat.

Eumæ-

Eumæus ipse separatim sine hera, & Laërte sene sibi cõparauerat, de suo ex Taphijs emendo. Igitur paratis epulis illi manus admouerunt. Postq̃ uero edendi ac bibendi cõpressa libido est, Cererem quidẽ Mesaulius abstulit. Illi uero cibo potuq; saturi se cubitũ receperunt. Nox superuenit obscura ac turbida Iouis imber tota nocte descẽdit Zephyrus quoq; ingens & aquosus continuo flabat, Vlysses autẽ cum animaduerteret Eumæum eius curã maxime habentem, tentans si quo modo lænam ab se exutã ei traderet, aut aliquẽ sociorũ ad id exigendũ impelleret, ad eos cõuersus ait: Eumæe uosq; alij socij audite obsecro. Ego rogaturus aliqd nũc loquar. Vinũ enĩ inuitat blandũ, quod uel longe prudentẽ ad loquendũ, & leniter ridendum, insup saltandum impellit, & demum ad uerbũ enuntiandum quod arcanum eße præstaret deducit. Sed quando garrulus semel esse cœpi, non dissimulabo. Vtinã uigeret ætas, roburq; mihi esset firmũ sicuti quãdo sub Troia insidias parauimus. Duces erãt Vlyßes & Menelaus quibus ego ipsorũ iussu dux tertius accessi: uerũ quando ad urbem ipsam uenimus, nos quidem circa mo[…] inter densa uirgulta, calamosq; palustres & limũ[…] armis iacuimus: nox turbulẽta & glacialis boreæ[…] tus successit. Nix quoq; ueluti pruina frigida fu[…] Scutis crystallus inhærens conspiciebatur. Hic alij oẽs lænas tunicasq; habebant, ac humeros more scutorum obuoluti dormiebant. Ego uero lænam ueniens socijs reliqui, stulte quidẽ, quod frigus minime cogitarẽ: sed tantum

Vlysses an sam quærit cõmode petendi lænã

tantum scutum & nitidum habens cingulum secutus sum. Verum circà extremam noctis partem astris iam penè descendentibus, Vlyssem proxime iacentem cubito excitans alloquor: Vlysse Laërtiade iam ego inter uiuos non amplius ero, hyems me magnopere affligit: non habeo lænam, sum tantum tunicatus instigante deo, nunc uero nullum remedium: Sic ego. At ille mentem in pectore recepit eam quam æque in consulendo & bella gerendo retinuit, ac submissa respondens uoce ait: Tace nunc, ne quis Achæorum alius te audiat. Post hæc cubito innixus ad socios inquit: Audite amantissimi, diuus me somnus petens, procul ait à nauibus ualde uenimus: sed quis Atridem sciscitatum ibit? si nos, uti sint plures, ad naues iubeat accedere. Sic ait: statimq; Thoas Andræmonis filius læna purpurea ab se reiecta ad naues pperat: ego uero sub eius ueste salubriter iacui, aurora mox apparuit. Igitur ô nūc uires, roburq; mihi ualidum esset, daretq; subulcorum aliquis hic lænam, tam amore quàm reuerentia boni uiri: nunc me spernunt malas habentem uestes. Cui Eumæus: O senex, inquit, egregia tibi hæc laus quam narrasti: nihil profecto non recte & ex usu dixisti, quamobrem neq; uestem quidem desyderabis, neq; item aliud eorum quæ supplici ac misero necessaria sunt. Verum nunc crasue tantum mane tuis te lacertis amicies. Non enim hic plures lænæ aut mutatoriæ sunt tunicæ, sed singula tantū singulis: quando uero Vlyssis ueniet filius, ipse & lænā & tunicam dabit: teq; Eumæus Vlyssi.

O quocunq;

quocunq; tibi placuerit mittet. Sic dicens prosilijt: eiq; cubile iuxta ignē posuit, hœdinis ouinisq; pellibus substrauit. Hic itaq; Vlysses recubuit læna pingui ac molli supermiecta, quæ ei uires contra sæuam hyemem, si quando oriretur, præbebat: iuxtaq; eum iuniores. Nec subulco uisum ibidem cum porcis cubare, sed exiens sese armis accingebat: ex quo Vlysses magnopere gaudebat, quod eius ille rationem separatim tacens haberet. Igitur Eumæus abiens acutum humeris ensem q̄primum aptauit, deinde lænam crassam uento arcendo idoneam, deinde ex hœdinis pellibus uestem, acutum postremo iaculum contra canes ac hoīes propugnaculum. Vbi deniq; porci erant contendit, ac sub caua petra à Boreæ flatibus tutus dormiuit.

Paratur stratum Vlyssi.

Finis Libri Decimiquarti.

¶ Ausonij poetæ, in. XV. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

AD Lacedæmonias artes Tritonia Pallas.

¶ Telemachus a Minerua per somnium commonetur, domum vt rediret. Maturoq; digressus cubili a Menelao veniam reuersionis exorat, qua comiter impetrata, regreditur ad nauem in portu Pylio manentem ... stratoq; ad vrbem atque ad patriam emisso, ipse propere ... e littore, comite nauigationis assumpto Theoclymeno, vate ... giuo, vno ex ijs quos Melampus Amythaonis erudiuit. Vitatisq; insidiatoribus procis, aduehitur in patriam, & socijs quidem portum petere iussis, ipse aduerso itinere ad agrum, Eumæumq; proficiscitur.

ODYSSEÆ

Liber Decimusquintus.

Minerua Lacedæmoniam ad Vlyssis magnanimum filiū contendens, eum ad reditū hortatur: quē simul cum Nestoris filio in uestibulo domus dormientem offendit: Nestoridem quidem altum sopitum, Telemachum uero nequaquam dulcis habebat somnus per noctem, sed curæ patris excruciabant. Prope igitur astans sic eū alloquitur: Telemache, nō amplius à domo diutius errabis tuam relinquendo rē, uirosq; in ædibus tuis alienos: ne omnia tua inter se diuidentes edant, tuq; propterea frustra iter tentaueris. Verum confestim Menelaum ad te dimittendum impelle, ut matrē optimam reperias: iam enim & pater & fratres eius iubent Eurymacho nubat. Is enim cunctos procos & donis superat, & dotalibus iuuando instat, ne te uiuente ex domo patrimonium ferat. Nosti enim qualis in fœmineo pectore mens est. Illius cui nupserit uult domū iuuare ac ditare, nec priorum filiorum aut uiri defuncti, qui nullam prius habuit aliam uxorem, nō amplius meminit, aut de illo requirit. Sed ipse ueniens uni ex ancillis quæ tibi optima uideatur cuncta cōmitte, donec Dij coniugium tibi honestum tribuant. Aliud item tibi dico, tuq; conditum mente teneto. Procorum fortissimi in Sami & Ithacæ porthmo in insidijs

Minerua Telemachū in somnis hortatur ut Ithacam redeat.

consistunt, te interficere cupiētes priusquam patriam redeundo attingas: quanq̃ aliter euenturū puto: quin potius ex illis aliquem tellus ante retinebit. Sed iā tu naue longe ab insulis absiste, nocteq; simul nauiga. Nam ille Deorum, *q te custodit, ac malis eripuit, uentum post te secundum mittet.* Postq̃ *uero primū* Ithacæ *littus attigeris, nauem quidem & omneis socios in ciuitatem mitte.* Ipse *ad* Eumæum *subulcum, qui porcos curat tuiq; amantissimus est, proficiscere.* Hic *tu noctem morare.* Illum *uero in urbē ad* Penelopen *nuntium de te mitte, quod saluus sis, & ex* Pylo *incolumis redieris:* Sic *dicens, sublimis in cœlum abijt.* Telemachus *uero confestim* Nestoridē *è somno excitauit propius iacentem pede, admonens ac dicens:* Surge Pysistrate, *equos currui iunge, ut propere iter expediamus.* At *ille:* Telemache, *inquit, non est quod per noctem obscuram nos festinare oporteat, cito enim dies adueniet: interim dona feret currui opportuna* Menelaus, *ac blandis nos uerbis alloquendo remittet.* Hospes *namq; uiri hospitio excipientis, q charitatē præ se ferat, perpetuo reminisci debet:* Sic *ait: statimq; aurora apparuit, et* Menelaus *è stratis* Helenæ *surgēs illis affuit.* Hunc *ubi* Telemachus *agnouit, tunicam subito uarietate pictam induit, pharūq; ingens humeris aptauit, ac foras prodiens:* Menelaē, *inquit, iam me in patriam quæso remitte, cum domum redeundi cupido subeat.* Telemache, *inquit* Menelaus, *nō ego te longius hic morabor redire cupientem.*

Telemachus Pysistrato.

Pisistratus

Telemachus Menelao.

Menelaus.

Ægre

Ægre utrumq; feram, si me nimis hospes amabit,
Oderit aut nimis: at medium seruantia laudo.
Nam semel exceptũ ut nolentẽ impellere durum,
Sic retinere malum fuerit properare uolentem.

Oportet igitur & hospitem præsentem amare, & uolentẽ dimittere. Sed & ego dona obiter feram curruі opportuna, admodum pulchra, quæ oculis uideas. Dicamq; ancillis cœnã parent ex rerũ quæ intus adsunt copia. Nam & honestũ & utile post cœnã quantumuis telluris obire. Si uero cupis p Græciã, & Argos medium conuerti. egomet sequar, equosq; iungã, ac p urbes populosq; ducam: nec ullus uos frustra, aut indonatos dimittet, quin aliquid ferre dabit, aut tripodem æneum, aut lebetẽ, siue mulos: siue aureum calicẽ. Ad hæc Telemachus: Atride, inquit, decreui iam ad propria redire (non enĩ retro uentum prosperum ueniens in meis possessionibus reliqui) ne patrẽ inquirẽs ipse peream, siue res domi optima pereat. Vbi Menelaus hoc audijt, statim uxori & famulis cœnam in ædibus ex rerũ copia quæ intus esse parari iussit. Eteoneus Boëthis filius postmodum stratis exurgens, quod non procul ab eo cubitaret, in medio constitit: quẽ Menelaus ignẽ accendere, ac carnes assare iussit. Ipse uero in thalamum ornatũ non solus descendit, sed cũ eo simul Helena & Megapẽthes filius, ubi pretiosa erat condita suppellex. Menelaus paterã cepit. Megapenthen uero craterẽ ferre argenteum iussit. Helena arcam petijt. Hic pepli erãt uarij quos ipsa laborauerat,

Telemachus Menelao.

ex his unum deligens ferebat, q uarietate pulcherrimus & maximus erat, moreq; syderis fulgens ac ultimus aliorũ iacebat. Primi igitur p ędeis ibãt Telemachũ uersus, quẽ ita Menelaus affatur: Reditũ Telemache, uti uideo, tota optas mente, hũc utinã Iuppiter secundet, munera nunc tibi ex meo thesauro, quę domi sunt, dabo. Paterã argenteã totã arte laboratã, cui latera ex auro redimita, Vulcani opus, quod rex Sidoniorum mihi dedit apud eũ diuertenti. His dictis pateram in manibus ei tradidit, Megapenthes uero craterẽ argenteũ ferens, ante ipsum posuit. Helena quoq; astans cũ peplo in manu, sic eũ cõpellando alloquitur:

Menelai donum.

Accipe & hęc manuum fili monumenta mearum,
Quę tribuas nuptę uenienti munera primum
Ipse tuę: interea mater tibi condita seruet.
Nunc uero in patriam iucundam lętus abibis.

Sic dicens peplũ ei in manibus posuit. Ille gaudens accepit. Quę oĩa Pysistratus capiens ex aĩo mirans aspexit, in perãq; condidit. Hos deinde Menelaus domum reduxit. Vbi postmodũ in thoris accubuere, minister gutturniũ cum aureo opistodocho supra lebetem argenteũ lauandi gratia protulit, iuxta mensam politam, cererẽ pudica proma cibośq; multos ex copia pręsentium gratificãs apposuit. Eteoneus carnes diuidebat in partes distribuẽs. Megapenthes uero uinũ fundebat: paratis deinde epulis manus iniecere. Edendi demum atq; bibẽdi sedata cupiditate. Telemachus ac Pysistratus equos currui iunxere, ẽ uestibuloq; domus ac

porticu

porticu impulere. Post hos uenit Menelaus, manu dextra uini pateră tenens ut libantes irent, astans ante currum sic placidus ait: Saluete iuuenes, Nestori hæc dicite, quẽadmodũ ipse mihi pater æquus, donec apud Troiā Achæi bellum gessimus, fuit. Cui Telemachus Profecto, inquit, quæcũq; mandas, illi redeũtes referemus. Sed & ipse si Ithacā rediero, narrabo quẽadmodum abs te exceptus oī humanitate, ac donis plurimis insup donatus discesserim. Sic itaq; dicẽti auis dextra aquila aduolauit, albũ & ingẽtẽ & ex corte domestica raptũ unguibus ferẽs anserẽ: uiri autẽ ac fœminæ clamantes insequebãtur. Ille uero dexter prope ipsos ueniẽs, irruit ante equos. Videntibus itaq; cunctis aĩus exhilaratus, inter quos Pysistratus sic ait: Cogita Menelaẽ optime si nobis an tibi hoc portentum apparuerit: Sic ait. At Menelaus mente uersabat quonam modo recte ex sententia respõderet, cũ Helena præueniẽs sic ait: Audite obsecro, ego nãq; ut Dij meũ admonent aĩm, & ut futurũ existimo uaticinabor. Sicut hæc aquila anserẽ domi nutritũ ex monte ueniens ubi eius est genus ac parens: sic Vlysses multa patiẽs mala, multaq; oberrans domũ tandẽ redibit, ac procos puniet, sed & iã exitium mente illis oĩbus destinauit. Telemachus uero: Sic nunc Iuppiter, inquit, Iunonis coniux faciat, cuius rei gratia libenter illic ipsi Deo uota nuncupauerim: Dixit, ac equos flagello uerberauit. Illi p urbem ilicet in campum ruentes, ac die toto sub iugo perseuerantes laborauere. Sole deinde occidente,

Augurium aquilæ aduolantis.

Helena interpretatur augurium.

Telemachus proficiscitur.

bat, ac Mineruæ in puppi sacrificabat, proxime uir quidā accessit, longe fugiēs ex Argo ob uiri cædē. Vates insup ex genere Mlampodis, q prius Pylon incoluit diues, tūc in alios populos patriā fugiebat ac Neleum magnanimū, q multas ei opes in totū annū ui abstulit Hic interea in ædibus Phylaci duris in uinculis tenebatur, ærūnas patiēs ob Nelei filiam, & grauis incōmodi quod ei furia misit in mentē. Verū Neleus fatū uitauit, ac boues mugientes ex Phylace Pylum adduxit At hic aliorū petijt populum & Argos, ubi fœlix ei habitatio fuit multis imperandis Argæis. Hic igitur uxorē duxit, domū superbam ædificauit, genuitq; Antiphatē & Mantium, Antiphates uero Oiclea. Is Amphiaraum, quē Iuppiter & Apollo præter modū omni studio dilexere: nec ille ad senectutem puenit. sed Thebis muliebrium donorum causa perijt. Huius itaq; filij Alcmaon & Amphilochus. Mantius uero Polyphideum & Clitum suscepit. Clitum Aurora postmodū rapiens ob formam, ut inter deos esset effecit. Polyphidea uero Apollo uatē fecit optimū postq̄ Amphiaraus excessit: qui iratus patri apud Hyperesiam habitauit. Hic responsa cunctis mortalibus dedit. Huius deniq; filius Theoclymenus noīe superuenit, ac prope Telemachū in mari constitit, quem libantē precanteq; offendit, atq; illum compellans: Amice, inquit, quando te sacrificantē in hoc loco cōueni, obsecro te p sacrificia & deum, deinde tuū ac sociorum te sequentium caput, dic mihi roganti uera neq; cela, cuias es, unde gen

Theoclymenus uates ad Telemachi nauem cōfugiēs

Antiphates.
Mantius
Oicles
Amphiaraus.
Alcmaō & Amphilochus.
Polyphideus & Clitus.
Theoclymenus.

tium, ubi tibi patria aut parentes? Huic Telemachus: Vera, inquit, profecto referam: Ex Ithaca genus mihi pater Vlysses, si quando erat, nunc exitio duro interijt cuius rei gratia socios assumēs ac nauē ueni de patre diu absente uestigatū. Ad quē rursum Theoclymenus: Et ego, inquit, hominē ciuē meum interfeci: multi enī fratres & coætanei ciues apud argos, nam ualde Achæi possunt, quos ego fatum mortemq́; uitando fugio quando mihi sors p homines errare. Oro igitur supplicem me tua in naui excipe ne interficiant: eos nāq; me insequi existimo. Non te, inquit Telemachus, inuitum profecto a naui repellam: me sequere, ac his qualia habemus hic cōtentus eris. Sic dicēs ferream prendit hastam & apud nauis malum extendens conscendit, ac in puppi sedens iuxta se Theoclymenū locauit. Oram deinde socij soluerunt, ac iubente Telemacho arma expedierunt: malum in curuo nauis mediæ loco erexere, rudentibus deinde alligauere, uela deniq; alba bubulis loris traxere, quibus Minerua prosperum retro uentum leniter p aëra flantem spirauit, ut nauis celeriter ponti uias perageret. Interea sol occidit, uiæq; tenebris obductæ. Inde Pheras uento Iouis impulsa præterijt: deinde Elidē ubi Epei dominantur. Postmodum ueloces appellatas insulas pertransijt, periculosas admodū, urgens atq; concitans si quo modo fatum effugiat. Dū hæc apud Telemachū aguntur Vlysses simul & Eumæus in tabernaculo cœnabāt, penes quos etiam alij uiri discumbentes. Postq̄ uero potus cibiq́; libido

Theoclymenus orat opem.

Telemachus suscipit in nauem.

Poëta redit ad Vlyssem

libido abscessit, Vlysses Eumæum tentare cupiens si forte illum diligat, ac remanere iubeat ibidē: an in urbē ire cogat, sic ait: Eumæe uosq; alij socij aduertite: cū primum illuxerit ego in urbē cupio cōtendere, mendicaturus quidē, ne tibi ac socijs hic sim molestus: sed rogo me instrue, mihiq; ducē præbe bonū, q me in urbē deducat: Ego uero met deinde necessaria p ciuitatem quæritando curabo. si quis cotylen aut quadram porrigat: quin domū usq; Vlyssis petam, ut Penelope de ipso nuntiū afferam: inter procosq; uersabor, si forte tot ciborum milibus abundantes mihi cœnam præbeant. Ego enim inter eos quæcunq; uoluerint bene tractabo tibiq; affirmo, quod credere potes, ut opa quidē Mercurij, qui oībus mortaliū factis gratiam præbet, nullus hominū mecū agendo certabit: si opus aut ignē accendere, ligna scindere, cibos siue distribuere siue coquere aut etiam uina fundere, ac demum quæcunq; apud honestos & magnos uiros agunt inferiores. Hunc Eumæus increpans excepit. Heu hospes cur tibi hæc insedit mēti sentētia? profecto cupis illic oīno perire, si uis in procorum societate uersari, quorum fastidia cō tumeliæ & iniuriæ cœlum ferreum penetrarent. Nō enim tales illorū sunt ministri atq; tu, uerum iuuenes lænas tunicasq; pulchre induti, crinibus densis compti ore formosi, præterea mensæ cibis ornatæ, carnibus ac uino refertæ. Hic uero nullus, non ego, non sociorum aliquis qui mecū sunt, ob te præsentem grauamur Sed cum primum Vlyssis filius uenerit, lænam & tunicam

nicā præbebit: deducetq; quò tu oīno exoptas. Ad hæc Vlysses: Sic Eumæe, inquit, Ioui atq; mihi sis charus, q me graui errore ac miseria leuasti. Nihil enim peius erratione. Sed & uētris esuriētis gratia malas uiri curas habēt, si quis forte dolore aut incommodo cogitur.

Vlysses quærit de matre et patre Laërte

Nunc uero quando me retinuisti, ac manere iussisti, quæso qđ de matre Vlyssis, qđ de patre quē iam senem discedēs reliquit. si uiuunt ac auras aspiciunt, an interierunt, apudq; inferos sunt? Vera, inquit Eumæus tibi referam hospes: Laërtes quidē uiuit, Iouemq; obsecrat animā domi membris exolui: maxime uero mors charissimæ uxoris ei reddidit senectutē, quæ ob dolorē amissi filij Vlyssis flebili exitio interijt. Heu ne pereat quicunq; mihi charus est in hac regione ac grata facit. Hæc enim dum uixit, q̄uis mœstissima, mihi cordi erat de filio Vlysse interrogare, quoniā me simul cum Ctimene nutrijt, quā natorum ultimā susceperat, pauloq; minus illa honorauit. Postq̄ uero ad pubertatem ambo peruenimus, hanc cū Same insula dederūt, miliaq; cōtulerunt. Me uero læna & tunica pulchrisq; uestibus, itē calceis donans atq; ornans, agro præfecit, ac præter cæteros amauit. Nunc autē horū indigeo: ac negotiū mihi auxerūt dij cui insisto, quod ex his quæ mihi ad usum uictus erant, uerecundis & egētibus tribui. Ex hera uero nihil dulce audire est, neq; factum, neq; uerbū: quod malū domi uideat, uiros proteruos: famulæ quoq; heræ aduersa ac parū placitura dicere aut singula pcunctari student. Præterea edere & bibere

bere,deinde rus ire,& alia quæcunq; ipsarū animum oblectent magnopere cupiūt. Cui Vlysses: Heu,inqt, *q̄ puerulus existens* Eumæe, *ualde à patria procul ac parētibus errasti:sed hoc mihi uere dic.si ciuitas quā tui parētes incoluerūt euersa fuerit,an te potius iniq hoīes ab ouibus & bubus solū abductū,in nauibus tulere ad huius uiri domū,illeq; te emerit?* Ad hæc Eumæus: Quoniam,ait,*me rogas hospes ac pcunctaris, quiete nūc audi,sede,gaude,bibe:noctes enim immēsæ sunt,licet & dormire, licet & audire lætantes : non enī te opus priusq̄ hora ueniat dormire.* Multus nāq; *somnus tristitiam adducit.* Aliorū *uero siquis uoluerit hinc exiens cubitū eat:cras cū primū illuxerit edēdo, simul suos sequatur.* Nos uero *in tabernaculo nunc edentes & bibentes colletemur, tristia memorando.* Nam *in luctibus recensendis uir quoq; lætari solet, q multa sit passus,ac multū telluris obiuerit.* Igitur quod *me interrogas dicam.* Insula *quædam* Syria *nomine.si forte tuas puenit ad aures, sub* Ortygia *ubi sunt solis cōuersiones,non tam magna q̄ bona quidē bubus ouibusq; nutriēdis,uini ac frumēti ferax:hic fames nunq̄ aut alius morbus ingreditur:sed quando mortales consenuerunt,* Apollo *simul cū* Diana *ciuitates peragrās suas,eos sagittis interfecit.* Hic *duæ sunt urbes, oiaq; inter ipsas bifariam diuisa,ambas uero pater meus diuus* Ctesius Ormenides *rexit.* Huc *insuper* Phœnices *hoīes nauibus inclyti,& astuti, mille ducētes in naui ludos uenerunt.* Patri *uxor fuit* Phœnissa *genere:forma*

Vlysses quærit ex Eumæo cōditionē generis eius.

ma quidem & proceritate corporis, operum quoq; nobilium eruditione præstās. Hanc Phœnices uafri deceperunt, forte ex illis unus lauantē nactus iuxta nauem cōpressit, quæ res molliores fœminas quanq̄ operosas animo euertunt. Is deinde quænam sit aut unde ueniat interrogat. Illa statim parentē prodijt: Sum, inquit, ex Sidone Aribantis filia, uiri admodū locupletis Verū me prædones Taphij ex agro uenientē rapuere, ac in domū uiri huius q̄ me emit abduxere. Ille uero: Eia, inquit, sequere nos, ut rursus domū parentesq; uideas tuos: iam nobis patet quēadmodum uiuunt, & diuites uocantur. Mulier uero: Esto, inquit, hoc si iurare uelitis, uos me ab oī incōmodo immunē, domū reducturos: Sic ait: Illi uti iussum iurauere: His gestis, mulier tacite inquit res agatur, ne quis uestrorum sociorum cū in urbe fuerimus, nec apud uiam, neu apud fontem obuius mihi quicq̄ dicat, ne forte aliquis seni ueniens domū renuntiet, unde ille me arcta uinciat in custodia, uobisq; perniciē pariat: itaq; mente retinete uerbum, & quæ opus naui uiatica celeriter comparate. Vbi uero hæc rebus necessarijs onerata fuerit, statim nuntius domum mihi ueniat, ego enim & aurum quodcunq; ad manus uenerit afferam, & scalam nauticam præbebo. Filium quoq; ex optimo susceptum nutrio domi frugi atq; callidulum, tum foras libenter excurrentem, quē mecum ducam ut quocunq; in alienas gentes irruat, nobis pretiorum multum reperiat: Sic dicēs in ædeis pulchras ingreditur. Illi uero annum to

tum

tum ibidem apud nos manentes, uiaticum naui opportunum parauerunt: quibus conquisitis, cum tempus esset discedendi, uix reperiunt qui mulieri nuntiet. Vir autem sagax ad domum patris mei accessit, monile habens aureum, electris uariatum atq; ornatum, quod mater mea & famulæ conspicientes subito manibus attrectauere, pretiumq; obtulere. Ille uero tacite oculis innuit, uti ueniret ad nauem. Hæc autē me manu trahens extra secū duxit, in uestibulo quoq; egrediēs, pateram mensasq; conuiuarum offendit, qui patrē meum circumsistebant, & ad contionē populiq; famam properauerant. Hic ille tria surripiens pocula, & in sinu clam abscondēs discessit. Ego uero per imprudentiam sum secutus. Interea sol occidit, umbræq; uias occupāt. Nos uelociter euntes in celebrem peruenimus portum, ubi Phœnicum nauis erat: quam ubi soluimus atq; conscendimus, per humidas ponti uias ferebamur. Ventū Iuppiter immisit secundum. Sex itaq; diebus atq; noctibus cōtinuo nauigauimus. Septima uero ueniēte die Diana mulierem iaculo feriit: quæ icta statim ut anser marinus in nauis sentinam cōcidit, ac subito in mare phocis ac piscibus cibus eiecta est: ego autē mœstus animo sum relictus. Illos deinde uentus & unda Ithacæ proximos reddidit. Hic me Laërtes de suo emit: sic tandem ego tellurem oculis conspexi. Vbi finem loquendi fecit, Vlysses Eumæe, inquit, animum in pectore mihi, nempe hæc narrando, quæ passus es mala, concitasti. Verum malis his bonum Iuppiter addidit, quod post

Vlysses Eumæo

post multos errores huc itē uenio. Sic igitur inter eos collocuti non diu. sed paulū quieuere, statimq; aurora apparuit. Interea Telemachi socij ad littus Ithacense appulsi rudētes soluerunt, malū posuere, nauē in portū remis deduxere, cubilia substrauere, oram alligauere. Ipsi tandē ad littus descendētes cœnam parauere, uinum nigrū fuderūt: mox ubi exaturati fuere, Telemachus inter eos loquitur: Vos nūc nauē ducite in urbem ego uero in agrū ad bubulcos contendam, uesperi uidendo mea opera in ciuitatē descendā: cū uero illuxerit, uobis hodœporium præstabo, epulū optimū carnibus et uino dulci. Cui Theoclymenus: Quò, inquit, ibo chare fili, ædesne alienas principū Ithacensium, aut tuā matrisue tuæ domū? Ego te quidē, Telemachus ait nostram domū prorsus ire iussissem: non enim hic aliquid ex his quæ ad hospitiū ptinent oīno desyderasses sed longe tibi peius incommodū esset, quod ipse absim: neq; item mater tibi uidebitur, quod non sæpe procis appareat, sed in superiore domus parte telam texit. Verū ego alium tibi uirū quē adeas monstrabo, Eurymachū Polybi filiū, uirum clarissimū apud Ithacenses: qui matrē meam iungi sibi connubio, ac Vlyssis loco & honori succedere magnopere cupit. Sed hæc Iupiter nouit. si ante nuptias supremum uiderit diē. Sic igitur dicenti dextra circus de genere aquilarum, uelox nuntius aduolauit, pedibus columbam discerpens, alasq; ad terram fundens, interq; nauem & Telemachum media. Hunc Theoclymenus separatim à socijs protinus

Telamachus Ithacam redit.

Aquilæ augurium.

Theoclymenus uates

protinus uocans: Telemache, inquit, non absq; numine tibi nunc auis dextra uenit. Noui autem ipsam probe sciens auguriũ, uestro nempe genere nullum est in populo Ithacensi magis regiũ, sed uos potẽtiores perpetuo. Telemachus: Vtinam hoc hospes, ait, eueniat: noueris tu propterea & amorẽ & multa ex me dona, ut oĩs te forte conspiciens, beatum dixerit. Post hæc Piræum fidißimum sociũ cõpellans: Piræe, inquit, Clytide, tu quidẽ oĩm q me Pylum sunt secuti promptissimus mihi paruisti. Nunc quoq; hospitẽ hunc in domũ duc tuam, ac diligenter cura donec ueniam. Ego, inqt ille: uel si longo tempore moraberis ducam, nec quicq̃ ad hospitem ptinens prætermittam: Sic dicens nauim ascendit: socios itẽ deinde oram soluere iussit. Illi statim ingressi, transtris consederunt. Telemachus pulchros pedibus calceos aptauit, hastãq; ualidam & ferro acutam ex media naui sumpsit. Illi uti iussi fuere in urbẽ adnauigauerũt: at Telemachus ꝓpere ingrediẽs in stabulum uenit ubi erant sues multæ, quas subulcus bonus, ubi herũ quẽ amabat conspexit, inclamauit. *Telemachus ad Eumæum diuertit*

Finis Libri. XV.

¶ Ausonij poetæ, in. XVI. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

Commune Eumæus mapale & Diuus Vlysses.

¶ Telemachus Eumæum nuntium reditus mittit ad matrem, ipse Minerua ita uolente patrẽ cognoscit, & cum eo deinceps agenda disponit. Penelope autem cognito reditu filij, in conuentũ procorum, qua uerecundia finebat egreditur: increpatisq; insidiatoribus filij, non minus irata q̃ mœsta discedit.

VLysses interea ac Eumæus, cum primum illuxit, ignem accendentes prandium parauere, pastoresque cum procis emiserunt. Canes autem Telemacho blandiebantur, neq; propinquanti allatrauere. Vlysses uero ubi canes adulātes sonitusq; pedum audijt, uersus ad Eumæum ait: nempe aliquis tibi socius aut notus uenit, quod sonitum audiam pedum canesq; minime latrantes. Vix hæc dixerat, cum filius eius in uestibulo apparuit. At Eumæus stupefactus, nam uasa qbus uinum fundebat, protinus è manibus cecidere, statim hero occurrit suo: eumq; ac caput & ambos oculos, manus insup ambas exosculatus est, ac uberes effudit lachrymas. Sicut enim pater filiū solū in senectute procreatum, cuius gratia nulta sit paßus incōmoda, ex Apia terra post annū decimum uenientem cōplectitur: sic tunc Eumæus Telemachum innitendo, ueluti ex morte reducē, est amplexus, ac ingemens ait: Venisti ad dulcē Telemache lucem: nō ego te profecto amplius uidere putabam, postq̄ Pylum adnauigasti. Sed iam ingredere chare fili, ut te aspiciendo gaudeam aīo, huc peregre uenientē. Nō enim frequēter in agrū neq; ad pastores uenis, sed libenter peregrinans ut pestilentē procorū turbam euites. At Telemachus, erit ita, inqt. Nūc tui causa uenio, ut & uidear

multa

Eumæus gratulatur Telemacho reditum

deam et audiam si mea adhuc mater domi uiuit, an alij nupsit uiro. Vlyssis enim cubile malis plenū araneis ob nō inhabitātes iacet. Illa namq;, ait Eumæus, firmo in tuis ædibus manet aīo, quanq̄ dies atq; noctes lachrymās ærūnis corrūpitur. His dictis ferreā corripit hastam Telemachus, ac in tabernaculū ingreditur. Venientē pater Vlysses è loco surgēs utrinq; manibus retinuit, atq; ait: Sede hospes, nos alibi aliā inueniemus in nostra statione sellam. Iuxtáq; uir est q nos cōstituet: Sic ait, ac rursus cōsedit. Telemacho aūt Eumæus uirgulta frondētia simulq; pelles substrauit, ambobus uerò carniū aßatarū repositoria, quæ priori cœna supfuere præbuit, Cererē certatim canistris expedit, ac dulce merum in calice fudit. Ipse demum contra Vlyßem accubuit: paratis itaq; epulis manus adiecere. Vbi autē expleti sunt cibis & potione, Telemachus Eumæo sic ait: Dic sodes unde tibi hospes hic uenit, quomodo nautæ Ithacam eum duxere, cuiates se dicunt esse? nō eni pedibus huc uenisse puto. Cui Eumæus: Tibi fili uera referā: Ex Cretensiū genere se esse affirmat, multasq; hominū urbes errabundum adijsse, ut illi Deus fato statuit. Nunc uero è Thesprotorum hominum naui fugiens, ad meam huc stationem acceßit. Tibi autem polliceor, fac quomodo uis, supplicē tibi omnino hunc habebis. Hoc me uerbo, Telemachus inquit, profectò afflixisti: quonam modo hospitē domi recipiam? Ipse iuuenis sum nec dum manibus fido contra uirum me defendere, si quis prior inuaserit. Matri autem meæ du-

Telemachus de hospite quærit

plex in animo sententia uoluitur: uel ibi apud me maneat & domũ curet: lectũ uiri famamq; populi uerẽs: uel iam sequatur quẽ uiderit Achæorum optimũ, eius matrimoniũ cupientẽ, ac plura tribuentẽ: Sed hospitẽ hunc, quando tuam petijt domum, læna & tunica pulchrisq; uestibus induam: ensemq; ancipitẽ, ac pedibus calceos donabo: mittamq; quocunq; ipse uoluerit. Si tamen tu uis, hic eum cura in cõtubernio retinens, ego uestem ei cibumq; omnẽ ne tibi socijsq; sit molestus mittam. Illuc enim ad procos ego nunq̃ uenire sinẽrẽ, ne (quod proterui fastosiq; sunt) eum probris contumelijsq; incesserent, mihi propterea grauis accedat dolor. Resistere autẽ contra plures uni quamuis optimo durissimum, quod illi sint potẽtiores. Hunc alloquens Vlysses: Amice, inquit, quando & mihi quoq; simul colloqui & respondere fas est, meum profecto animũ pupugit audiendi hæc quæ de procis dicis, quod domi insolenter agant te inuito tali existente. Dic quæso, uolens ne uinceris, an te populus sequens dei sortem insectatur, an forte fratribus iratus es tuis, quibus pugnantibus uir confidere solet, si qua magna oriatur contẽtio? Vtinam ego iuuenis essem uiribus, sicuti Vlyssis filius, uel ipse ex peregrinatione rediens, nam spes adhuc est aliqua statim meũ caput uir abscinderet alienus, nisi ego ueniẽs ad Vlyssis domum, exitio cunctis essem. Si tamẽ solũ existentẽ me uinceret multitudo, malim in meis cæsus ædibus mori, q̃ hæc dedecora ac facta indigna conspicere, hospites agitando ac uer

[margin, handwritten: ἀμφίγυον? / anripiti]
[margin: Hospes Telemacho]

ac uerberando, famulas turpiter pædes regias uiolando, insup uinum exhauriendo, et frumentum omne absumendo. Ego tibi hospes, inquit Telemachus, uera dicam, nec mihi populus infestus, neq; de fratribus queror. Sic enim Iuppiter nostrũ genus ad unitatẽ reduxit. Laërtem solũ Arcisius genuit. Is uero solũ Vlyssẽ q me item solum suscipiẽs reliquit: nec ex me solatio sumpto, educationis laborẽ pensauit. In cuius itẽ domo mille peruersi sunt hoies. Quot enim optimates in insulis, Dulichio, Same, Zacyntho, seu apud Ithacam dominantur, tot uiri meam matrimonio petunt matrẽ, donum quoq; uexant ac uastant. Illa nuptias quanquã infensus non recusat, nec tamẽ finẽ rei facit. Illi obiter meam edendo edunt domũ, ex quo me cum illa celeriter perdent. Sed hæc profecto in deorũ uotis ac uoluntate consistunt. Tu uero Eumæe ad Penelopen accede, referq; illi queãdmodum saluus ex urbe Pylo redij: nuntiabis autẽ soli, ne quis Achæorum audiat: multi namq; mihi mala machinantur. Eumæus: Noui hæc ad matrẽ et probe, inquit: intelligenti mandas. Sed dic mihi, uiáne eadẽ nuntius Laërti infœlici uadam? q donec Vlysses abfuit, maxime anxius opus domi unà cum famulis facit alioquin bibit editq; quando cupit. Nunc uero ex quo tu cũ naui Pylum abijsti, nõ amplius illum edisse aut bibisse, neq; itẽ rem familiarẽ curasse dicunt: sed anxietate ac luctu mœstus sedet, corpusq; ad ossa usq; tabefacit Ad hæc Telemachus: Dolendum sane ait: attamẽ illum mittamus, cum sit hominibus cuncta quo

Telemachus Vlyssi hospiti ignoto.

Laërtes pater Arcisius

Telemachus Eumæũ mittit ad matrẽ et Laertem

rum aliquis es: sis æquus nobis, parceq; ut grata tibi sacra, donáue auri uariata feramus. Huic Vlysses: Nullus sum, inquit, deus: quid me immortalibus comparas? sed pater tuus, cuius gratia tu labores paras multos, uim hominum sustinens: Sic dicens, filium est osculatus, lachrymas tunc in terram fundēs, quas antea retinebat. Telemachus uero patrem esse sibi minime persuadens: Non es, ait, profecto Vlysses meus, sed potius me deus deludit, ut magis in lugēdo sim anxius nullatenus enim uir mortalis hæc proprio strueret ingenio, nisi deus aliquis ipsum facile iuuenem simul & senem reddat. Nempe tu nuper senex eras, ac lacera turpiq; ueste amictus: nunc dijs similis uideris. Telemache, inquit Vlysses, nō te admirari oportet, neq; enim ueniet huc Vlysses: sed ego ille qui multa passus, post annum decimum in patriam uenio. Hoc opus tantum Mineruæ, quæ me talem fecit qualem sibi placuit: potest namq; quandoq; pauperi, quandoq; itē iuueni ornatus uestibus amicto similē reddere. Facile namq; dijs hominem extollere, ac rursus eundem deijcere. His dictis sedit. Telemachus uero circa patrem effusus ingemebat uberibus lachrymis, utriq; dulcis exorta cupiditas luctus. Flebant enim querulis modis, uehementius q̄ fulicæ, siue ægyptiæ aues incuruis unguibus, quibus agricolæ filios è nido abstulere ut aduolatui educarēt. Et profecto sic lugentes quærentésue sol occidens uidisset, nisi Telemachus patrem compellando dixisset: Qua mi pater te rate nautæ duxerūt, cuiates

Telemachus patri.

Vlysses filio.

Telemachus.

ſe eſſe dicunt,non te huc pedibus ueniſſe arbitror. Vera,inquit Vlyſſes,tibi nate loquar. Phæacenſes nauclerí me huc deduxere:qui & alijs quoq; itineri deducendis,ſi quando ad eos puenıunt,ſunt auxilio, ac me dormientem in naui apud Ithacam poſuere: dona inſuper pulcherrima æris auriq; ſatis dederunt, ueſtem quoq; laboratam, quæ oĩa clam in ſpeluncis deorum uoluntate condiderunt. Nunc uero huc acceſsi ex Mineruæ præceptis,ut de peruerſorũ hominum cæde conſilium ineamus. Sed agedum,mihi procos recenſe, ut uideam quot & qui uiri ſunt:nam ego animo uerſor ſi nos ambo tantum ſine alijs occurrere poſsimus, an neceſſe ſit alios quærere. Cui Telemachus:O pater,inqt, profecto tuam ſemper magnam audiui famam,quemadmodũ & manibus es fortis & conſilio prudens : uerũ nunc rẽ magnam ſtupendamq; dixiſti: Nam uiros duos contra tot fortes pugnare difficile. Procorum enim non una tantũ decas neq; duæ ſed plures,cito enim hic numerũ uidebis. Ex Dulichio iuuenes quinquaginta duo delecti,ſex ſtrenuos ſequuntur duces. E Same triginta quatuor itẽ iuuenes. Ex Zacyntho uiginti Achæi. Ex ipſa Ithaca duodecim,et oẽs quidẽ fortes : cũ qbus eſt Medon præco,et diuinus poëta, duoq; miniſtri cibi diuidendi & ordinandi ſciẽtes,cum quibus oĩbus ſi in pugna cõgrediamur,uim eorum nullo pacto ſuſtinebis:ſed potius tecũ cogita,ſi quẽ poteris fortẽ adhibere,qui nobis prompto animo ſit auxilio. Tecum reputabis,inqt Vlyſſes.ſi nobis Minerua cũ Ioue adſit,adiutoremne

Telemachus recenſet patri numerum procorũ

iutorémne alium quæram? Boni *profectò, inquit* Te*lemachus, hi sunt adiutores, qui in altis habitantes cœli nubibus, hoībus* Dijsq; *præsident.* Non enim, *inquit* Vlysses, *longo illi tempore pugnæ aberunt, postq̄ inter nos ac procos in ædibus nostris cōmissa fuerit furore* Martis. *Sed tu cum primū illuxerit domum propera, ac procos alloquere: me uero postea* Eumæus *ad urbem misero ac seni similē ducet.* Si enī *me domi despicient, tu aīm in pectore cōtine, ac tolerato, etiamsi me pedibus foras extraxerint, sagittisq; petierint: tu tantū aspiciēs dissimula, & bonis uerbis adhortare ut à stultitia desistant, q minime tamen abs te persuadebuntur, cum fatalis illis dies adsit.* Aliud *item dicam, tuq; mente conditū teneto: cum* Minerua *in aīm mihi induxerit, annuā tibi capite.* Tu *uero intelligens, quæcunq; domi arma iacent, in penetralibus altioris thalami suspendes ac collocabis: quando uero illi huius rationem desiderabunt, dulcibus dic uerbis.* Ex *situ rubiginéq; arma adserui locū mutando, quod non huiuscemodi essent splendoris atq; erant discedente ad* Troiā Vlysse, *sed tantū adusta quantum ignis uapore attinguntur.* Præterea *hoc mihi* Iuppiter *menti subijcit, ut nullatenus uinolenti inter uos pugnā ac uulnera cōmisceatis, mensam epulasq; ac sodalitatē ueremini.* Paratum *namq; ferrū hoīem trahit atq; inuitat:* Tu *tantum nobis solis duos enses & totidē hastas, totidemq; ex bubulis pellibus scuta relinque: quæ inuadentes in manibus prompta sumamus.* Illos *deinde* Minerua &

Vlysses Telemachū instruit quid factū oporteat ubi ad procos uenerint.

Iuppiter attonitos & imbellees reddet. Aliud itē tibi dico, tuq; mente conditum teneto. si uere filius ex meo sanguine es: nullus intus audiat Vlyßē esse, neq; ipse Laërtes, neq; Eumæus subulcus, neq; familiarium ullus: non deniq; Penelope ipsa. Tu namq; & ego fœminarum probe nouimus impetum: famulorum etiā ingenium experimur. Quisquis profecto me honorat, & animo quoq; ueretur: at q non curat, te quoq; despicit talem existentem. O pater, inquit Telemachus, meum profecto animum nosti: nō enī me chaliphrosynæ habent, sed neq; hoc usui futurum existimo. Te autē cogitare hortor, cuiuslibet namq; opera quando ueneris experieris, eorum q in ædibus opes lacerant nostras, nec parcunt. Famulas item quæ te contemnūt, quæue immites existūt te uincire adhortor. Famulos uero ego nolim nos tentare, sed post hæc curare, si uere nosti Iouis prodigium: Sic igitur inter eos loquebantur. Interim nauis quæ Telemachum ex Pylo cū socijs tulit, Ithacam deducta est: qui ad portum appulsi, ratem in terram traxere, armaq; ministri seduli abstulere, ac è sentina dona pulchra extulerunt. Præconem in primis domum præmisere nuntiatū Penelopæ, quemadmodum Telemachus ex agro nauem iussit in urbē deduci: ne suspicans ei malū, teneras ex ore lachrymas funderet: sed & forte præco & Eumæus eiusdē nuntij gratia apud Penelopē conuenere. Præco in primis in medio famulorū ait: Regina, tuus charus redijt filius. At Eumæus propius astās, Penelopæ retulit quæcūq;

Nuntiatur Telemachū redijsse.

Telema

Telemachus ei iußerat. Vbi mandatũ exposuit, ad portas abijt, ædes ac mœnia relinquẽs. Interea proci mœstitia affecti & aīo mœrentes, statim ex ædibus iuxta aulæ murũ exeuntes, ibidẽ cõtra fores cõsederunt. Ad quos Eurymachus Polybi filius loqui cœpit: O socij quã magnum opus & arduũ Telemacho iter est absolutũ, quod minime putabamus: sed agedũ nauẽ quæ sit optima expediamus, remigesq; cogamus ut uelociter nuntient, domum redeant. Vix ea fatus erat, quãdo Amphinomus è loco surgens nauẽ intra portum uidit: sociosq; q ab insidijs Telemachi redibant uela cõtrahentes, & remos in manibus habẽtes. Ex quo lepide subridens inter procos ait: Nullum iam nuntium festinemus mittere, iam socij nauẽ intra portum traxere, arma ministri ab eis abstulere: ipsi uero tantũ nullo alio neq; iuuenum neq; senum comitante, in concionem simul conuenerunt. Inter quos Antinous sic ait: Heu quomodo Telemachum Dij ex nostris eripuere insidijs Nos diebus in summis montibus explorando consistebamus usque ad solis occasum: noctibus uero nunquã in terra dormiuimus, sed in ponto nauigando diẽ expectauimus, si quo modo Telemachum per insidias de medio tolleremus: at hunc domum Deus incolumem reduxit. Reliquum est, ut hic illi necem cogitemus aliqua uia, ne nos subterfugiat. Ipso namque saluo, nõ est quod in his quæ cœpimus factis perseueremus. Ipse namq; animo prudens nostrum consilium nouit: populi quoque non adhuc contra omnino feruntur: Sed ma

Redeũt ab insidijs pci

Amphinomus.

Antinous competitoribus.

Sed maturate priusquam ille Achæos in concionem uocet, nō equidē illum rem neglecturum existimo, quin potius reminiscetur: surgensq; oībus referet, quemadmodum ei exitium parauerimus, nec tamen assecuti: illi uero hæc audientes mala minime tolerabūt, ac impetum propterea in nos faciant, & ex nostris nos pellant sedibus, nosq; alienos profugi petamus populos. Quamobrē præueniamus uel in agro extra ciuitatem uel in ipsa uia perimere, eius deinde possessiones atq; substantiam inter nos diuidamus. Matri uero ipsius portionē propriam is dabit, q eam cōiugio sibi iunget. Si autē hæc uobis sententia displiceat, uelitisq; potius eum uiuere, ac propterea sibi habere oīa, ne opes illi quæ animū satis augent hic congregati edamus: sed quilibet ab incepto desistat, & aliam quam Penelopen extrà has ædeis sibi quærat uxorē: hæc uere illi nubat, q plura maioraq; tribuerit: Sic ait. Amphinomus uero cæteris tacentibus surrexit: Is enī procos ex Dulichio primū duxit, & unus oīm Penelopæ acceptus erat, quod uerbis placabilibus menteq; uteretur bona: O socij, inquit, nequaq̄ ego Telemachū interficere uelim: graue nanq; progeniē extinguere regiā. Verum consilia potius deorum sciscitemur: si magni Iouis ius fasq; hoc permiserit, egomet illum interimam, aliosq; omneis obruā: si aūt abnuerit, desistendū censeo. Huius igitur sententia cū oībus placeret, statim surgentes è concilio domū Vlyssis petunt, ac ibidē in politis cōsedere thronis. Penelope uero cū ex Medonte præcone,

Antinoi cōsiliū de Telemacho è medio tollendo.

Amphinomus.

cone, consilium de interficiendo Telemacho noscente, accepisset filio insidias à procis parari, cū ancillis per ædes ad eos processit: uittā ante genas elegantē retinēs, iuxtaq; aulæ stationē pulcherrimā astans, Antinoo innuit, aitq;: Antinoē contumeliose, ac scelerū hortator: nā te in populo Ithacensi inter socios et procos dicūt & consilio & lingua præstare, nō tamē talis es uisus ignaue: Cur enī Telemacho mortē ac perniciē struis, neq; supplices curas quibus Iuppiter est testis? Nō fas inuicem mala infligere. An nescis, quod tuus huc pater uenit populū fugiēs ualde iratū, quod Taphios prædones secutus, Thesprotos, q uobiscū in amicitia, ac fœderati erāt, inuasit? Quamobrē interficere te uolebāt, suauissimūq; de corde tuo abs te direpto cibū præparare: attamē Vlysses eos quanq̄ auidos retinuit. Huius tu nūc domū perfide dedecoras, atq; edendo absumis. Vxorē insuper tibi quæris habere, ac filiū interimere, meq; ipsam magnopere afflictā reddis. Verū quiescere te iubeo, aliosq; itē hortari. Ille uero: Penelope, inquit, metū abs te abijce, neq; hæc aīo tuo meditare. Non enī uir ullus est aut erit, qui Telemacho tuo me incolumi, ac terras aspiciente manus inijciat. Sic itaq; tibi dico, quod & omnino erit: sic statim sanguis hastā inficiat meā, ut mihi Vlysses sæpe suis adhibito genibus assatā carnē in manibus dedit, uinumq; rubrū labris admouit meis. Idcirco Telemachus mihi oīm uirorū charissimus est, neq; ex uiris procis eum mortē aliquo modo formidare iubeo: at ex deo uitare non

Penelope Antinoi de insidiis Telemachi.

Versipellis Antinoi animus.

non est: Sic ait fidens animi. Ipse tamen Telemacho exitium struebat. At Penelope in partem domus superiorem ascendit, flens uirum charissimũ Vlyssem, donec Minerua dulcem immisit oculis somnum. Interea Eumæus subulcus uesperi ad Vlyßem & filiũ rediit: qui in tabernaculo prandium parantes, suem inmolabant anniculum. Inter hæc Minerua propius astitit, baculoq; Vlyssem uerberãs in senem uertit, uestibusq; eum tristibus induit, ne uidens Eumæus nosceret, ac Penelopæ nuntiatum iret, menteq; excideret. Ad quẽ Telemachus: Venisti tandem, inquit, Eumæe: quæ fama est in urbe? an proci superbi ex insidijs se domum receperunt? an adhuc domum redeuntem prohibent? Non mihi, Eumæus inquit, isthæc uestigare aut interrogare curæ fuit. Ita mihi suasit animus, ut nuntio exposito statim huc redirem: tantum contigit, ut ex socijs uelox mihi nuntius præco occurreret, qui primus matri uerbum nuntiauit. Aliud item dico & ipse uidi, supra ciuitatem ubi mons est Hermæus ibam, cum nauem conspexi in nostrum portum descendentem, multosq; præterea in ea uiros multis refertos scutis & hastis: ex quo illos esse putaui, non tamen scio: Sic ait. Telemachus ridens patrem respexit, Eumæumq; miseratus est: qui postquam à labore quieuerunt, epulis accincti animum expleuere. Vbi uero edendi atq; potandi libido compressa est, dormierunt: dulcis captantes munera somni.

Eumæus nuntiat procos rediisse

Finis Libri Decimisexti.

¶ Auſonij poetæ, in. XVII. Homeri Odyſſeæ librũ
Argumentum.

IAm cœlum roſeis rutilat tithonia bigis.

¶ Telemachus anxie matri ordinẽ peregrinatiõis enarrat Vlyſſes ad oppidũ Eumæo opitulãte pducit: Domũ in qua proci epulabant ingreſſus, emẽdicat cibos miſerabiliter am biendo: inde ab Antinoo iniurioſe afficit. Cui Penelope diras ob inhumanũ facinus imprecat, a qua miſſus Eumæus eſt vt ho ſpes: ſic enĩ ſe ferebat: ad eã preuocaret. Qḋ tum quidẽ inuitatus gratiã facit. Sed venturꝫ ſeſe ad veſperã pollicetur.

ODYSSEÆ
Liber. XVII.

VBI aurora apparuit, Telemachus formoſos pedibus calceos aptauit, haſtamq; manibus corripit, & in urbem proficiſcens, ſubulcum alloquitur ſuum: Eia nunc in urbem eo, ut me mater aſpiciat, quam nõ puto unquam à luctu & lachrymis quieſcere, donec me uiderit. Tibi autem mando ut hoſpitem miſerum in ur bem ducas, ut ibi uictum mendicet: dabit ei quicunq; uoluerit quadram & cotylen. Ego uero dolore præſertim animi affectus, nõ omneis hoĩes tolerare poſſũ: hoſpes enĩ hic ſi quidẽ iraſcatur, ſibi malum pœnitendumq; facit: namq; me uera dicere iuuat. Cui Vlyſſes: Amice, inquit, nõ ego me retineri contendo: pauperi enim præſtat p ciuitatem q̃ per agros uictum quæritare: dabitq; mihi quicũq; uoluerit. Nõ profecto in tabernaculis ac uillis retineri cõtendo: talis namq; ſum ut nutu cuiuis mandanti obtemperem. Sed abi: me namq; hic quẽ iuſſiſti uir ducet: ſtatimq; calor æſtuſq; aduenerit, nã grauiter has malas fero ueſtes: uereorq; ne me,

Telemachus profecturus hoſpitem relinquit.

Vlyſſes Telemacho.

ne me, quod procul dicitur esse, ciuitas littoralis stiba eundo affligat: Sic ait. *Telemachus uero celeri pede è tabernaculo mala procis minitans, discessit.* Vbi *aũt domũ attigit, hastã in primis supra longam columnam fixit.* Ipse *uero per lapideũ solum ingreditur: quem procul uenientem ubi* Euryclea *nutrix aspexit, protinus ornatos thoros puluillis sternẽs, obuiam lachrymãdo processit: circaq; aliæ famulæ frugi conuenientes, caput ei atq; humeros amplectebantur.* Penelope *quoq; ex thalamo prodiẽs, Dianæ aut aureæ* Veneri *similis cũ lachrymis natũ complexa, ingemensq; sic ait:* Venisti *tandem* Telemache *lux mea dulcis, non ego te amplius uisurũ me putabã postquã* Pylũ *abijsti.* Sed *narra quæso, quomodo clàm atq; me inuita ad patris nuntiũ uestigandum discesseris.* Ad *hæc* Telemachus: Mater, *inquit, mea ne mihi durũ fugienti exitiũ magis excita luctũ, animũq; in pectore commoue, sed tu lota prius corpore uestes cape puras, ac in superiorẽ domus thalamũ ascendẽs, uoue oĩbus dijs perfectas te factură hecatombas, si* Iuppiter *forte precibus respondentia perficiat.* Ego *uero in forũ obiter ibo, ut hospitẽ qui me inde usq; secutus est uocẽ.* Hunc *ego cũ meis socijs præmisi, ac* Piræo *mandaui illum ad domũ usq; ducenti, ut donec uenirẽ curaret, atq; honoraret diligenter.* Vbi *hæc audijt* Penelope, *ocyus corpore lota mundas induit uestes: oĩbus uouit dijs sese perfectas factură hecatombas, si* Iuppiter *facta precibus respondentia perfecerit.* Telemachus *deinde ex*

Telemachus rediẽs excipitur à suis.

ædibus

ædibus abijt hastam habens, quē canes comitantur euntem, immensaq; Pallas gratia decorauit: populi uero prætereuntē admirabantur. Ad eum proci frequētes conuenere, bonum ostentantes animum: malū uero in pectore retinentes. Ipse deinde turbā aliquantulū uitans, ubi Mentor & Antiphus & Alitherses erant sese recepit. Hi ab initio paterni erant amici. Hic igitur consedit, illi singula interrogauere. Piræus inter hæc propius accedens, cum non longe sequeretur hospitem in forum p ciuitatē duxit: uersusq; ad Telemachum ait: Iube famulas Telemache ad domū properare meā, ut dona tibi mittam quæ Menelaus dedit. Cui Telemachus: Nescimus, inquit, Piræe quomodo hæc erant, aut quē sortiantur exitū facta. Si enī proci me clam p insidias interficientes, patrimoniū meum omne inter se distribuerint, nō te sed horum aliquē uelim illis priuari. Si autē ipsis ego procis necē intulero, tunc eadem tu mihi læto ad domū usq; lætus gaudensq; feres: Sic dicens, hospitē miserum domū duxit: quam ubi attigerunt, lænis quidē in thoris positis in balnea pergentes lauere, lotos uero famulæ oleo unxere, molles deinde lænas amicierunt. Mox ex lauacro prodientes thoris consederunt. Gutturniū minister cū aureo opistodocho supra argenteum lebetē ad lauandas manus effudit, mensamq; iuxta politam parauit. Cererē uero sedula proma, cibosq; multos ex præsenti copia apposuit. Mater uero cōtra in tenui lecto aduersus ædium stationē sedebat, colū uertens. Epulis itaq; paratis, illi

Piræus Telemacho.

Q manus

manus iniecere, qbus mox exaturatis Penelope sic ait:
Penelope Telemacho: Telemache ego quidem in superiorẽ domus thalamum ascendẽs in lecto dormio, qui meis cõtinuo lachrymis ob dolorẽ est pfusus, ex illo quo Vlysses simul cũ Atride in Ilij expeditionẽ discessit. Rogo igitur priusquã in hanc domũ proci ueniãt, refer sicubi locorũ de reditu patris audieris. Cui Telemachus: Tibi mater, inqt uera narrabo: Pylum ac Nestorẽ petiuimus. Ille autẽ nos excelsis in lectis excipiẽs diligẽter curauit: ac ueluti pater filiũ peregre nuper uenientẽ, sic me ille unà cũ suis filijs excepit. De Vlysse tñ nec uiuo neq; mortuo ex nullo mortaliũ unq̃ audiuit, sed ad Menelaum nos unà cũ equis & curribus misit. Hic Helenã uidi, cuius gratia Argæi ac Troiani Deorũ consilio multa sunt passi. Meq; deinde interrogauit, qd quærens Lacedæmoniã uenissem. Ego uero oĩm ei ueritatẽ narraui. Vnde ille exclamans: O ignauos, inquit, hoĩes q in thoro uiri fortißimi cubare uolũt, ueluti cerua in syluæ recessu in leonis cubili catulos nuper natos locans ipsa p saltus discurrit altas pascendo ualles: at ille cubile repetens matri ac natis fatum affert: sic Vlysses illis perniciẽ tulerit. Vtinã, Iuppiter pater & Minerua & Apollo, talis esset: qualis aliquãdo apud Lesbũ cum Philomelide exurgens in certamine luctatus est, eumq; ualde disiecit, ex quo Achæi oẽs lætati sunt: talis inquã existens nunc cũ procis in pugna congrederetur, oẽs profecto ueloci morte perirent, amarumq; thalamum sentirent. Hæc quæ interrogas & obsecras

Telemachus matri de sua nauigatione.

neq;

neq; ego te celabo, neq; alia præterea dicā q̄ quæ mihi senex dixerit marinus. Vlyßem enī retulit in domo esse Calypsus, ab eaq; p uim retineri duros patientem labores: neq; propterea in patriā redire potest, cum nec naues, neq; remiges, neu etiā socij q illum reducāt sint ei præsto. His à Menelao narratis, ego statim hæc oīa obiturus abscessi: Dij prosperū dedere uentū, q me in patriā deduxit. Telemachus igitur cū hæc narrasset, Penelopes animus uehementer est cōmotus. Tunc Theoclymenus ait: O cōiux Vlyssis ueneranda, is profecto non oīa manifesto nouit: meā nunc accipe sententiam, uera tibi oīno uaticinabor. Sciat ante omnes Iuppiter primū, mensáq; hospitalis, & domus Vlyssis quā petij: quemadmodū Vlysses iā in patria siue quiescēs siue ingrediēs hæc improba procorū facta audit, eisq; exitiū meditatur, ut ex augurio qđ Telemacho apparuit ipse tunc in naui sedens deprendi. Vtinam, inquit Penelope, hospes hoc nobis eueniat: statim amorem in te meum, multáq; ex me munera nosces: ut si qs forte intelligat, te beatum dicat. Talibus inter eos colloquebantur. Proci interea ante Vlyssis domum discis ac sagittis inter se supra pulchrum pauimentum, quod probris prius cōtaminauere ludebant. Quando uero cœnandi tēpus erat & oues ex agro uenerunt undique, quiq; illas antea ducebant, quiue sequebantur: tunc eis Medon, qui unus inter præcones maxime illis acceptus erat, & in epulis astabat: Iuuenes, inquit, quando omnes ludis & certaminibus ani-

Theoclymenus uaticinatur Penelopæ de Vlysse.

Penelope.

Medon ad procos.

num exhilarastis, uenite ad epulas domū: nihilo enim ludus peius dum est hora cœnā sumere: Sic ait. At illi surgentes domū statim abiere, ubi lænas ante oïa supra thoros posuere: deinde magnas oues caprasq; ac sues pingues immolantes, epulis parauere. Vlysses obiter & Eumæus subulcus ex agro in urbē uenire maturauere, ex quibus Eumæus ait: Hospes in ciuitatē ire cō tendis hodie, ut meus iussit herus: ego te profecto stabulorum illius custodē fieri uoluissem: sed illum uereor timeoq; ne postea irasceretur: duræ sunt domini minæ Sed age nunc eamus: nam dies maxime transit, iamiam uesperi peius fuerit. Nosco, inquit Vlysses, intelligo: hæc deniq; intelligēti memoras: attamen eamus, tu me deinceps ducas: da tantū mihi sicubi sit clauā ad innitendum apta, quoniā uiam dicitis lubricā atq; arduam esse: Dixit ac circa humeros perā sordidam ualdeq; laceram suspendit: ex altera parte ensis erat intortus: sceptrū uero laxitatis refugiū quo inniteretur, ei Eumæus dedit. Iter ambo ingrediūtur: stabulū quoq; canes & bubulci post eos remanētes custodiūt. Eumæus in ciuitatē dominū duxit, pauperi misero ac senilibus uestibus amicto adsimilatū. Iam prope urbē erant, & ad fontē manu factū pulchreq; fluentē ibant, unde ciues aquā sumebant, quē fecit Ithacus & Neritus & Polyctor: circa nemus erat alnorū in aqua nutritiuarū circumambiens: frigidaq; ex alta petra fluebat aqua. Ara quoq; supra nympharū, ubi oēs uiatores resipiscentes quiescebant. Huc eos duxit Melāthius Dolij filius

Vlysses & Eumæus ad urbē maturant iter.

filius capras agens, quæ oibus gregibus præstabant, cœnā procis futuras. Duo simul sequebātur pastores. Hos itaq; uidens iurgijs incessit, ac perperam p ignominiamq; uocauit, ex quo Vlyssis aīm magnopere concitauit: Eia q̄ bene nunc ignauus ignauū ducit, ô q̄ similem Deus, ô q̄ similē iunxit: quò hunc deuoratorem ducis magne subulce egentē, tristem mensarū consumptorē, q multis in liminibus humeros obtriuit, quadras rogando, nō enses, nō lebetes? Hunc si dederis stabulorum aut gregis custodē esse, uirgultáq; hœdis pascēdis ferre, serū profecto potando magnā uorabit mulctram: at postq̄ artes didicit malas, opus facere detrectabit: quin potius p populū mendicās ac mensas, uentrem uolet eminentē pascere. Sed tibi hoc affirmo quod & eueniet, si ad Vlyssis ædeis accedat, multa p domū scabella in eum cōiecta, latera ipsius cōterent: Sic dicens, subito p temeritatē eum aggrediens atq; incurrens, calce eū petijt: nec illum propterea semita amouit, sed firmus mansit. Vlysses uero secum aīo meditabatur an clauā quatiens uitā ei eriperet, an eū manibus subleuando terræ caput illideret, uerū minime est ausus, animūq; retinuit iratum. Pastorē uero subulcus aspiciēs iurgauit, manusq; insup attollens uouit: Nymphæ fontales Iouis filiæ, si unq̄ Vlysses uobis unguine agnorum & hœdorū crura operuit, hoc mihi explete desideriū, ut uir ille redeat, Deusq; itē illum reducat incolumem, ut ambo tuam cōprimamus audaciam, quā nunc insultans præ te fers: tuq; errabundus p urbem

Melanthij iurgia in Vlyssem.

Melāthus Vlyssē calce ferit.

eas, maleq́; pastores oues interim perdant tuas. Huic *rursus* Melanthius: O *qualia locutus est canis hic moriturus, quē ego quandoq́; in naui procul ab* Ithaca *ducam, ut mihi affatim uictum quæritet.* Sic hodie Apollo Telemachum *arcu iaculetur, aut à procis de medio tollatur, ut* Vlyssi *spes reditus perijt:* Sic dicens illos *ibidē paulatim ambulantes reliquit: ipse domum dominicā propere petijt, statimq́; intro ingressus inter procos contra* Eurymachum *sedit, quē maxime diligebat.* Huic *itaq́; illi q mensæ præerant carnium partē apposuere, cererē uero proma pudica ad edendum tulit.* Vlysses *interea* Eumæusq́; *uenientes propius astitere ac citharæ sonum audiētes, quod* Phemius *musicus in conuiuio caneret,* Vlysses *manu* Eumæum *impellens:* Eumæe, *inquit, pulchræ* Vlyssis *ædes faciles sunt cognitu, & inter multas deprendi poßunt: nam cū cætera pulchra, tum maxime aula quæ muro ac turribus supereminet, portæ item bifores affabre laboratæ sunt, quas nullus superaret.* Nosco *quoq́; qđ in ipsis plures epulantur ex nidore ciborū ad nos ueniente. Cithara deniq́; resonat, quā* Dij *sociā mensæ fecerūt.* Eumæus *uero:* Nosti, *ait, facile quidē, quod ut in cæteris, sic & in hoc minime imperitus es.* Verū *cogitemus quonam modo rē probe agamus. seu tu primus domū ingredere ac inter procos cōsiste, ego uero hic remanebo: seu mauis hic expectare, & ego praibo.* Nec *tu propterea ualde morabere, ut nullus te mendicū aspiciens extra ædeis eijciat ac expellat.* Nosco, *inquit* Vlysses, *intelligoq́; tu*

Phemius musicus.

goq; tu igitur praeibis, ego te hic expectabo: non enim plagarũ impulsionũq; inscius sum: sustinere quidẽ animus poterit, quãdo tot mala & in mari & in bello sum passus, illis etiã haec accedant. Ventrem enĩ fame incitatum nullo modo celare aut dissimulare licet, q multa hoĩbus mala infligit: cuius etiã gratia naues armantur, in pontoq; discurrunt incommoda miseris inferentes: Sic igitur inter se colloquebantur. Vlyssis autem canis Argus noĩe, capite & auribus inclinatis iacebat quẽ ille nutriijt quidẽ, nec ex eo fructũ aut solatiũ coepit, quod ad Ilij expeditionẽ sit profectus. Hunc igitur iuuenes prius contra syluestres capras & damas & lepores ducebãt: tũc uero absente Vlysse abiectus in multo iacebat fimo, q ante fores domus & mulorũ & boum multus, ut famuli postea simul coactum ad agrum stercorandũ ferrent. Hic itaq; canis satur caninis escis cubitabat. Vlyssem uenientẽ protinus agnouit, cauda blandiebatur, utramq; erigẽs aurẽ: propius autẽ ad suum dominũ accedere nõ adhuc uoluit. Quẽ ille procul aspiciens, clam Eumaeo lachrymas ex ore fluentes sibi abstersit, ac eum statim alloquitur: Mirũ Eumaee ut canis hic in fimo iaceat, cum praestanti sit corpore. Non noui tamen in hoc aspectu si celer est cursu, uel potius quales assedae mensarũ aut uirorum canes esse solent, ac animi causa domi nutriũtur. Etenim, ait Eumaeus, canis hic uiri est hinc procul extincti, qui si & corpore & opere talis esset, qualẽ ille ad Troiã proficiscens reliquit: statim ipsius & uelocita-

Venter multorũ causa

Vlysses ab Argo cane cognoscitur

tem & robor admirareris. Nullam enim effugit in saltibus ac syluis feram quā uidisset, quin cursu superaret: nūc mœstitia torpet, qđ dominus huic procul à patria perierit. Famulæ uero tristes eum minime curāt: famuli quoq; postq̄ domini rebus deciderunt, non amplius quæ ad eorū pertinent officium agunt.

Ingenium seruitute perit.

Dimidium sane ingenij Deus abstulit illi,
Qui in miseram serui fortunam uenerit unquam.

Sic dicens domum ingreditur, ac recta ad procos tendit. Argus uero canis anno post uicesimo ubi dominum uidit. subito morte captus periјt. Eumæum autem Telemachus procul uenientem p ædes cōspiciens ut ad se iret annuit: hic autem uestigans sellam iacentem accipit, mensamq; domino protinus locauit, ubi dispensator carnes multas procis distribuebat, cōtra uero ipse sedebat, cui præco partem apposuit, cereremq; canistris expedijt. Post illum paulo post, Vlysses domū & ipse ingreditur, mendico misero seniq; ac uestes induto laceras similis, supraq; fraxineū pauimentū intra fores assedit, innixus limini cyparissino, quod quādoq; architectus expoliuit affabre, ac ad perpendiculum direxit. Telemachus igitur uocans Eumæum ait: Panē è canistro q̄ delicatum, & carnis quantū manus sint capaces sumito, ferq; hospiti, ac iube illum oēs rogare procos: egenti nāq; uiro pudor nequaq̄ est utilis. Subulcus uero mandata properans, ac iuxta consistēs; Hospes, inquit, hæc tibi Telemachus dat, atq; iubet te procos omneis rogare, egenti uiro pudor non utilis.

Pudor mēdico īutilis.

Quo ut

Quo uiso, Vlysses: Iuppiter, ait, utinam Telemachus inter hoies locuples ac beatus existat, ac cuncta quæ mēte uoluit ei prosperę succedāt: Dixit, & utraq; manu ea accepit, ac in sordida pera quæ ad pedes erat, cōdidit. Comedit autē dū musicus in mensa caneret: desiitq; illo desinēte. Proci uero simul in ædibus cōuenere. At Minerua prope astās, Vlyssem impulit ut quadras ex procis colligeret, nosceret quinam sint æqui, quiue iniqui: sed nō ut ulli pœnā uitare liceat. Accedit igitur ille rogabūdus, cuilibet manū ubiq; porrigēs tanq̄ si diu mēdicus extitisset. Illi uero miserantes dedere: ac inter se mirati interrogabant, quinā uir esset, aut unde ueniret, qbus Melanthius pastor caprarum ait: Audite me proci paulisper de hoc hospite. Ego nēpe antea illū uidi, subulcus uero huc duxit, ipsum non satis noui cuias sit. Antinous uero ad Subulcū cōuersus increpādo: Cur tu, inqt, hūc ī urbē deduxisti? an nō satis egentiū & pauperū aliorum calamitosorū apud nos sunt frugū consumptores, an uituperas quod hi rēedant hæri tui hic cōgregati, hunc etiam si qd deerat ipse accersiuisti? Cui Subulcus: Antinoe, inquit, nōn equidē probe si probus es hæc dixisti: quis.n. hospitem aliunde uocat ipse petēs aliū, nisi opifices sint, uel uates, aut medicus seu architectus lignarius, seu etiā poēta q cantādo oblectet, hi sane uocati sunt in orbe: egētē uero & mendicū, q sibimet est incōmodo, nullus uocat. Sed tu continuo præter omneis procos famulis Vlyssis præsertim mihi durior es ac grauior, attamē ego

Vlysses mendicatim adit pcos

Antinous succenset Eumæo propter mendicū

minime curo donec Penelope et Telemachus uixerint Cui Telemachus: Desine, inquit, subulce: nec pluribus respõde, Antinous duris iurgare uerbis, aliosq; impellere cõtinuo solet. Deinde ad Antinoũ uersus: Profecto me pulchre inquit, uti pater filiũ curas atq; amas, Antinoë, q præcipis hospitẽ ab ædibus exire meis uerbo uiolento. Ne hoc deus faxit: nõ equidẽ inuideo, nõ ægre fero si quæ tu accipis illi des. Hortor te ego ne meam matrẽ, aut aliũ ministrũ in Vlyssis domo despicias: sed ne tibi hæc mẽs in pectore sit: ipse namq; plura uis uorare q̃ dare alij. Telemache, inquit Antinous supbe loquẽs iram cõprime quam fando ostẽdis: si proci oẽs illi tantũ darent, certe domo procul hinc tribus mensibus retineretur: Sic ait, ac scabellũ capiens, quo sub mensa edẽs pedibus insistebat, ostentauit: at cæteri oẽs dedere, peramq; pane & carnibus referserunt.

Telemachus insolenti Antinoo.

Vlysses igitur cũ mensas gustaturus esset, misericordia procorũ propius Antinoo p paulmẽtum accessit: Da quæso, inquit, amice. Nõ enim infimus oĩm uideris Achæorum esse, sed optimus potius, quod regiam præ te feras indolẽ. Quamobrẽ te dare & melius & plus cæteris oportet. Ego quoq; te p immensam terram laudauero. En ego inter homines domum diuitẽ habitaui sæpeq; erranti ac inopi dedi, qualiscunq; esset et egẽs ueniret. Erant autẽ & mihi famuli mille, aliaq; multa quibus homines uiuunt & beati uocantur. Sed me Iuppiter cæcidit: sic enim uoluit, qui me simul cum prædonibus quoquo uersus errantibus impulit in Ægyptũ

Vlysses mendicus Antinoo

ire, longum sane iter ut perirem. Naues apud Ægypti flumen constitui: hic iussi socios expectare, ac naues custodire, exploratoresq; sciscitatũ in speluncam ire, qui cõtumelia & iniuria usi, ac proprijs freti uiribus Ægyptiorũ pulchros depopulati sunt agros, uxoresq; ac liberos abduxere, ipsos insuper occiderunt: ex quo fama celeriter ad urbem prolata, Ægyptij clamorem audientes ubi primum illuxit prodierunt. Campus oĩs equitibus & peditibus ac diro ferro refertur, Iuppiter autem nostris socijs fugam immisit, qui nec illos sustinere neu resistere potuerunt: ubiq; mala & plurima mortis imago aspiciebantur. Hic multos ex nostris ferro perimerunt, nonnullos uiuos abduxere ad opera coactos, me autem obuio cuidam hospiti Dmetori Iasij filio, qui Cypro dominabatur dederunt, qui me eo deduxit. Inde huc demum ueni multa incommoda passus. Ad hæc Antinous respondit, Quis, malum, deus hanc pestem cõuiuij turbatorẽ nobis huc duxit? Absiste hinc in medium à mensa mea, ne amarum tibi Ægyptum ac Cyprum uideas: tu quidẽ impudens & audax es mendicus. Deinceps omnibus his asta qui citra respectum tibi dabunt, quod nulla res prohibeat, nec ulla sit opus misẽricordia ex alienis largiri, quibus horum quilibet abundat. Vlysses uero absistens: Heu, inquit, non tibi proterue mens ulla est, nec tu salem tua profecto ex domo dares, qui nunc cibis alienis assistens non mihi sustines, cum multa adsint, aliquid de mensa remittere. His ab eo dictis Antinous magis animo iraque incensus

Antinous mendico

minime curo donec Penelope et Telemachus uixerint Cui Telemachus: Desine, inquit, subulce: nec pluribus respõde, Antinous duris iurgare uerbis, aliosq; impellere cõtinuo solet. Deinde ad Antinoũ uersus: Profecto me pulchre inquit, uti pater filiũ curas atq; amas, Antinoë, q præcipis hospitẽ ab ædibus exire meis uerbo uiolento. Ne hoc deus faxit: nõ equidẽ inuideo, nõ ægre fero si quæ tu accipis illi des. Hortor te ego ne meam matrẽ, aut aliũ ministrũ in Vlyssis domo despicias: sed ne tibi hæc mẽs in pectore sit: ipse namq; plura uis uorare q̃ dare alij. Telemache, inquit Antinous supbe loquẽs iram cõprime quam fando ostẽdis: si proci oẽs illi tantũ darent, certe domo procul hinc tribus mensibus retineretur: Sic ait, ac scabellũ capiens, quo sub mensa edẽs pedibus insistebat, ostentauit: at cæteri oẽs dedere, peramq; pane & carnibus referserunt.

Telemachus insolenti Antinoo.

Vlysses igitur cũ mensas gustaturus esset, misericordia procorũ propius Antinoo p pauimẽtum accessit: Da quæso, inquit, amice. Nõ enim infimus oĩm uideris Achæorum esse, sed optimus potius, quod regiam præ te feras indolẽ. Quamobrẽ te dare & melius & plus cæteris oportet. Ego quoq; te p immensam terram laudauero. En ego inter homines domum diuitẽ habitaui sæpeq; erranti ac inopi dedi, qualiscunq; esset et egẽs ueniret. Erant autẽ & mihi famuli mille, aliaq; multa quibus homines uiuunt & beati uocantur. Sed me Iuppiter cæcidit: sic enim uoluit, qui me simul cum prædonibus quoquõ uersus errantibus impulit in Ægyptũ

Vlysses mendicus Antinoo

ire,

ire, longum sane iter ut perirem. Naues apud Ægypti flumen constitui: hic iussi socios expectare, ac naues custodire, exploratoresq; sciscitatũ in speluncam ire, qui cõtumelia & iniuria usi, ac proprijs freti uiribus Ægyptiorũ pulchros depopulati sunt agros, uxoresq; ac liberos abduxere, ipsos insuper occiderunt: ex quo fama celeriter ad urbem prolata, Ægyptij clamorem audientes ubi primum illuxit prodierunt. Campus oĩs equitibus & peditibus ac diro ferro refertur, Iuppiter autem nostris socijs fugam immisit, qui nec illos sustinere neu resistere potuerunt: ubiq; mala & plurima mortis imago aspiciebantur. Hic multos ex nostris ferro perimerunt, nonnullos uiuos abduxere ad opera coactos, me autem obuio cuidam hospiti Dmetori Iasij filio, qui Cypro dominabatur dederunt, qui me eo deduxit. Inde huc demum ueni multa incommoda passus

Ad hæc Antinous respondit, Quis, malum, deus hanc pestem cõuiuij turbatorẽ nobis huc duxit? Absiste hinc in medium à mensa mea, ne amarum tibi Ægyptum ac Cyprum uideas: tu quidẽ impudens & audax es mendicus. Deinceps omnibus his asta qui citra respectum tibi dabunt, quod nulla res prohibeat, nec ulla sit opus misericordia ex alienis largiri, quibus horum quilibet abundat. Vlysses uero absistens: Heu, inquit, non tibi proterue mens ulla est, nec tu salem tua profecto ex domo dares, qui nunc cibis alienis assistens non mihi sustines, cum multa adsint, aliquid de mensa remittere. His ab eo dictis Antinous magis animo iraque incensus

Antinous mendico

census est, ac illum torue aspiciens: Nunc te, inquit, ex ædibus nõ puto pulchre discessurum, quoniam iurgia dicis: Sic ait, & scabellũ corripiẽs Vlyßis dextrũ humerũ præcipitẽ impulit. At ille more saxi firmus mansit, neq; iaculo Antinoi quoquam cõmotus est, sed tacite caput mouens exitium illis secum meditabatur. Rursus igitur p aulam ingrediens, humi consedit, procosq; alloquitur: Audite proci Penelopes quæcunq; dico, quæue animus hortatur. Nõ enim mihi dolor aut luctus quẽadmodum uiro q de suis possessionibus seu bubus, siue ouibus certans expugnatur: sed me Antinous uentris miseri gratia cæcidit, qui multa dat hoĩbus incõmoda: sed si pauperum usq̃ Dij & Erinnyes sunt, Antinoo ante nuptias exitus uitæ adueniat. At ille: Hospes ede, inquit, libens, & adsidens, uel abi aliò, ne te iuuenes talia dicentem p domum pede aut manu trahant, lacerentq; totum. His dictis cæteri alij indignati nimis ægre ferebant: ex quo quidam ex iuuenibus sic ait: Antinoẽ nõ equidẽ pulchre cæcidisti miserũ mendicum, perdet te si usq̃ Deus supra cœlestis est. Nam & Dij alienis hospitibus assimilati in uniuersum existentes ciuitates euertunt, hominum iniurias simul & nefas aspicientes. Sic igitur proci dictitabant: at Antinous uerba minime curabat. Telemacho autẽ magnũ auxit luctum Vlysses percußus: nec propterea lachrymas ex ore fudit, sed tacite caput inclinans exitium procis meditabatur. Vt igitur plagam huic inflictam Penelope audijt in ædibus ad famulas ait: Vtinam sic

Vlysses queritur procis iniuriam

illum

illum Apollo percutiat. Cui Eurynome proma inquit Si etiam nostrarum filius execrationum esset, nullus horum in crastinum perueniret. Huic Penelope ait: Eurynome, inimici quidem omnes quando male perpetrant iudicandi. Antinous autē atræ morti seu pestilentiæ cōparandus. Nam quidam miser hospes mendicus p ædes errat rogabundus (ægestas enim sic iubet) quem quum alij omnes impleuerint, inopiaq; leuauerint, hic solus dextrum ei humerum cædendo pronū reddidit. Hæc igitur dum sic inter famulas loqueretur in thalamis, sedens Vlyßes comedebat. Penelope deinde Eumæum subulcum uocans: Veni, inquit, Eumæe, iube hospitem huc accedere ut illum pcunĉter si quid usq̃ de Vlysse audiuerit, aut oculis uiderit, nam errabundo similis uidetur. Regina, inquit subulcus: O qualia hic loquitur, si tacerent Achæi, animum profecto tuū leniret ac demulceret. Tribus enim noctibus eū illic in agro habui, tribus quoq; diebus in tabernaculo tenui. Primū namq; me ex naui fugiēs petijt, sed nondū labores omneis quos est passus narrando expleuit: sicut enim cantorē q diuinitus sit, ac carmina mortalibus dulcia canat uir miratur: sic ille attonitū domi audientē tenet. Dicit enim Vlyßis hospitē se esse paternū in Creta habitantē, ubi minois est genus. Inde ille uenit multos patiēs labores ac naufragia, affirmat q; se uidisse Vlyßē apud populū Thesprotorū uiuū esse, multas quoq; secū opes domū ferre. At Penelope: Huc eū uoca, inquit, ut coràm ipse loquatur. Hi enim

Penelope mendaciū accersiri iubet

proci

proci seu foribus assidentes edunt, siue hic per ædes, illius animus est hilaris. Ipsorum uero possessiones incorruptæ & incolumes domi sunt, frumentũ & dulce uinũ eorũ serui absumunt, sed domini in nostris ædibus cõuersantur: singulisq; diebus boues ouesq; ac pingues capras sacrificantes epulantur, rubrumq; bibunt uinũ, multaq; consumũtur, nec spero impune: nõ enim uir est, qualis erat Vlysses, pestem à domo repellere aptus. Nam si in patriam ille rediret, statim unà cũ filio uim procorũ propelleret: Sic ait. Telemachus uero sternutauit, ac p domum sonitus magnopere auditus. Penelope autẽ risit, ad Eumæumq; conuersa inquit: I, propera, uoca mihi hospitem coram: num uides qđ in singulis uerbis filius sternutauit? Quamobrẽ mors pcorum iam puto sequetur. Sed aliud tibi dico, tuq; mente conditum teneto. si illum uera omnia referre nouerim, induam læna pulchraq; tunica: Sic ait. Subulcus autem ubi mandatum audijt, properat, propeq; astans ait: Hospes pater, Penelope Telemachi mater te uocat, ut quanq̃ curas patitur, indaget de uiro quicqd aïus ei suadet. Si enim te uera loqui inuenerit, læna tunicaq; pulchra uestiet: panẽ uero ac cætera quæ tibi opus p populum rogando, uentrem pasces. Is autem q uoluerit dabit. Ego enim, inquit Vlysses, oĩa uera Penelopæ Icari filiæ dicam. Noui enim probe de illo parem quoq; sustinuimus calamitatẽ: sed procorum proteruorum subtimeo turbam, quorũ iniuria & ius cœlũ ferreum penetrauit. Etenim nunc uir hic me p domũ

euntem

euntem, nihilq; mali agentem feriēs, doloribus affecit nec Telemachus, neq; item aliud hoc prohibuit: quamobrem Penelopen iube domi expectet, quanquam festinantē, usq; ad solis occasum, ac me de uiri tunc reditu pcunctetur, propius tamē igni assidentē, quod mihi tristis laceraq; sit uestis, tuq; optime nosti, quoniam te primū rogaui: Subulcus ubi mandatū accepit, statim properat quē Penelope procul solū redeuntem aspiciens ait: Non hospitē ducis Eumæe? quid enim in hoc uidit erro, an forte aliquē iniquum, uel aliàs ueretur male p domum uenire uerecundus mendicus? Cui Subulcus: Probe, inquit, loquitur, quæ & alius quoq; excogitaret, iniuriam uitare proteruorum hominum, quam obrē te usq; ad solis occasum expectare iubet: sic longe melius ò regina putauerim hospitem alloqui simul & audire. Non stulte, inquit Penelope, hospes cogitat quod forte accideret: nō enim æque atq; hi homines illudētes, iniquaq; machinantes reperiuntur: Sic ait. At subulcus postq̄ oīa absoluit mandata, ad procorū turbam se recepit, propius Telemachi auribus caput admouens ne cæteri audirent: Here mi chare, inquit, ego quidē reuertor ad porcos: illic enim mibi tibiq; rē custodio: tu uero hic omnia cura, teipsum primum serua, ac animo cogita ne quid patiaris: multi namq; tibi Achæi mala cogitant, quos utinam Iuppiter prius perdat quàm nobis incommodum obueniat. Sic ut ais, inquit Telemachus, erunt omnia: tu nunc uespertinus abi, mane autem pulchras huc duces uictimas. Interea

terea

terea hæc mihi ac dijs omnia curæ fuerint. His *ab eo dictis,* Subulcus *protinus in thoro consedit, ciboq; ac potu satur ad suos discessit, aulamq; conuiuijs plenam reliquit, q saltatione & cantu simul gaudebant: iamq; diei serum aduenerat.* Finis Libri.XVII.

¶ Ausonij poetæ, in.XVIII. Homeri Odyssææ librum Argumentum.

IRus adest populi per mendicabula notus.

¶ Mendicante intra proprios lares Vlysse, alius quoq; pari egestate Irus accessit, popularis Ithacesius, stipes in triuijs solitus rogare. Iurgium ergo inopiæ cõmunis æmulatione cõferitur, quod ex verbis processit ad manus. Hortãtibus procis quo magis rixa crudesceret propositoq; pręmio, caprini ventris omento: victor igitur Vlysses semінecẽ Irum extra ianuam proijcit, ridicula adhortatione cõpellans: Penelope etiã munera sibi a procis pro opibus cuiusq; conferri singulorũ studia experiens, deposcit: quæ mature vtpote a cupientibus offeruntur.

ODYSSEÆ
Liber XVIII.

Irus Vlyssem iurgijs incessit.

P*Rodijt & pauper publicus qui per urbem* Ithacam *mendicabat: cuius erat insigne, uacuum continuo uentrem cibo potuq; explere, uis aliàs ei nulla seu uirtus: aspectu procerus, cui nomen* Arnæo *ex ipsa genesi mater indidit, iuniores uero cuncti* Irum *uocabant: quoniam si quis uellet, nuntiũ ferebat more* Iridis. Is *igitur prodiens* Vlyssem *domũ usq; insectabatur, iurgijsq; incessebat: Exi foras senex, ne statim pede traharis: nõ uides qđ mihi oẽs innuũt oculis? te trahi adhortantur, me tamẽ pudet*

pudet: sed oro propera, ne subito sit nobis manibus cōtētio. Hūc Vlysses torue aspiciēs: Nō ego te infœlix inqt, ignauum facio neq; uoco, nec aliqua inuideo tibi dari, q̄uis plura accipiēti. Hoc enī utriusq; capax pauimentū erit, neq; itē te alijs inuidere oportet: uideris & tu quoq; mihi queādmodum ego mēdicus. Diuitias dij dāt soli: manibus autē ne ualde me ꝓuocabis aut irritabis, ne pectus os'q; tibi cōtusum atq; sanguine fœdatū reddā: qes & mihi si magis fuerit, nō equidē puto te rursus in Vlyssis domo uersari. O nefas, ut gurges uelociter loqtur, ueteri fornaci similis? quē si male cogitarē, utraq; manu contunderē, humi'q; prostratum oēs ut ex sue maxillarū dentes auellerē: Sed uiue nūc ut oēs nos cognoscant certantes inter nos, & queādmodū tu cū seniore cōcurras: Sic illi certatim, supra leue pauimentū pro foribus litigabāt: quos Antinous ubi uidit, ridens ad procos ait: O socij nunq̄ tale antea contigit, quale nunc oblectamentū deus in hanc domū adduxit. Hospes & Irus inter se manibus certare cōtendunt: sed uideamus. Ad hæc illi cachinnū extulere ac circa pauperes miseros conuenerunt. Rursus igitur Antinous: Audite, inquit, proci quod dico, uentres hi caprarū nidore ac sanguine pleni prandio parantur, quicunq; uicerit ac potior fuerit, ex his unum quē maluerit ad epulas sibi legat, ac deinceps nobiscum semp edat, nullumq; alium introducamus postea mendicantem. Antinoi sermo oībus placuit. Vlysses uero p dolum inquit: Amantissimi non est hominem tam senem

Vlyßes prouocat Irum in certamē.

Victori certaminis à procis præmium constituitur.

ac uiribus deficientem cum iuniore certare, at me uenter mali suasor impellit ut plagis contundar. Sed mihi oẽs firmiter iurate, ne qs Iro *auxilium ferens me manu ualida p iniuriam uerberet, unde facile superaret:* Sic *ait, illi ut iußit iurauere.* Telemachus *deinde ait:* Hos*pes si te animus fortis impellit atq; hortatur hunc expugnare, nullum deinceps* Achæorum *alium time: quoniam cũ pluribus cõtendet, q te uerberat aut attingit.* Ego *quoq; qui te hospitio excepi, deinde* Eurymachus *&* Antinous *ambo sapiẽtes laudabunt.* Di*ctum oẽs probauere.* Vly*ßes igitur sese nudans ueste lacera circa genitalia subcinxit.* V*nde crura ingẽtia thorosaq;, insup humeri q̃ lati, pectoraq; ac brachia terribilia apparuere.* Minerua *uero prope astans* Vlyssis *mẽbra curabat.* Proci *oẽs inter hæc magnopere mirabantur.* Sic*q; alter alteri proximo dicebat:* Irus *nẽpe* Airus*, cito magnum profecto sibi malum sponte attraxerit:* Q*uale(*Iuppiter*)crus ex lacera ueste senex ostendit?* Sic *igitur dicebant.* At Iri *aĩus ignauus trepidabat, artusq; tremore cõmouebantur: unde necessariũ duci succingiq; à ministris fuit.* Cui Antinous *innuens:* Ne *fueris, neu sis nunc amplius iactator, si hunc times & grauiter expauescis, hoĩem quidẽ senem, laboreq; afflictum ac debilẽ quo ille est oppressus.* Verum *hoc tibi dico quod & eueniet, si te hic uicerit superiorq; fuerit te subito in continentẽ naui mittam ad* Echetũ *regem, hoĩm cunctorum uastatorẽ, ut abs te nares auresq;, ac demũ genitalia incisa sic cruda det canibus uoranda.*

His

His illi dictis maior membris incubuit timor: in mediū processit, ambo manus extollunt. Vlysses uero mente cogitabat, an ita eū cæderet ut ab anima statim cadēs relinqueretur, an eum leuiter impulsum humi extenderet: sic alternanti potior sententia uisa leuiter cædere, ne illi Achæi suffragarētur. Igitur ambo manus attollentes, Irus quidem primū Vlyssi dextrū ferit humerum: At Vlysses illi ceruicem sub aure, ossaq́; intus fregit: statimq́; p os purpureum uomit sanguinē, protinusq́; in terram cecidit: dentesq́; propterea collisit, & humū calcibus uerberauit. At proci manus eleuantes risu moriebantur. Vlysses uero iacentē è uestibulo pedibus traxit usq; ad aulā et porticus portas, atq; illū intra muros aulæ introduxit: inclinās, eiq; sceptrū in manibus tradidit, aitq́; : Hic nunc recuba, canes ac porcos prohibēs: neq; tu hospitū ac pauperū sis dominator, cū sis crudelis, ne quod tibi malum maius obueniat: Dixit, & circa humeros sordidam ac laceram suspēdit perā: ex altera parte gladius erat: Indeq́; pcedēs humi rursus assedit. Proci uero intrà abierūt. suaue ridētes, ac uerbis collaudantes: Dii tibi dent hospes quicquid ipse cupis tuoq; sit aīo charū, q hunc ignauū ut in populo mendicare desinat fecisti, eundē nos confestim in continentē ad Echetum regē omnium mortalium pessimū mittemus. At Vlysses ob gloriam gaudebat. Antinous autē ei magnum uentrem nidore sanguineq́; opertum, Amphinomus uero panes duos è canistro promens apposuit, auream deinde pateram su-

Vlysses uictor

Vlysses ob uictoriā laudatus dona accipit à procis

ſcipiens ait: Salue pater hoſpes, tibi deinceps adueniant opes: attamẽ nũc laboribus es pluribus obnoxius. Cui Vlyſſes: Amphinome, inquit, mihi ualde ſapere uideris, patris enim tui famã audiui bonã. Niſi Dulichij diuitis uiri, ex quo dicunt te genitũ, uirum ſane prudenti ſimilẽ. Quamobrẽ tibi dico mihiq́; crede:

Vlyßes Amphinomum præmonet infortunij.

De hois fragilitate.

Ex his quæ terram ſerpunt, ſpirantq́; per amplam,
Nil ut homo eſt æque miſerum ſeu uile putandum,
Qui nihil in uita tandem patietur acerbum:
Dij faueant tantum, ac uirtutem uiribus addant.
At contra irati ſi forte incommoda mittunt,
Perferet hæc animo, quanquam non ſponte dolensq́;
Mens etenim cunctis inerit mortalibus illa,
Qualem quotidie præbebit Iuppiter altus.
En ego nunc pauper, fœlix quandoq́; uidebar
Fratribus, at nimium, patriq́;, potentibus idem
Viribus & proprijs geſſi confiſus iniqua.
Quare ius nunquam ſeu fas contempſerit ullus:
Sed quæ dant diui, clam munera quisq́; tenebit.

Quẽadmodum ego uideo nunc procos nefanda ppetrantes, rẽ abſumẽtes & uxorẽ infamantes uiri, quẽ nõ puto diu ab amicis & patria abfuturum: ualde enĩ eſt prope. Sed te Deus domum reducat, exopta ne in illum incidas cum primum in patriam redierit: neque abſq́; ſanguine rem decerni inter procos & ipſum puto. His dictis libans uinũ bibit, quod rurſus in Amphinomi manibus poſuit, qui deinde per domum abijt aĩo incitatus, capite minitans. Nam & mente mala agitabat

bat: non tamen fatum uitaturus erat, quin Minerua eum sub Telemachi manibus irretiuit, ipsiusq; hasta fortiter occidit. Rursus igitur in throno unde surrexit assedit. Minerua post hæc Penelopæ mentẽ induxit ut procis sese ostenderet, ut illorũ aĩm magis detegeret ac deprenderet, & ut apud uirũ esset in prætio magis q̃ prius. Itaq; præter morẽ ridens Eurynomen compellans ait: Eurynome animus nunc suadet ut me procis quanq̃ infensis ostendam, filioq; dicam quod utile ipsi puto, ne cuncta cum illis cõmunicet, qui bene quidẽ loquuntur, male uero postea sentiunt. Cui illa: Certe, ait, nata probe hæc oĩa locuta es: sed abi tuo filio rẽ manifesta, neq; hæc illum ullo modo celabis: prius tamẽ corpus laua, osq; ac genas infice, ne lachrymis ore sordenti prodeas, quoniam ꝑpetuo lugere sane pessimũ. Iamq; tibi filius talis est, quẽ iam pubescentem tu maxime dijs cupis uideri. Ne, inquit Penelope, hæc afflictæ Eurynome refer, lauare corpus, oleoq; illinire: lætitiam namq; mihi oẽm dij abstulere ex illo tẽpore, quo uir ille meus cũ nauibus discessit. Sed iube Autonoen & Hippodamiã ad me uenire, ut mihi assistãt Sola namq; illuc ad uiros ire nolim: pudet enim. Sic ait. At uetula ex ædibus properat, mulieribus uti ueniant nuntiatũ. Hic Minerua cũ alia nouerit, tũ Penelopæ dulcẽ oculis somnũ fudit, ex quo in lectulo inclinatæ oĩa mẽbra soluta sopitaq; sunt. Interim dea illi munera dedit immortalia, ut eam Achæi admirarẽtur ora qdẽ in primis forma immortali reddidit, quali Ve- Penelope ad procos itura

nus profusa est. si quando ad chorum Gratiarum dilectũ uadit: eam insup & proceriorẽ & patentiorẽ, ac ebore sectili candidiorẽ uideri dedit. Hæc ubi gessit Minerua, abijt. Venerunt interea ministræ murmure strepentes. Hæc uero ubi à somno relicta est, ora sibi manibus abstersit, ac ait: Profecto me graui dolore affectam mollis inuasit somnus. Vtinam mihi sic Diana agrestis dulcẽ nũc præbeat mortẽ, ut si meã finiret ætatẽ nõ amplius in luctu essẽ: nec charũ desyderarẽ uirum omni præditũ præter cunctos Achæos uirtute.

Proci mirãtur Penelopes pulchritudinem

His dictis statim è supiore domus thalamo descẽdit nõ sola. sed famulæ simul duæ sequebãtur, anteq; stationis tectũ affabre factũ constitit, caput pulchra redimita uitta: famulæ quoq; sedulæ utrinq; astabant. At ꝓcis admiratione statim genua soluũtur, animus itẽ amore delinitus, oẽsq; iuxta lectos sese inclinare cœperunt.

Penelope increpat Telemachũ ob cæsum hospitem

Illa uero filiũ cõpellans: Telemache, ait, nõ adhuc tibi mens firma neq; sententia est, nam puero quondam existenti mens tibi & ingenium ad ea quæ utilia essent magis aderat, nunc uero quando magnus es, & ad ætatis æquũ terminũ uenisti (nam profecto uir alienus tuam magnitudinem ac formam aspiciẽs, te uiri beati ac potẽtis filiũ esse diceret) nec tibi mẽs sana, neu ingeniũ, ut ex facto licet animaduertere, quale nup domi contigit, q hospitẽ sinis talẽ probris incessere, uti nunc: Nam hospes quicunq; in domo nostra quiescẽs, si sic misere ac uiolenter distrahitur, & exagitatur, tibi dedecori & infamiæ apud hoĩes fuerit. Cui Telemachus

chus: Mea mater, inquit, profecto te irasci ægre fero, ego namq; animo cuncta noui bona & mala, olim uero puer eram. Verum nequeo oĩa prudenter agenda intelligere. Me namq; uexant circumsistentes, alius alibi qui male mihi cogitant, maximeq; aduersantur. Non enim Iri & hospitis certamẽ uoluntate procorũ factum est: uiribus quidem hospes præstitit. Vtinam quidẽ Iuppiter pater & Minerua & Apollo sic nũc proci in nostris ædibus nutarent capitibus domiti, alij quidẽ in uestibulo, alij uero intra domum: eorum insup membra soluta essent, ut tunc Irus ille apud fores aulæ sedet nutans capite ob plagas ebrio similis: neque multum pedibus consistere nequit, necq; itẽ domum redire ob membra uerberibus quassa solutaq;. Sic igitur inter se colloquentibus, Eurymachus Penelopen alloquitur: O Penelope si oẽs Achæi, ut Iason Argos, te aspicerẽt, plures proci in nostris ædibus mane ad epulas conuenirent: quando forma, magnitudine ac ingenio cæteris præstas mulieribus. Illa uero: Eurymache, inquit, meam nempe & uirtutẽ & formam & corpus Dij destruxere quando ad Troiam Argæi profecti sunt, inter quos meus erat Vlysses: sed si ueniens ille meam iuuaret ac regeret uitam, maior longe mea gloria meliorq; fuerit. Nũc uero angor, tot mihi deus mala inflixit. Profecto quando ille abijt patrẽ relinquẽs, me dextra quoque corripiens ait: O coniux, non ego existimo Achæos omnis incolumes redituros: Nam Troianos ferunt uiros esse fortes ac bellicosos, insup

Eurymachus ad Penelopen

Vlyssis discedẽtis ad Troiam mandata

iaculatores optimos, equorum quoq; assessores, qui celeriter pugnam in bello ineuntes decernunt, quamobrẽ ignoro quidẽ si me deus reduxerit, seu ibi apud Troiã peream. Tibi hic curæ fuerint oĩa. Reminiscere patris ac matris meæ nunc maxime, si unq̃ me procul existente: & postq̃ natũ pubescentẽ uideris nube cui uolueris tuam relinquẽs domum: Sic ille dixit. At nũc oĩa euenere: Nox erit infœlix quando connubiũ me miseram petet, quam Iuppiter bonis oĩbus priuauit: sed hæc aĩo meo dolorẽ mœstitiamq; faciunt. Proci enim cõtra ius fasq; iamdiu optimam fœminam ac fortunati uiri filiam in matrimonium certatim petunt, atq; inter se contendunt. Ipsi boues & oues pingues absumũt, dant epulas & egregia dona puellæ amicis, sed nõ impune alienam deuorant rẽ. Vlysses autẽ inter hæc gaudebat quod ad dona quidẽ procos hoc modo Penelope prouocauerit, animosq; dulcibus uerbis demulserit, mẽs autẽ illi alia uoluebat. Antinous uero: Penelope, ait, dona quæ Achæorũ quicunq; uoluerit hic feret, accipe. Nõ enim munus negare fas est. Nos autem non ad opera neq; aliò prius ibimus q̃ te optimus Achæorũ, qcunq; is fuerit, uxorẽ accipiet. Antinoi sermo illis magnopẽ placuit. Itaq; præconẽ iussere dona cuiq; ferre. Antinoo peplum tulit, ubi duodecim erãt toriali oẽs aurei fibulis uersatilibus concinnati. Eurimacho autẽ monile aureum uarie laboratum, electrisq; uti sol micans intersitum. Eurydamanti duo ministri duos aurium ornatus tribus oculis laboratos, unde gratia splendebat

Procorum quisq; donũ affert Penelopæ.

debat maxima: Pisandro Polyctoridi famuli monile quidem admodum elegans attulere. Aliud quoq; alius pulchrum obtulit donum. Quibus acceptis Penelope in superiorem domus partem conscendit: dona ministræ tulerunt. Proci autem animos saltationibus, cantibusq; iucundis usq; ad uesperam mansere. Lætantibus igitur inter se ubi uesper aduenit, tres in ædibus faces ut lucerent statim constituere: circaq; ligna arida ferro excisa apposuere. Vlyssis quoq; diu absentis famulæ lampades p uices accendebant, quibus ille ait: Ministræ Vlyssis ite in superiorem domus thalamum, ut Penelopæ pudicæ assistatis: eamq; domi manentem oblectate, aut colos exercentes, aut lanā manibus aptantes. Ego uero interim his lumē præbebo, uel si usq; mane manere uelint: non enim me puto incessent, cum ualde sim patiens: Sic ait. At illæ inter se respiciētes risere. Formosa Melancho probris ac scommatis etiā lacessiuit. Hanc Dolius pater genuit, Penelope autem educauit, & uti filiam nutrijt, iocisq; ac delicijs adsuefecit. Non tamen Penelopes luctum ingrata repressit, sed Eurymachi complexibus miscebatur. Hæc igitur Vlyssem his iurgijs lacessebat: Hospes miser profecto cerebrum abs tete alio euolauit, mente excidisti Num non quiescere uis in domum ueniēs magnificā, atq; inter delicias: sed garrulus ipse plura cum pluribus uiris loquēs audacter atq; impudenter? num nō trepidas animo? seu tu forte nunc uinolentus es: an tibi semper hæc mens est? seu potius superbis quod Irum

Melancho iurgatrix lacessit Vlyssem.

uideris mendicum? uide ne quis Iro *fortior exurgat, qui manibus potentibus effracto capite te ex ædibus multo sanguine fœdatũ protinus exturbet.* Vlysses *autem illam torue aspiciens:* Dicã,*inquit,ô canis domino* Telemacho *quæcũq; locuta es, ut te membratim incidat: sic igitur dicens uerbis fœminas pterrefecit: sicq; ab eis abscessit.* Illæ *stupore subito correptæ ac membris fere solutæ expauere: qđ grauiter ac uere ipsum locutum fuisse existimarẽt.* Post *hæc iuxta faculas ardentes oĩbus apparens, fulgidus constitit: sed & animo iam incitatus ea cogitabat quæ postea perfecit.*

Procos *attamen* Minerua *nõ adhuc ab iniuria abstinere permiserat, ut* Vlyssem *magis laboribus exerceret: inter quos* Eurymachus Polybi *filius* Vlyssem *iurgijs incessens, ac socijs risum excitans:* Audite *me, inquit, proci inclytæ reginæ, ut dicam quæ me animus hortatur, nõ sine numine* Diuũ *hic uir ad domũ* Vlyssis *uenit, mihi uidetur facularum splendorẽ ipsius inesse capiti, quod nec crines neq; pili conspiciãtur.* Ad Vlyssem *deinde uersus:* Hospes, *inquit, nempe uti uideo uelles nutriri. sed ego te ad agrũ conducã, merces idonea tibi erit sepes colligando, arbores plantando, hinc ego tibi frumentum in totũ annum dabo, uestes præterea calceosq; pedibus: uerum quando semel artes didicisti malas, nolles opus facere: sed per populũ mendicare uis potius, ut uentrẽ tuum ignauũ habeas unde pascas.* At Vlysses: Eurymache, *inquit, si ueris tempore quando longi sunt dies nobis sit operis contentio,*

tentio, in herba usq; ad nubes alta falcem ego incuruam teneam: tu uero similẽ, ac ieiuni in opere perseueremus: Si itẽ boues adsint aratro optimi magniq;, & ambo herba saturi, ætate insuper roboreq; pares, & quatuor in die iugera arare sint apti, gleba quoq; facile aratro cederet, tunc me uideas si arduam mensuram primus absoluerem: si præterea bellum hodie Iupiter excitaret, mihiq; scutum eßet, aut duæ hastæ, & galea prorsus ærea capiti aptata, me nũc inter primos uersantem pugnatores uideres, nec mihi probro uentrem obiectares. Nũc uero iurgijs me petis, uiderisq; magnus ac potens esse, quod inter paucos & ignauos hæc iactas. Si Vlysses rediret in patriam, statim tibi fores, quamuis latæ existentes, fugienti angustæ uiderentur. Eurymachus uero ad hæc magis aīo succensuit, ac illum torue adspiciẽs: Ah miser, inquit, tibi statim profecto malum infligam, qui inter tot uiros impudenter loqueris, nec aīo trepidas: certe uel tu nunc uino grauaris, aut talis continuo tibi mens est, ut sermone tam stulto sis: Sic dicens scabellum corripit. At Vlysses Eurymachum metuens, ad Amphinomi Dulichij genua confugiens sedit: cui ille iaciens pincernam manu ferijt dextra, ex quo gutturnium in terram cadens sonitum dedit, at ille gemẽs supinusq; humi corruit. Proci autem per ædes conuenientes sic alter alteri dicebant: Vtinam hospes hic errando alibi perijßet priusquam huc uenißet, non tantum profecto strepitum tumultumq; attulisset: nunc cum mendico con

dico cõtendimus,nec ulla cibi oblectatio deinceps erit quoniã peiores potiũtur. Quibus Telemachus ait: Infœlices insanite,nec amplius cibũ itemq; potũ abscondite,Deorũ uos aliquis procul dubio cõcitat,sed laute epulemini,discumbite,meã petite domum quando suadet animus,ego uero uestrũ nemine insequar: Sic ait: Illi oẽs mordicus labris inhærentes Telemachũ admirabantur,q tam audacter locutus esset,inter quos Amphinomus sic loqui cœpit: O socij nullus deinceps ius fasq; uerbis contentiosis lacessens,lædat alios:neq; hospitem hũc exagitet,neu aliquẽ ex Vlyssis domus ministris. Igitur pincerna à pateris incipe, ut plane libantes discumbamus: deinde discedentes hospitem in Vlyssis domo relinquamus: Sic ait: sermo cũctis placuit Itaq; Mulius præco Dulichius Amphinomi minister uina fudit,oĩbusq; uiritim distribuit, illi uero Dijs libantes dulce potauerunt merũ: Vbi uero libauerũt,ac quantũ iussit aĩus potauere,quisq; suã repetijt domum.

Finis Libri Decimioctaui.

¶ Ausonij poetæ,in.XIX.Homeri Odysseæ librum Argumentum.

AT parte interiore domus secretus Vlysses.

¶ Vlysses cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur, procis perniciem comparãtes;nequid aut munimenti,aut tæli relinqueretur:qui vel cauere vim vel inferre possent, ad Penelopen inde accitu ipsius pergit. Ibiq; vt Eumæo dixerat, Cretensem se esse mentitur. Vlyssemq; apud se hospitio diuersatum comminiscitur. Mox cũ Eurycleia eius nutrix hospitalis officij causa pedes eius elueret,tactu manus animaduertit cicatricem, quam habebat ex vulnere in Parnasso quondam suis dente percussus,Quo argumento alumnum suum esse agnoscit. Sed ab eodem(nequid vltra vel quæ sat,vel garriat)coercetur.

ODYSSEÆ
Liber. XIX.

VLyßes igitur poſtquã domi relictus eſt, procis cædem animo unà cum Minerua meditatur. Itaq; filium alloquitur: Telemache arma intus oĩa ponere oportet, ac procos nihilominus uerbis placabilibus lenire: quando abs te cauſam requirunt, dic quemadmodum ex fumo eadem aßerens condidiſti: quod nõ ea uideantur, quæ Vlyſſes ad Troiam diſcedens reliquit: uerũ ſemiuſta ex ignis uapore. Præterea hoc magnũ menti mihi Deus iniecit: ne uos per ebrietatẽ tumulum forte excitantes, inter uos mutuis uulneribus petatis, menſamq; ac ſponſalia fœdari contingat: ipſum enim ferrum hoĩem inuitat. Telemachus itaq; parenti ſtatim obtẽperat, Eurycleamq; ad ſe uocans: Nutrix, inquit, agedũ fœminas omneis ſuperius domi contine, donec in thalamum pulchra patris arma condamus, quæ fumus ꝑ domum eo abſente inquinauit Ego uero paruus erã, nũc uero ſeponere uolo, ne ignis uapore inficiantur. Cui Euryclea: Vtinam fili, inquit, in aĩm inducas prudentẽ, domum curare, remq; oẽm cuſtodire. Sed quis quæſo deinde ueniens lumen feret, ſi famulas nõ ſinas exire aut apparere. Hoſpes hic, ait Telemachus. Non enĩ ocioſum ſinã, quum longe ueniens meũ edat frumentũ. Illa mandatũ uelociter exequitur, fores ædium claudit. At Vlyſſes & filius ſeſe operi

operi accingentes intus tulere galeas, scuta, hastas, quibus Pallas lucernam aureã tenens nitidũ lumen praestabat. Tunc Telemachus patrẽ clare uocans: O pater, inquit, mirum oculis hoc aspiciamus: nunc domus contignationes abiegnaeq; trabes & columnae altissimae more ardentis ignis apparent, certe intus aliquis est Deus. Tace, inquit Vlysses, apud te tene, ne quaere Deorum est fas. Tu haec recense: ego te hic relinquã, donec & famulas & matrẽ tuam uerbis irritem atq; accendam, quae me lugẽs singula interrogabit: Sic ait. At Telemachus ex aula in thalamum cum facibus uenit, ubi dudum dormire quando somnus irreperet consueuit. Hic itaq; nocte quiescens, aurorã expectauit. In aula autẽ Vlysses relictus est, unà cum Minerua de nece procorum agens. Penelope interea Dianae similis è thalamo processit, cui iuxta ignem sedẽ posuere ebore & auro laboratã, quam architectus Icmalius fecit, sub pedibusq; scabellũ posuit ex ipsa sede nascẽs ubi & puluillum ingentẽ subiecit. Hic igitur cõsedit, famulae itẽ ex aula in thalamũ uenere: frumentiq; multum, mensasq; ac pateras, unde proci biberent, attulerunt. Ignem praeterea à lampadibus ad humum demittentes, ligna multa lucis gratia accenderunt. At Melancho iterũ Vlyssem exagitare coepit: Hospes etiam nunc hic pernoctabis p domum discurrens, & mulieres aspiciens, exi miser foras, nostrã mensam tuo fastidio leua, uel tu face percussus foras p uim traheris. Hanc Vlysses torue aspiciens: Infoelix, ait, cur me ita iniquo

Telemacho uidetur domus instar ardẽtis flãmae.

Melancho minatur Vlyssi uerbera nisi abeat domo

iniquo petis animo? an quod tibi sordeo, aut malis sum indutus lacernis (mendico namq; p populum) necessitas sic cogit. Tales enim pauperes & errones sunt. Nam & ego diues domum diuitẽ inter hoĩes habitabam: sæpeq; inopi subueni tali, qualis utinam esset, qui tui nunc indigẽs uenit. Erãt quoq; famuli mille, aliaq; multa, quibus hoĩes bene uiuunt ac fortunati uocãtur: sed Iuppiter me deiecit, sic illi placitũ: quamobrem ne quæso tu mulier, cum sis inter famulas princeps, à me penitus oẽm aufer lætitiam, ne forte hera tibi infesta atq; irata sit, uel Vlysses ueniat, cũ adhuc spes aliqua sit. Si autem is perijt, neq; amplius est rediturus, at filius iam talis est Apollinis uoluntate Telemachus, quẽ nulla fœminarum in aula inique agens latet: sed nondum est ut pœnas capere possit. Hunc igitur Penelope querentẽ audijt, famulamq; uehementer increpuit, compellansq;: O nimis audax, inquit, canis impudens magnum ausa facinus, qđ tuo capite lues: cuncta enim probe nosti, quod tristitia uehementer afficiar. Idcirco hospitem de uiro percunctari uolebam. Ad Eurynomen uersa: Fer, inquit, huc sellam, puluillumq; insuper ut hospes sedeat: ac mihi referat, ipseq; me audiat: uolo namq; percunctari: Sic ait, illa obtemperat. Vlyßes sedit, Penelope incipit: Hospes ipsa primum te hoc rogo, quis, aut unde gentium es, ubi tibi patria aut parentes? Cui Vlysses: O mulier, ait, nullus tecũ mortaliũ supra terrã contendet; qđ tua fama ad cœlũ usq; peruenerit, ut regis alicuius optimi, qui multis

Penelope Vlyssis genus & patriam ex eo sciscitatur.

ac for-

ac foribus imperitans uiris ius dicat: terráq; apud eũ nigra triticum, ordeáq; ferat. Praeterea optimas oues producat, mare uicinũ ex copia pisces praebeat, deniq; populi placidi laetiq; sint. Idcirco me alia in tua domo interroga: ne meũ genus aut patriã inquire, ne me magis tristitia haec memorantem afficias, sum namq; aio ualde afflictus, neq; me opus in aliena domo lugentem aut dolentẽ considere. Quaeri autẽ ab re semper deterius. Ne quis forte famulorũ seu etiã tu ipsa me q̃d ui no sim grauis lachrymare putetis. Penelope: Hospes inquit, meã & uirtutẽ & formã simul cũ corpore Dij perdidere, cum primũ Argaei Ilium petierunt, cũ quibus & meus profectus est Vlysses: q si forte redierit, meamq; uitã curauerit, mea gloria famaq; pulchrior & maior eßet: nũc uero angor. Tot enĩ mihi Deus intulit mala quot existunt principes uiri, q in insulis, Dulichio, Same, Zacyntho, ipsamq; Ithacã circũcolunt: cũ hi sane oẽs mei sint proci, meq; probris affectã petunt, domũq; absumunt: quamobrẽ neq; hospites curo, neq; supplices, neq; item praecones q opifices sunt, sed tantũ Vlyssem desiderans aĩo moereo. Illi namq; nuptias meas urgent: ego uero dolos cõmentor. Pharum quidẽ mihi Deus menti immisit, tenue quidẽ ac rotundum ut domi texã, dixiq; palã eis: Iuuenes mei proci, postq̃ Vlysses extinctus est, meũ expectate connubiũ, donec pharũ absoluã, ne tela pereat. Laërti seni funebris tunica cõficienda, q̃primum de uita decesserit, ne qua Achaearũ mihi impietatẽ obiectet: si is q multam possideat

Penelope narrat hospiti Vlyßi ut procos fefelleret.

possideat substantiã, sine tunica nudus iaceat: Sic eis dixi. At illi psuasi. Hic ego interdiu magnã persequebar telã, nocte uero facul is positis resoluebã. Hoc itaq; modo tribus annis Achæos psuasos celaui. At postq̃ quartus annus horis & diebus ac mensibus iã cõsumptis uenit, tũc me p famulas canes minime curãtes oppugnauere, ac uerbis magnopere uexauere: ubi pharũ absolui, nolens quidẽ & coacta nuptias effugere nequeo, neq; aliam uiã ullam inuenio: parentes insuper nubere hortantur: filius quoq; uidens à procis rẽ absumi irascitur. Iam enĩ uir, magnusq;, domũ ac rem familiarẽ curare est aptus, cui Iuppiter gloriam præbet. Sed tu quæso, narra unde tibi genus: non enĩ ex antiqua quercu seu saxo existimo. Ad hæc Vlysses: O cõiux, inquit, pudica Vlyssis, nõ hæc profecto interrogando meum extingues luctũ: sed uere affirmo, meum dolorẽ longe q̃ antea maiorẽ reddes: fas etenĩ. Nam quanto tẽpore uir tuus abest à patria, tanto ego nũc multas hoim urbes pererro, multos itẽ patior labores, Sed ut enarrem tandem quod rogas ac quæris:

Penelope quærit ex hospite genus.

Creta Iouis summi medio iacet insula ponto,
Pulchra quidem ac pinguis, circumflua fluctibus atris.
Intus mortales multi, populiq; frequentes.
Nongenas habitant diuersis uocibus urbes.
Sunt & Achæorum gentes, sunt Eteocretes,
Dorensesq; simul, fortesq; ad bella Cydones:
Sunt etiam, quorum fama celebrata, Pelasgi:
Quos inter cunctos pollet pulcherrima Gnosus.

Descriptio Cretæ unde Vlysses fingit se oriundum.

Hic ubi sceptra nouem Minos exercuit annis,
Consilio Iouis excelsi dignatus in antro.

Is patris mei Deucalionis pater fuit: Deucalion uero me atq; Idomeneũ regem genuit, uerum ille Ilium unà cum Atride petijt. Mihi nomen inclytũ Æthoni natu minori est. Ille maior sane atq; melior. Hic ego Vlyssem uidi, hospitioq; excepi, cum in Cretã uis uenti eum adduxisset Troiã petentẽ. Ad littus enim Maliense impulsus, apud Amnisum constitit, ubi Dianæ spelũca in duris ac difficilibus portibus: uix autẽ procellas euitauit: statimq; in urbẽ ueniens, Idomeneũ uestigauit. Hospitẽ enim illum dicebat suum charũ ac uenerabilẽ. Huic igitur decima iã siue undecima dies aderat Ilium petenti, quẽ ego domum ducens hospitio diligẽter excepi, multis in domo existentibus, ei quoq; ac eius socijs sequentibus publice farinã dedi, ac uinũ rubrum, & boues ad sacrificandũ, ut animum expleret. Hic igitur Achæi duodecim mansere dies. Ventum namq; boream durum quidã concitauit Deus, ex quo supra terram consistere non erat: die tertia posuit. At illi soluerunt: Dixit, multa uero similia mẽdacia cõmemorans. Illa uero audiens lachrymas fundebat, ac toto corpore liquescebat: ueluti nix altis montibus ab Euri impulsa flatibus, Zephyri postea tepore liquescit: ex quo flumina ex unda fluente replentur: Sic illa uirum præsentẽ plorante, lachrymis genæ decora liquebant. At Vlysses ingemens suã tacite miserabatur uxorẽ. Oculi tamen ueluti cornu aut ferrum

immobiles in palpebris minime nutabant, de industria lacbrymas dißimulans. Penelope uero postq̃ luctu exaturata est, rursus illũ alloquitur: Nunc hospes profecto experiar, si meũ uirũ domi hospitio unà cũ socijs exceperis: Dic sodes qua nã ueste indutus erat, ipseq́; qualis erat, quales & socij q eũ sequebãtur? O mulier inquit Vlysses, difficile sane de tã longo tempore loqui. Iam uicesimus est annus, ex quo inde ex mea patria discessi: attamen quod mihi uidetur dicã. Ego lænam purpuream & delicatã duplamq; Vlyßis habui, cui fibula erat aurea geminis foraminibus: in priori autẽ parte uarie laborata erat. Canis enĩ pictus uidebatur, hinnulũ ante pedes ore tenens ac suffocans: ille effugere cõtendẽs, pedibus micabat: turba circa astãs ex auro facta mirabatur. Præterea Vlyssis corpori tunicam uidi, adeo tenuẽ molleq́;, ut cepæ membrana: ita fulgida, ut sol uideretur, multæq; illã fœminæ admirarentur. Sed & aliud dico, qđ non satis scio. si hanc cũ discessit domi amictus secũ tulit, seu sociorũ aliquis naualium, uel hospes alius alicubi ei dederit: qđ multos Vlysses haberet amicos, inimicos uero paucos. Ego quoq; illum ense, tunicáq; purpurea dupla talari donaui: ac cũ honore in optima naui trãsmisi. Illum deniq; præco aliquantulũ maior natu sequebatur. Quõ autẽ esset dicã: humeris rotũdis, atro colore, crinibus densis Eurybates noĩe, quẽ Vlysses præ cæteris socijs honorabat, qđ honesta sentiret: Sic ait. At Penelopæ magis luctus adauctus desiderij, signa cognoscẽti quæ ei certa

narrauit Vlysses: ubi uero lachrymis satis indulsit, illum rursus alloquitur: Nūc hospes antea mihi miserabilis existens domi meæ, deinceps gratus ac uenerabilis eris. Ipsa uestes illi quas tu nominas dedi ex thalamo plicans, fibulāq; addidi fulgentē, ut mei monumentum. Hunc ego, satis puto, nō excipiam amplius domi reducem, quamobrē malo exijt fato in naue, ut Iliū pessimum & ignobile sequeretur. Cui Vlysses: O uxor, inquit, pudica Vlyssis ne corpus amplius corrūpe, neue aīm consume uirum lugendo. Non tamen mirum, neq; Nemesim propterea prouocas. Quod si alienum aliqua uirum, cui cōpressa filios peperit, amissum luget, quanto magis tu Vlyßem quem Dijs similē esse dicunt? Sed iā luctu desine, meq; audi: uera namq; tibi loquar, neq; occultabo, q̄ de Vlyssis reditu audiui, prope Thesprotos in populo frequenti uiuum esse, multaq; ac pretiosa secū portat rogans ac mendicans p populum socios tñ charos in mari amisit ex insula Trinacria ueniens, cui Iuppiter & Sol aduersi sunt. Solis nāq; boues socij perimerunt, quāobrem oēs in mari perierūt. Vlyssem uero supra nauis carinā in terrā Phæacensiū deportatū uidi, q Dijs proximi sunt, eumq; supra sortem honorauere, multisq; donis munerauere, ac ut rediret incolumis auxilio fuere. Et profecto hic dudum Vlysses fuisset, sed hoc utilius ei uisum, multū telluris obire, ut pecuniā multā mendicādo subtraheret, mille hoīm astus ac fraudes probe effingere nouit: in quo genere nulli mortaliū ceßit, quemadmodū hæc oia Phedon The-

don Thesprotorum rex mihi narrauit: iurauitq; domi libans nauem retinere, & socios incolumes esse, q eũ in patriã comitantur. Sed me prius misit: contigit enĩ nauem quandã Thesprotorũ Dulichiũ uenire: & opes mihi monstrauit, quantas Vlysses coẽgit: & profecto in decimam progeniẽ aliquẽ pascerent ea quæ in regijs ædibus pretiosa ipsius sunt. Vlyssem igitur Dodonem proficisci dicunt, ut Iouis ex quercu oraculũ sciscitetur, an iam dudum absens, palam seu clanculũ sit rediturus in patriã. Itaq; quemadmodũ Vlysses tuus saluus est, ac cito redibit, nec diu à patria aberit, tibi iurabo: Testor nunc Iouem Deorum maximũ atq; optimum, domũq; Vlyssis quã petij, quod oĩa quæ tibi narro cuncta fient, & hoc ipso anno inter huius finem mensis & alterius principiũ euenient. Tunc rursus Penelope: Hospes, inquit, utinam quod ais eueniat, beneuolentiam in te meã protinus cognosceres, multáq; munera ex me feres, ut te forte aspiciens quilibet beatum dixerit. Sed mihi animus diuinat, quod & puto erit, ut nec Vlysses domũ redibit, neq; tu in redeundo ad tuos iuuaberis, quoniã non sunt uiri domi ea præditi humanitate, qua Vlyßes erat ad hospites excipiẽdos ac comitandos: sed uobis dico famuli, hunc hospitẽ lauate, ponitéq; cubile, lectos, lænas, stragulaq; ornata, ut probe fotus auroram expectet. Mane autẽ prima luce lauate, ungite, ut intus unà cũ Telemacho sedens in aula cœnet. Si quis autẽ acerbus hunc lacessiuerit, incõmodum inueniet: nihil hic deinceps utilis quicũq; operis aget,

ris aget, uerum ad iracundiam me potius prouocabit. Sed quonam modo scis hospes me præter alias fœminas aio & prudentia præstare: si eni ipse cōsumptus macie, male indutus in aula pasceris: hoies autē breuis sunt uitæ. Quicūq; enim innitis ipse fuerit, & tā tum inhumana sapiat, huic & uiuo hoies mala imprecantur, & mortuum postremo insectantur. Qui uero bonus ac comis ipse fuerit, ac aio bene sentiat, huius gloriā hospites late p omnes ferunt populos, bonūq; prædicant. O coniux Vlyssis pudica, inquit ille, mihi læna & singula pulchra despecta infensáq; sunt ex illo tempore, quo Cretæ montes reliqui in mari iens. Iaceo quidē, iamdiu noctes insomnes ducens: multis nāq; noctibus in domo uilissima dormiui, diem libenter expectans: quamobrem nulla ex his ancillis tuis, quæ domi res curant, meos pedes attinget, nisi anicula fuerit aut uetula, animumq; prudens, quæ tot passa fuerit quot ego mala. Hanc ego nō recusabo quin meos attingat pedes. Cui Penelope: Nullum profecto, inquit, hospes, longe ueniens tā sapiens meā petijt domum atq; tu es, qui prudenter oia loqueris, Mihi autē uetula est lōge prudentissima, quæ illum miserū educauit atq; nutrijt, manibusq; prima ex utero matris excepit. Hæc quanq breui corpore est, pedes tibi lauabit. Heus Euryclea, huc ades cito, laua tui heri sociū ac coæuum. Nam & Vlysses iam talis esse debet, pedibus talis, & idē manibus: quum in laboribus hoies constituti uelociter consenescant. Anicula uero ora manibus opponēs lacbrymas fu-

Accersitur Euryclea ut hospitis corpus lauet.

nas fudit, dolensq; sic ait: Heu fili q̃ anxia sum quum de te cogito, quẽ diuino præditũ aĩo Iuppiter præter cæteros hoĩes odio prosequitur: neq; ullus est, qui Ioui tot sacrificia ex pinguibus cruribus adoleuerit, quiq; plures electas fecerit hecatõbas, quot tu supplex dedisti, ut ad senectã incolumẽ puenire, & nobilẽ educare filiũ tibi liceret. Hunc uero diẽ reditus in patriã tibi penitus abstulit. Deinde ad hospitẽ conuersa inqt: Sic eñi mulieres Vlyssem quũ in domũ diuertisset tuã longe uenientẽ forte insectabantur ac deludebãt, quẽadmodũ hæ canes nũc te, quarũ nunc iniuriã ac probra euitans nõ permisisti ut te lauent, me autẽ minime inuitã Penelope iussit hoc officiũ subire: quamobrem ipsius primũ, deinde tua causa te lauabo: nã meus curis agitatur aĩus: hoc eñi nunc ex me audi qđ dicã. Multi nãq; hospites miserabiles huc uenere. sed nullus corpore, uoce, pedibus tã Vlyssi similis atq; tu es. Sic dicunt, inqt Vlysses, ô uetula quicũq; nos oculis uiderint, nos uehemẽter similes, ut tu nũc ais esse. Post hæc uetula lebetẽ fulgentem lauandorũ gratia pedum corrripit, aquam copiosam frigidã fudit, deinde calidam addit. Vlysses uero ad ignẽ sedit, statimq; in mẽtis tenebras uenit: cogitabat eñi ne illa cicatricem pedis recognoscens rẽ deprenderet. Dum herũ suum lauaret, subito ex cicatrice cognita eũ esse intellexit. Hãc sus illi dẽte olim inflixit Parnesum uenienti ad Autolycũ auum suũ maternũ, q cæteris mortalibus furto & periuria præstabat: dono quidẽ Mercurij, cui grata hœdorum

Vlysses agnoscitur ab Euryclea ex cicatrice.

S 4 & agno

& agnorum sacrificia obtulit: ille uero propósito eius prompte obsecutus est. Autolycus itaq; Ithacã ueniẽs nepotem nuper ex nata genitũ duxit secum, quẽ Euryclea mater in prandio quiescenti ad genua posuit, aitq; Autolyce ipse nunc nomen inuenias qđ filiæ tuæ filio ponas, indictus enĩ tibi est. At ille: Gener, inqt, meus & filia mea, nomen qđ ego dicã ponetis: per multos ego uiros, multas itẽ mulieres laboribus afflictus huc ueni, quamobrẽ Odysse nomen huic esto: quando autẽ pubescens ad domum maternã uenerit Parnesum, ubi mihi possessiones existũt, ex illis enĩ munerabo lætũq; remittã. Horũ itaq; donorũ gratia Vlysses eò uenit, quẽ Autolycus & eius filij manibus placidisq; uerbis consultauere. Auia quoq; materna Amphithea caput & ambos oculos exosculata est. Autolycus filijs cõtinuo iussit cœnã parare. Illi cõfestim obtẽperauere, statimq; bouẽ marẽ qnquennẽ tergore diripuere, ac oĩa exponẽtes minutatĩ probe inciderũt, uerubusq; tremẽtia fixere: assata demũ in partes diuisere. Postea uero

De Autolyco Vlyssis auo.

Vnde nomẽ Vlyssi indiderit auus.

Sol fere ad occasum quũ iam properaret, in amplis
Ædibus accumbunt, animis nec copia rerum
Defuit: at postquam Oceani subit alta, cubilis
Iam memores, dulcis captarunt munera somni.

Descriptio uenationis

Quum primum illuxit stratis excita iuuentus
Venatum parat ire, fremit iam murmure campus.
Autolyco nati, quos est sectatus Vlysses,
Parte alia canibus comitati, ad culmina montis
Conscendunt nemori Parnesi qui occubat alti.

Nec

Nec mora, sol tenuis oriens quum lumina ferret,
In saltus nemorumq; canes tunc auia læti
Præmittunt iuuenes. syluasq; indagine cingunt.
Pone sequens socios hastam uibrabat Vlysses.
Hic & in insidijs latitans, longoq; recessu
Immensus uernabat aper: quem tegmine syluæ
Frondibus obscuræ septum, non ulla ruentum
Tempestas ualuit uentorum attingere, nunquam
Cætera sol radijs penetrans, non impetus imbris.
Tunc aditus facilis patuit canibusq; uirisq;.
Ergo aprum telis circumpetiere frequentes
Arboribus fultum crebris: sed protinus ille
E latebra ueniens aduersos currit in armos,
Atq; oculis igni flammantibus acre tuetur:
Hos iuxta frendens irato constitit ore.
Quem prius insurgens hasta furibundus Vlysses
Sponte ferire parat: præuenit dente maligno
Sus prior, & carnem longe penetrauit ad imam
Genua super, non plaga tamen grauis attigit ossa:
Ipse feræ dextrum uelox transuerberat, hastæ
Cuspide mox humerum: quo protinus illa cruenta
In terram cecidit, uitamq; efflauit in auras.

Vlysses adhuc adulescens ab apro uulneratus.

Autolyci autē filij circa Vlyssem solliciti uulnus alligauere. Deinde incantatione sanguinē represserunt Ita ad chari parētis statim domū se receperunt: mox illi cū patre Autolyco Vlyssem probe prius ab eis ex uulnere curatū ac lætū, ad urbē Ithacam cū præclaris muneribus remisere. Parētes uero redeuntē uidentes

Vulnera incantari solita.

gauiſi, ſingulaq́; circa plagam quam eſt paſſus pcunctati ſunt. At ille eis oĩa ordine narrauit, quẽadmodũ iens Parneſium cum Autolyci filijs in uenatione apri dente ictus fuerit. Hoc igitur uulnus uetula noſcens, ac premẽs manibus pronis delinijt. Pedẽ deinde uaſtũ Vlyſſes in lebetẽ miſit. Ille præ mole inſonuit in alteram rurſus partẽ inclinatus, ex quo aqua ſtatim in terram effuſa eſt. At uetula gaudio ſimul & dolore animi capta, ex oculis frequẽtes fundebat lachrymas, illiq́; barbam demulcens ſic ait: Profecto Vlyſſes es chare fili. Non ego te prius noui herũ meũ q̃ totũ attrectauerim. Tunc Penelopen oculis aſpiciens, uirũ chariſſimũ ei intus exiſtenti manifeſtare cupiebat: at illa nec aſpicere contra potuit nec noſſe, quod Minerua mentem auertiſſet. Vlyſſes uero manu dextra iugulũ Eurycleæ cõpreſſit, altera uero manu illi propius adherens: Nutrix, inquit, cur me pdere uis, tu me hubere tuo nutriuiſti, nunc poſt uarios caſus uitæq́; labores, mœſtus in patriã reuerti: Sed quando me noſti, tibiq́; deus manifeſtauit, tace quæſo, ne qs alius in aula ſentiat: Sic enĩ dico quod & eueniet ſi deus procos ſub me plecti dederit, nõ te q̃q̃ nutricẽ, ſi es in cauſa, puto dimittam, quũ alias domi famulas interimam. Cui Euryclea: Nate mi, inquit, qd ais? Noſti quẽadmodũ mea fides firma nec abiecta ſit, eritque ueluti ſolidus lapis aut ferrum: ſed & aliud tibi dico, ſi deus ſub te procos de medio tolleret, tũc ego famulas tuas quæ in te crudeles fuerũt, teq́; ac domum tuã dedecorarũt, recenſebo. V

Vlyſſes Eurycleam cohibet ne ſe prodat

bo. Vlysses: Nutrix, inquit, nõ tu has recensebis, nõ eni oportet: ego namq; ipse late referam, ac singulas manifestabo: quin tace potius, tecumq; rẽ tene, ac tantũ dijs commenda: Sic ait. Anus uero ex aula digreditur rursus labrũ allatura: priorẽ enim aquam omnem Vlysses effudit, at postq̃ lauit, oleóq; unctus est, ut calefieret sellam prope ignem admouit, cicatricem lacera sua ueste obtexit. Cui Penelope: Hospes, ait, moneo et hoc parumper, hora iam lecti dulcisq; somni est, quo quilibet uel in curis existens libenter capitur: at mihi luctum deus sine fine dedit. Diebus enim fletu ac querelis me oblecto, meum simul & famularum respiciẽs opus: ubi uero nox uenit, omneisq; cubile habet, iaceo quidem in lecto, sed curis frequentibus ac mordacibus uexata, animoq; irritata.

Pandaris ut quondam florens Philomena puella
Vere canit primo, ac trunco super arboris astans
Ingeminat mœstum uario modulamine carmen,
Flens Itylum puerum, ferro quem perculit ipsa
Mentis inops Zetho susceptum coniuge dudum.

Sic itẽ meus angitur animus, & in duas diductus partes bifariam agitatur, an apud filium maneam, omniaq; diligenter curem, rem, familiam, domum, uiri thalamum, simulq; populi famam uerear: an potius ineptias procorum sequar, illiusq; qui in aula maiora mihi obtulerit: Filius autem meus dum puer erat, nubere me non pmisit uiri domum relinquentem. Nunc ubi grandis est factus & ad pubertatem uenit, me cõtra rogat

Penelope narrat Vlyssi suum somniū coniectandū

ut ex domo exeam, iratus ob rem, quam Achæi edendo absumunt: Sed audi quæso insomnium meum atq; coniecta. Anseres mihi per domum uiceni triticum edebant ex aqua, illosq; lætabar aspiciēs: ueniēs autē ex monte ingens aquila, incuruo rostro omneis ceruicibus inuasit atq; pemit. Illi uero in aula prostrati iacuere. Aqla in aëra sublata est: ego autē flebam querebarq; in somnis. Circa me Achææ mulieres cōueniebant, luctu affectam, quod mihi anseres aquila extinxisset. Illa quoq; rursus reuertēs supra celsiorē tecti partē constitit ingentiq; uoce me cōpellans ait: Icari filia confide, nō enim somniū, sed reuera bonum, quod & eueniet. Anseres enim proci sunt, ego tibi aquila auis antea eram nunc uero tuus uir ueni, ut oībus procis mortem turpissimam afferam: Sic ait illa. At me dulcis reliqt somnus. Vestigans deinde anseres, domi reperi triticum comedere apud scyphum, ociose quidem ac coram. Ad hæc Vlysses: O mulier, inquit, nondū est insomniū manifestare aliò inclinans, quoniam ipse Vlysses oīno cogitat quomodo rē perficiat, exitiumq; omnibus inferat procis, quorum nullus profecto mortē euitabit. Penelope uero inquit: Certe hospes insomnia uana sunt ac frustra. Neq; hominibus omnia eueniunt.

Somni portæ.

Sunt geminæ somni portæ, quarum una uocatur
Cornea, apud stygios pariter: sed & altera eburna,
Hac penetrans somnus uerba imperfecta reportat
At quicunq; uenit portæ de limine primæ,
Vera refert dulci correpto membra sopore.

Sed

Sed non hinc mihi puto graue insomnium uenisse, quod certe mihi filioq; meo gratissimum esset. Sed & aliud tibi dico: Hic dies *malus & infamis erit qui me ab* Vlyssis *domo diuidet.* Nunc *uero certamen ponam secures, quas ille in suis ædibus constituit, quercubus aptas scindendis, ordine omnes duodecim : nam idem procul astans telum iacere solebat : nunc procis hoc proponam certamen, quicunq; facillime hunc arcum manibus tendet, ac per easdem secures iaculabitur, huius ego sequar connubium hanc relinquens domum, quam primam bonamq; satis ac diuitem habui, cuius itē uel dormiens puto quandoq; reminiscar.* Ne, *inquit* Vlysses, *hoc domi certamen differas :* Nam *prius* Vlysses *redibit, quàm hi arcum attrectantes neruū tendant, aut per ferrum iaculentur.* Cui *rursus* Penelope:Si *uelis, ait, hospes me assistendo oblectare, oculis profecto somnus non serperet.* Sed *non est ullo modo insomnes esse homines: quietis enim partem* Dij *cuilibet supra terram dedere.*Ego *uero nunc in superiorē domus partem ascendam in cubiculum, mihi luctuosum ac iugiter meis lachrymis perfusum, ex quo* Vlysses *infœlix sequens* Ilium *discessit, ubi dormiam: tu quoq; in hac domo dormies uel humi stratus, aut in lecto positus:*Sic *dicens ascendit, nec sola : sed alijs comitata ministris: cum quibus simul flebat sup charo uiro donec oculis dulcem* Minerua *somnum immisit.*

Finis Libri.XIX.

¶ Ausonij poetæ, in. XX. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

IAm mq; procos genua amplectens orabat Vlysses.

¶ Epulantibus procis Ctesippus in Vlyssem crus bubulum iacit: sed destinatione nõ potitur. Theoclymenus autẽ apud Ithacenses diuinationis expertus imminẽs procis vaticinatur exitium, quorum multa cauillatione derisus, mensa & domo tanquam furiosus excluditur.

ODYSSEÆ
Liber. XX.

VLyßes uero in uestibulo dormijt crudumq; bubulum tergus subtus strauit: pelles quoq; ouinas multas, quas Achæi immolauere supra extendit. Eurynome uero lænam dormienti superiecit. Hic igitur Vlysses male cogitans procis uigilando iacebat. At famulæ ex aula discedebãt hæ, quæ cũ procis concũbere cõsueuere, inter se risum ac lætitiã cõmunicantes. Vlysses uero aio cõmotus secum frequenter uersabat, an subitã mortẽ insurgẽs illis infligeret, an illas cũ procis supremo tantũ cõcubitu cõmiscere fineret: corde autẽ intus laborabat, ueluti canis molles circa catulos fouẽs uirũ ignorãs latrat, pugnareq; cupit Sic ille secũ latrabat admirãs, odioq; psequens facta improba: ex quo pectus sibi pcutiẽs aiu uerbis increpuit: Sustine anime, peiora lõge quãdoq; passus es die illo quo nefandus Cyclops socios fortissimos comedit. Tu uero es ausus, donec p animi prudens cõsiliũ ex antro in quo periturus uidebaris te seruasti:

Vlysses uaria noctu secum uersans.

Sic ait,

Sic ait, & tumidam uoluens in pectore mentem,
Continuit huc illuc se uertēs: ueluti uir q uentrē nidore ac sanguine plenum apud ignē copiosum hincinde uoluit ac uariat, uelociter assare cupiēs: Sic Vlysses in oēm partē uertitur, quonā modo procis manus inijciat solus existēs. Minerua inter hæc cælitus descendens mulieri assimilata, ei propius accedēs supra caput asti tit, atq; ait: Quid uigilando cruciaris oīm miserrime hoīm. Domus iā tibi hæc est, uxorq; in domo, filius insup qualē quisq; cuperet. Nempe, inqt Vlysses, oīa recte dicis, sed hoc aio uoluo, quomodo procos solus existens manibus aggrediar. Illi enī cōtinuo cnogregati sunt intus. Hoc insuper malus meditor, si Iouis ac tuæ fiat uolūtate, ut eos interficiā, quomodo fugiam? hoc ego te narrare uellm. Cui Minerua: Miser, inqt, alius quidē socio uel peiori sæpe credit, q. & mortalis est, & aio nō adeo prudenti: ast ego dea quæ te in tantis laboribus custodio, tibi palam dico, si quinquagenæ hominū turmæ nos circumstēt in bello interficere cupientes, attamē ita uiribus præualebis, ut illis & boues & oues abigas: quamobrem bono sis animo, somnus te iam capiat fessum, ac tristitia dimittat nocte tota uigilantem. Deniq; dolori finem impone. Minerua Vlyssem animat

Sic ait, ac oculis somnum diffidit Vlyßis,
Sublimisq; polum confeſtim ascendit in altum
Illum somnus habet curas ac membra resoluens.
Penelope uero uigilanti mente querelis
Cor agitat, uiduoq; sedet mœstissima lecto.

Postq̄

Postq̃ uero fletu exaturata est, Dianæ primum uota faciens, sic precatur: Diana dea ueneranda Iouis filia, utinam meũ pectus sagitta transfigẽs mihi animam iã iam eriperes: uel subita me rapiens procella p altum deducta in Oceani oribus proijceret: ueluti cum Pandari filias procellæ rapuere, quorũ parẽtes dij perimerunt, ipsas uero domi orphanas reliquerũt. Venus autem caseo melleq; ac uino dulci nutrijt. Iuno quoq; præ cæteris inclyta forma ac sensu decorauit, proceritate claras Diana, Minerua deniq; egregiorũ operũ scientes reddidere. Postq̃ uero Venus Olympũ conscendẽs Iouis nuptias illis rogauit (ipse namq; cuncta tũ fatũ infelix esse hoĩm nouit) tunc puellas harpyiæ discerpserunt, ac infernalibus furijs ministras dedit. Sic me cœlestes euertant, aut Diana in me tela iaciat: modo Vlyssẽ tantũ uideã, libẽter sub terras abirẽ, ne peioris postea uiri cõmercijs gauderẽ. Sed hoc qdẽ tolerabile ualde quando quis interdiu ploret animo mœstus, nocte uero quiescit somno se tradẽs, qui quidẽ omneis ad obliuionẽ malorum bonorumq; ducit, ubi semel oculis irrepit: quin & mihi etiam deus mala infligit somnia. Hac enim nocte similis quidam Vlyssi meo iuxta me iacere uisus est, talis existens qualis erat simul cũ exercitu: attamen meus animus gaudebat, quod nõ insomniũ existimarẽ, sed rẽ ueram. Sic ait, statimq; illuxit. Huius itaq; uocẽ plorantis Vlysses audijt, eiq; cogitanti uidebatur illa uirũ recognoscens capite aßistere. Quamobrẽ lænam simul & pelles in quibus dormiebat

Penelope Dianam precatur

Pandari filiæ.

miebat corripiens, in aulam tulit supra thronum: bubulum quoq; tergus extra ferẽs insup posuit, ac palmas ad Iouẽ tendens sic orauit: Iuppiter pater, si me post multos labores ad meã fœcundam terrã uolentes reduxistis: nuntiũ famamq; procorum intus existentium mihi aliquis ferat, extra uero Iouis portentũ aliud appareat. Hunc igitur sic orantẽ Iuppiter audijt, ac statim ẽ nubibus excelsoq; olympo intonuit, ex quo Vlysses gauisus est: nuntiũ uero ex domo fœmina molari prætulit. Prope namq; Vlyssem molæ constiterant, qbus famulæ duodenæ farinã, & ex ea cibaria medullam hoĩm exercebant: sed aliæ quidẽ dormiebant, quod iã molauerant: hæc uero quod imbecilla esset nondum desierat. Itaq; molã sistens, uerbũ Vlyssi signũ locuta est: Iuppiter pater, q dijs hoĩbusq; imperas, qui ẽ cœlo clare intonuisti cũ adhuc nulla sit nubes, quamobrem pdigium hoc nobis manifestas? indica quæso mihi miseræ uerbum hoc quod ego sic uaticinor. Vltimas hoc die proci in Vlyssis domo epulas edent, q mea genua ingẽti labore soluunt assidue molando, nunc quæso postremo cœnẽt: Sic ait. At Vlysses ex hoc signo & uoce famulæ, simulq; Iouis tonitru magnope lætatus est, p quæ putabat se in deliquentes hoĩes animosiorẽ fore. Aliæ uero famulæ p domum congregatæ, ignem apud escharam & focum excitauere.

Vlysses Iouẽ orat

Dat signũ cœlo.

Famula prodigij cõiectrix

Interea ẽ stratis surgens se uestibus ornat
Telemachus pulcher, laterique accommodat ensem.
Aptat & egregijs elegantia tegmina plantis.

Hastam deinde manu fulgentem cuspide prendens
Constitit Eurycleam aduersum, ac talia fatur:

Telemachus monet Eurycleam ne hospitē negligat

Nutrix charissima, hospitem hunc & lecto & cibo honorate, si forte neglectus iaceat. Talis enī mihi mater, q̄q̄ cætero prudens, ut aliū quandoq; q̄uis peiorē temere honoret, alium uero uel digniorem negligat: Cui Euryclea: Insontē profecto, inquit, mi nate accusas: nam & sedēs uinum quidē bibit quantum uoluit, fame uero dixit interrogatus nondū se teneri: sed & somni cubilisq; tēpore famulas lectū sternere iussit: at ille infœlix ac miser noluit in lecto & stragulis dormire. sed supra crudum bubulū tergus atq; pelles ouinas in domus uestibulo cubauit, lænam uero nos supiecimus: Sic ait. Telemachus autē hastam tenēs ex aula discessit in cōcilium Achæorū, quē canes pedibus albis comitantur euntē. Euryclea interea Opos Pisinoridis filia ministris mandat: Vobis dico famulæ, domū mūdate, uerrite, in thoris tapeta purpurea ponite: aliæ mensas omneis spongijs tergitè, crateras ac pateras purgate: aliæ ad fontē properate, aquam confestim afferte. Proci enim nō diu morabuntur, quin ualde mane uenient, quod festū sit oībus. His dictis illæ oēs obtemperant. Viginti namq; ad fontē iuere: aliæ ibidē in ædibus scite omnia cōposuere. Mox proci ueniunt, famuli tædas diligēter accendunt, famulæ interim à fonte redeunt: supuenit & subulcus Eumæus treis pingues porcos ducens ex oībus optimos, quos intra domus parietes pauerat. Ipse uero Vlyssem dulcibus af-

Instruitur domus aduentui procorum.

fatur

fatur uerbis: Hoſpes *nuper ne Achæi te magis ſuſcipiunt, uel certe negligunt in aula ſicuti ſolent? Cui Vlyſſes: Vtinam, inquit, Eumeæ dij contumeliam atq; iniuriam uindicent, quam hi proci cõtra fas alienæ inferunt domui, neq; uerecundiæ partẽ habent.* Sic inter eos colloquẽtibus Melanthius paſtor propius acceſſit, *capras ducẽs ex grege præcipuas, epulas procis futuras, duo quoq; paſtores unà ſequebantur, & has quidẽ ſub porticu alligauit.* Ipſe *uero probroſis alloquitur uerbis*: Hoſpes *etiam hic p domum uiros rogando infeſtas, at non exijſti? Omnino nõ puto nos prius diuidi q̃ manus has meas deguſtes, quando non ex ordine rogas: ſunt & aliæ* Achæorum *menſæ*: Sic ait. Vlyſſes *nihil reſpondit, ſed tacite capite ſubmiſſo male cogitabat.* Inter *hos autẽ tertius* Philœtius *paſtor ſuperuenit, bouẽ ſterilem ac pingues hœdos procis ferẽs baiuli autẽ hæc deducunt, quin & alios mittunt ſiquis illos petit, quos quidẽ ad porticũ alligauere.* Ipſe *uero* Philœtius *ſubulcum prope aſtans interrogat*: Quiſnã *hoſpes, ô* Subulce, *noſtram nuper petijt domũ ex tuis enim ſe iactat eſſe hominibus: ubi ei genus & patria terra?* Nam *corpore regi par uidetur*: Sed *dij infeſti ſunt his qui multum errant, quando regibus faſtidium afferunt*: Dixit, *ac propius accedens dextra eum prendit, atq; ait*: Salue *pater hoſpes, tibi in poſterum opes adſint: uerũ nunc in malis agitaberis multis.* Nempe *deum prior non eſt te* Iuppiter *ullus.* Non *enĩ miſereris hominum.* Fas *te illis æquum eſſe in ærumnis.* Vt

Melãthius inſolens ad Vlyſſem

Philœtius Eumæo & Vlyſſi.

nis. Vt domestica succurrunt, fluunt ex oculis mihi lachrymæ Vlyssem reminiscẽti: nam & illũ puto huius incõmodi sago lineo indutũ inter hoïes errare, sicubi uiuit, aut uescitur aura æthereâ: Si uero perijt, ô me miserũ, ô bonũ Vlyssem, q me custodiẽdis bubus paruũ adhuc in populo Cephaleniorum existentẽ præfecit, nũc autẽ boues ingẽtes facti sunt: neq; enĩ aliter boũ genus uiro cõmitteretur. Hos itaq; alij me iubẽt eisdẽ ferre procis ad edendum, nec quicq̃ de puero curant, neq; deorũ religionẽ uerentur: iamq; absente diu dño cõtendunt inter se rẽ diuidere. At mihi animus in pectore suadet, malũ quidẽ uiuentis filij aliorũ uidelicet populũ adire, alienos relictis bubus petere uiros: hoc autẽ peius, hic manentẽ boues alienas cũ animi anxietate custodire, & profecto à uiris his proteruis diu iã fugissem, nisi illũ afflictũ custodire adhuc expectarẽ, si forte ueniẽs procorum cædẽ in ædibus faciat. Ad hæc Vlysses: Bubulce, inquit, nõ profecto ignauo aut stulto uiro similis uideris. Deprendo iã quod sapias, et quamobrẽ tibi dico, aut iureiurando affirmo: Tu Iuppiter mihi testis, mensaq; hospitalis, ac domus Vlyssis quã petij, quod te hic existente Vlyßes domũ redibit: tuisq; oculis si uis aspicies procos q hic dominantur oĩno pereuntes. Cui bubulcus: Si hoc, inquit, Iuppiter faceret, noueris quantũ meæ uires manusq; ualebunt: & ut non frustra Philœtius pro reditu Vlyssis Dijs oĩbus uota fecerit. Dũ sic illi inter se colloquerentur, proci necẽ Telemacho struebant: attamẽ illis infœlix signum

Dolet propter Heri infortuniũ

Vlysses Philœtio

Proci sinistro omine à Telemachi cæde deterrentur

signum aquila sinistrorsus alte uolans superuenit columbam tenẽs, inter quos Amphinomus ait: O socij nõ nobis hoc de cæde Telemachi consiliũ fœliciter eueniet, quapropter ad epulas cõuertamus. Sentẽtia placuit: quamobrẽ uenientes ad Vlyssis domũ supra thronos ac sedes lænas posuere: oues magnas, pinguesq; capras, porcos itẽ ac bouẽ gregalem sacrificio mactauere, uiscera assantes distribuerunt. Deinde uinũ crateribus fudere: pocula subulcus præbuit, panẽ Philœtius in canistris dispensabat, Melanthius uina fundebat Illi post hæc cibis paratis manus iniecere. Telemachus uero probe oĩbus distribuẽs, Vlyssem intra aulam iuxta pauimentũ lapideũ locauit, thorum humilẽ apponens ac paruam mensam, iuxtáq; uiscerũ partẽ: deinde uinũ in aurea patera fudit, aitq;: Hic nunc sede cũ his uiris libens, cõtumelias ego ac manus procorũ oĩm abs te expellam, quod non publica hæc sit domus, sed Vlyssis: mihi hæc ille parauit. Vos proci abstinete ab iræ impetu, ac manibus, ne quis hic tumultus aut contentio oriatur: Sic ait. At illi mordicus labra tenẽtes Telemachum admirabantur q tam audacter locutus esset, inter quos Antinous sic ait: Durũ ô socij ex Telemacho uerbũ accipimus, uobis usq; minitando locutus est, sed Iuppiter minime ultrà permisit: quamobrẽ ipsum in aula quietũ relinquamus sonorum sane concionatorẽ. Telemachus Antinoi dictum minime curauit. Præcones p urbẽ sacram hæcatombam duxere, & Achæi sub nemore umbroso Apollinis cõuenerunt: q

Telemachus procis ne hospitẽ infestent.

postq̃ assauere superiores carnium partes ac ordine diuiserunt, laute accubuerunt: q autẽ conuiuio praeerant, aequam Vlyssi partẽ ut alijs oĩbus ex iussu Telemachi apposuerunt. Mineruа uero ut Vlyssis animum adhuc magis iniurijs exerceret, procos non oĩno ab iniuria abstinere pmisit. Erat autẽ inter eos uir quidam iniustus Ctesippus noĩe è Same insula oriundus, q diuitijs sui parentis confisus, Vlyssis coniugis matrimonium affectabat. Is tunc ad socios sic ait: Audite me proci quae dixero: Partẽ habet hospes aequam uti par est: non enim fas est Telemachi hospites q has aedeis petunt contẽnere. Quare ego xenium ei do, ut & ipse siue balneatori munus det, siue alij ministrorũ q sunt in domo Vlyssis: Sic dicens manu tereti pedẽ bubulum è canistro accipiens, in Vlyssem iecit: at ille declinans ictum euitauit, ac animo risit, tale sardinium, murum autẽ percußit. Ctesippum Telemachus iurgans: Ctesippe, inquit, animum ex hoc facto satiasti, hospitem propterea nõ uulnerasti, ictum namq; euitauit, at si te mediũ hasta transfixisset, hic tibi profecto pro nuptijs pater sepulchrum paraßet: mihi quoq; nullus amplius domi dedecus ostendisset. Iam ego nosco intelligoque & bona & mala, iam dudum uero paruus eram. Attamen haec aspiciens hactenus tolerauimus, oues interfectas, uinum epotum, frumentum absumptum. Durum profecto multis unum resistere, sed ne quaeso tendite ultra malis iniqui. Si enim me ferro interficere contenditis, nempe hoc malim, & mihi longe praestat

Ctesippus Vlyßem ferit

Telemachus Ctesippũ minitabundus obiurgat

semel

semel mori, q̃ hæc indigna continuo facta aspicere. His dictis illi silentium oẽs tenuere, sero tandẽ Agelaus Damastoris filius ait: O socij nullus contra ius fasq; uerbis irritando aduersis, n'e ue alij famulorum in Vlyssis domo molestus sit. Telemacho autem & matri eius humaniter loquens, dicerem, si uobis ambobus animo placet, donec sperabitis Vlyßem domũ rediturum, tunc nulla reprehensio erat retinere aut manere in ædibus procos: sed longe utilius. Nunc autem hoc iam manifestum, quod non amplius redibit: quam obrem tu matri assidens tuæ refer, eamque exhortare ad nuptias eius qui optimus omnium fuerit, ac plura dederit, ut tu quidem patrimonium quemadmodum cupis disponas, atque habeas gaudens, edens, bibens, Illa uero aliam petat domum. Ad hæc Telemachus: Non Agelae, inquit, per Iouem ac per labores patris mei, qui longe ab Ithaca siue perijt siue errat: nihil moror matris meæ nuptias: sed iubeo nubere cui maxime uoluerit: Immensa etiam tribuam dona, uereor tamen inuitam uerbis inducere, ne hoc Deus faxit: Sic ait. At procos Pallas maxime ridiculos reddidit, mentem illis alienando, qui iam maxillis nouis atque alienis semicrudas carnes edebant: oculi autem eorum lachrymis fluebant: impetus animi luctum excitauit: inter quos Theoclimenus ait: Ah miseri quod malũ hac nocte patimini? capita uertuntur & uultus, & inferius genua labant, fletus oritur, genæ lachrymis perfunduntur, sanguine item fluunt muri ac contignationes. Ido

Agelaus procis ut nuptias maturent.

Minerua procos dementes reddit.

nes. Idolorum insuper plenum uestibulum, & plena ambulantium aula, Erebus sub tenebris, & sol sub cœlo perijt, mala percurrit orbem nebula. Riserunt oẽs uehementer super ipso, inter quos Eurymachus: Insanis, inquit, hospes aliò uagans: at uos iuuenes foras eũ in forum mittite, quoniam hæc nocti similia uidentur Cui contra Theoclimenus: Non te, inquit, iussi Eurymache mihi duces eundi præbere: sunt enim mihi & oculi & aures & ambo pedes, mens etiam in pectore nihil inquinata, qbus egomet sane exibo foras, quando malum uobis euenturum uideo, quod nullus neq; effugiet neq; euitabit procorum: qui in domo Vlyssis homines deludentes, iniqua perpetratis: Sic dicens exijt ex ædibus, iuitq; ad Piræum q eum prompte excepit. Proci autem omnes inter se aspicientes, Telemachum irritabant super hospitibus ridentes. Quidam uero ex iuuenibus illis admodum superbus: Telemache, inquit, nullus profectò te in hospitum excipiendorum delectu ineptior. Hunc famelicum mendicum cur domi habes, pane uinoq; indigentem, neq; item operi obeundo aptum, neu uiribus firmum, sed tantum terræ onus inane? Alius autem quidam hic surgens: Quin, inquit siquid mihi credis, hoc maxime præstat: Hospites hos in naui collocatos in Siciliam mittamus, unde digna tibi uenditione merces eueniat: Sic itaque proci dictitabant. At Telemachus minime curabat, sed patrem tacite aspiciens, expectabat donec ille manus in eos inijceret. Penelope uero in sella sedens aduersus eos, singulorum

gulorum

gulorum audiebat uerba. Cœnam itaq; dulcē & suauem hi ridiculi fecerunt, qui ut uentrem explerent, multa sacrificio mactauere animalia. Epulis alioquin ipsis nullæ ingratiores fuere, quales dea Minerua & uir fortissimus Vlysses præbituri erant, quum illi prius nefaria perpetrassent.

Finis Libri. XX.

¶ Ausonij poetæ, in. XXI. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

HIc mentem dedit Icariæ Tritonia Pallas.

¶ Vlysses Eumæo & Philœtio, fidei eorum industriæq; confisus, qui sit reuelat. Et postq̄ facta cognitio est, cædē procorum pro tempore instrui placet. Quos Vlysses astu aggreditur, vt ipsum quoq; intendendo arcū vires seniles explorare patiantur: quem vni quondā Vlyssi facilem (si quis intenderet) habiturus esset præmiū, ius Penelopes nuptiarum. Sed prohibentibus procis, ne id ridiculus & mendicus auderet, quod frustra iuuentus tam lecta tētasset: dat Telemachus Vlyssi cæteris abnuentibus experiendi potestatē. Et hinc nascitur admiratio prima virtutis: dedecore suo cęteris erubescentibus, quorum ignauiam senex mendicus arguerit.

ODYSSEÆ
Liber. XXI.

PEnelope autem Minerua in animo posuit ut arcum ferrumq; nitidum procis daret, certamina uidelicet cædisq; initium in ædibus futurū. Quamobrem scalas domus altas ascendit, corripitq; manu formosa æneam pulchramq; & incuruam clauem, cui capulum eburnum erat, ac cum ministris in thalamum uenit ultimum, ubi herilis erat

thesaurus, æs, aurum, ferrum uarie laboratum. Hic arcus iacebat retortus, ac pharetra sagittarũ receptaculum: ubi grauia multa erant tela, quæ dona hospes Iphitus Eurytides Lacedæmonẽ assecutus dedit, q simul in domo Ortilochi apud Messenã inter se conuenerunt. Huc siquidẽ Vlysses uenit ad æs alienũ exigendum, qđ ei populus omnis debebat: Messenij nãq; oues trecentas ex Ithaca simul cũ pastoribus nauibus tulere. Harũ igitur gratia uiam hanc admodum longam Vlysses admodũ iuuenis legatus suscepit: quũ eò prius pater alijq; senes iuissent, iuit & Iphitus equas quærens quæ illi perierant duodenæ ac sub illis muli, quæ ue ei postea cædis ac fati causa fuere, qđ Herculẽ magnanimum Iouis filium magnorum patratorẽ operum petiere, qui Hercules eum hospitio exceptum in sua domo interfecit, miser qui Deorũ religionẽ, nec mensam hospitalẽ quam ei præbuit ueritus est, equas ipse sibi habuit. Has igitur quæritans Vlyssi forte occurrit, arcumq; dedit, quẽ prius magnus Eurytus ferebat, ille uero filio reliquit domi suæ moriens: at illi Vlysses acutum dedit ensem, hastamq; ualidã, principiũ quidẽ charæ hospitalitatis: non enim mensa inter eos adhuc nota erat, qđ Iphitus præuentus morte ab Hercule interfectus esset. Hunc itaq; arcũ Vlysses in bellũ cum nauibus iens nunq̃ secũ tulit, sed ibidẽ ob chari hospitis memoriã domi reliquit ac tantũ in patria sua ferebat. Penelope igitur in thalamũ uenit, limen roboreũ præterijt, qđ architectus expoliuit affabre, atq; ad perpendi-

De arcu Vlyssis

Iphitus Eurytides.

Hercules proditor hospitij.

pendiculum duxit: Superne uero tympana aptauit fores'q; addidit fulgentes: statim uero soluta ex coronide clauis ac foribus adiecta est, ex qua ictæ feræ sonitum dedere ingentē, qualē taurus armentalis in cāpis pascens edere solet, protinus'q; apertæ fores patuere. Illa uero in altum ascendit armariū, ubi ex una parte arcæ astabant, in altera uestes nobiles iacebant. Inde igitur arcū in palo suspensum protinus corripuit cū ipso coritho in quo ille pulcherrime cōditus erat. Sedens'q; ac supra genua illum ponēs flebat querulis modis. Deinde arcū de uiro interrogabat. Postq̄ uero luctu exaturata est, in aulam ad proceres tendit, arcum in manu tenēs ac pharetrā, ubi multa tela grauia erāt: famulæ uero illam sequentes telorū armarium fascē'q; ferebant: hic ferrum æs'q; plurimū aderat, certamina uidelicet herilia. Penelope itaque ante tecti uestibulum constitit, caput ante genas uitta pulcherrima redimita, duas'q; habens utrinq; famulas. Procos primum ita alloquitur: Audite quæso insolentes proci, q hanc domum continuo edendo & bibendo absente domino uexatis: neque facti uestri aliam facere excusationem adumbrationem'ue nostis, quàm meas desiderare nuptias: sed agite quando hoc certamen incumbit, magnum Vlyssis arcum in medio ponam: quicunque manibus facile tendet, & per duodenas secures omneis iaculabitur, huius ego connubium sequar, coniugem'q; muneribus locupletem reddam, domum hanc relinquendo, cuius quandoq; reminisci uidebor uel in somnis:

Penelope depromit Vlyssis arcū certamini procorū

Promittit se uictoris coniugem fore.

somnis: Sic ait, ac Eumæū iussit arcum procis ferrūq; micans præbere. Ille uero lachrymans accepit, ac dedit: Flebat & subulcus ex altera parte, ubi & ipse herilem aspexit arcū. Antinous autē ambos increpans ait: Stulti & agrestes ex tempore tantum cogitantes, ah miseri qd lachrymas funditis, ac mulieris animum in pectore magis irritatis, quæ p se satis habet ærūnarum, quod charum amisit uirum. Discūbite igitur hic tacite, seu foras exeuntes plorate, & hic arcum relinquite procis certamen innoxium: neq; enī facile existimo hunc tendi posse. Nullus autē talis reperitur uir in oī ordine ac decade, qualis erat Vlysses. Ego namq; illum uidi, meminiq;, puer adhuc paruus eram: Sic ait. At illi neruum tendere posse, & ferrū iaculari facile sperabant. Sed is primus ex Vlyssis manibus arcū degustaturus erat, q præter cæteros eum spernebat in aula sedens, aliosq; itē ad idem faciendum inuitabat: inter quos Telemachus sic ait: Heu, ualde me Iuppiter stultum fecit: mater enī quanq̄ prudens & chara mihi, dicit se aliū sequi uelle hanc domum relinquens: at ego rideo, animoq; sic stulto gaudeo. Sed agedū proci quando hoc paratur certamen pro muliere, cui similis nō est in terra Achaia, nec apud Pylum neq; Argos, neq; Mycenas, neq; apud ipsam Ithacam, neq; deniq; in toto continenti: sed & ipsi hoc scitis: quid enim me matrē laudare oportet? Igitur ne rē protrahite, neq; ab arcu uos diu auertite, ut plane periculū fieri uideamus. Ego quoq; profecto experirer: Si enim tendam

hunc ar

hunc arcum iaculerq;,non mihi mœsto has ædeis mater alio discedens relinqueret: quoniã postremus oĩm relinquerer si possem hoc patris mei certamine potiri Dixit & ex humeris lænam purpureã & ex latere ensem posuit, stans atq; innixus: primũ quidem fossa oblonga facta secures statuit,& ad perpendiculũ direxit,circáq; terrã aggessit,unde stupor omneis inuasit ut ordine cõstituit,nunquã antea uiso. Igitur arcũ sumens,uestigióq; solũ progreßus constitit, ter illum tẽdere conatus,ter destitit, uiribus atq; aĩo in neruo cõtrahendo deficiẽs:& profecto quarto expertus ui tetendisset,nisi Vlysses eum p nutum quãuis cupientem retinuisset. Telemachus itaq; rursus ad eos uersus ait: Hei mihi uel ignauus ac imbecillis ero,uel certe quod sim iunior,nondũ manibus satis fido in hoĩem prius lacesentem propulsare. Sed uos adeste q me longe fortiores existitis, experimini ut certamen absoluamus: Sic dicens,arcum humi inclinans in pulchre cõpactis tabulis cum sagitta cõposuit: ipseq; in loco unde prius surrexit,rursus cõsedit. Antinous uero his gestis: Surgite,inquit,ô socij incipiẽtes à dextra oẽs,unde & potationis initiũ: Sententia placuit: quamobrem Liodes Oenepi filius primus surrexit: Is eis haruspex erat, semperq; in ultimo ordinis receßu iuxta craterẽ sedebat, soliq; oĩm iniuriæ aduersæ fuere. Quapropter cæteris procis magnopere iratus erat. Hic igitur arcum sumpsit sagittamq; ueIocẽ,constitit pede solũ progressus,arcumq; tentauit,neq; tetendit: prius enĩ q̃ laborasset

Telemachus experitur uires suas arcu.

Liodes uiribus diffidit

rasset manus teneras integras retraxit: uersusq; ad procos: O socij, inquit, non ego tendam, alius accipiat. Multos enim hic arcus uiros fortes tristitia afficiet animoq; deijciet, quod longe praestet mori q̃ è spe decidere, cuius gratia hic cõtinuo expectantes cõgregamur. Nunc autẽ qui sperat aut omnino contendit Penelopes coniugiũ, ubi arcum hunc tentauerit aut degustauerit, protinus aliã Achaearũ in matrimonio accipiat cũ rebus dotalibus: ipsa uero Penelope nubat ei qui plura dederit ac fortunatior sit. His dictis, arcum in compactis tabulis sagittamq; deposuit, ac rursus in throno unde surrexit assedit. Antinous autẽ eum increpans: Liodes, ait, quodnam tibi uerbũ excidit graue durumq;? irascor quidem audiens: Ergo hic arcus nos hoĩes fortes & aio & audacia priuabit, quoniam eum tu tendere nequiuisti? At alij proci fortissimi tendent: te enĩ mater non talem genuit ut arcus & sagittarum peritum: Sic ait, ac ad Melanthium caprarium uersus: Ignem, ait, Melanthi in aula statim accende, iuxtáq; sellam pone, ac tergora supra bubula. Deinde magnum fer adipis uolucrum intus conditi, ut iuuenes unguine obliti ac foti experiri possint, uiribus enĩ ualde deficiunt: Sic ait, ille confestim obtemperat. Refoti igitur iuuenes ac calefacti uti iussum fuerat, nõ propterea arcum & ipsi tendere ualuere, sed longe infra uires fuere. Antinous autẽ & Eurymachus, qđ principes procorum essent, ac uirtute caeteris praestarent, ab arcu abstinuere. Bubulcus autẽ & subulcus Vlyssis ex do

Proci uiribus impares arcui tẽdendo.

ex domo ambo simul discessere, quos deinde Vlysses domo & ipse abiens secutus est. At ubi extra fores & aulam fuere, eos sic est allocutus: Bubulce ac subulce, dicámne an celem uos? dicere autẽ me animus hortatur: dicite quæso si subito Vlysses ueniret, ac eũ Deus aliquis adduxerit, procosq́; plectere uelit, quali essetis animo? Illi ne an procis auxilium ferretis? dicite inquam quid animus uobis suadet? Huic bubulcus: Iupiter, inquit, pater si hoc desiderium nobis perficiat ut ille redeat, Deusq́; illum reduxerit, nosceres profecto qualis mea uis manusq́; esset. Similiter & Eumæus subulcus Deos orauit, ut Vlysses domum redeat. Is uero ubi eorũ uoluntatẽ ac mentẽ nouit, sic rursus ait: Ipse iam ecce ueni in patriã iam anno uicesimo: noui ut uobis optantibus tantũ ex famulis uenio, aliorũ non aliquem audiui optantẽ me reducẽ esse: uobis itaq; uerum ut erit narrabo: Si Deus mihi perimere procos dederit, uobis ambobus & coniugia & possessiones dabo ac domum prope me pulcherrimam: in posterum uero Telemacho & socij & fratres eritis. Vt autẽ mihi firmius credatis, aliud uobis certum ostendã signum, cicatricem, quã olim Parnesum proficiscens, unà cum Autolyci filijs, apri dentibus albis ictus accepi. Sic dicens laceras ab hulcere uestes remouit. At postq̃ oĩa uiderunt, probeq́; nouerũt, circa Vlyssem flebant, manus iactantes ac pileum, caputq́; & humeros complectentes, Vlysses inuicẽ capita manusq́; illorũ. Et profecto lachrymantes sol occidẽs inuenisset, nisi Vlysses

Vlysses se seruis manifestat

ipse lu-

ipse luctum cõpressisset, inquiens: Iam flendi atq; querendi finem facite, ne quis ex aula egrediens deprendat, intusq; referat. Sed hilares quasi nuptias conciliaturi ingredimini, nõ simul oẽs: primus ego, postea uos Hoc autẽ signũ inter nos existat. Alij enim proci oẽs mihi arcum & pharetram dari nõ permittent, sed tu Eumæe arcum p ædes ferens in meis dabis manibus: ancillisq; dices, ut fores aulæ diligenter claudant, ne si quis sonitũ aut tumultum uirorum intus intra muros nostros audiat, ullo modo fores exeat, sed ibidẽ tacite operi assideat: Tibi Philœti mando fores aulæ clauibus claudere, ac celociter repagulis & uinculis munire. Sic dicens domũ ingreditur, ac in sella unde surrexerat consedit: famuli quoq; ambo subsecuti sunt. Eurymachus autẽ inter hæc iam arcum manu prenderat, ac dispensauerat huc illuc ad ignem calefactus atq; inunctus, nihilo tamen melius contendere ualuit, robore uiq; animi deficiẽs. Ex quo secũ querendo ait: Hei mihi qđ res hæc præter cætera me angit, nõ Penelopes coniugij tantũ gratia, quod ego quanq̃ cupio, nõ attamen tanti facio, cũ sint & aliæ plures Achææ mulieres apud ipsam Ithacã, aliasq; itẽ ciuitates: sed si tantum infra Vlyssis uires sumus, ut arcũ tendere non ualeamus, hoc nos factum apud posteros deprensum infamabit. Huic contra Antinous: Eurymache, inquit, nõ sicut ais profecto erit: nosti enĩ hodie in populo festum Dianæ sanctũ esse, quis autem arcũ tendere audeat? Itaq; ponite certamen libenter, & secures si-

Eurymachus arcui impar dolet

namus

namus omnes sic cōsistere: non enī aliquem puto propterea interfectū iri in Vlyßis domū uenientem. Sed agedū pincerna à pateris incipe, ut libantes arcum sacremus. Mane autē iubete Melanthiū pastorē capras domū ex oībus præstantiores afferre, ut Apollini ex his crura efferētes arcu postea experiamur, et certamē tandē absoluamus. Antinoi sententia oībus placuit. Itaq;

Dant manibus famuli lympham, iuuenesq; p aulam
Crateras mensis statuunt, ac uina coronant:
Distribuuntq; æque cunctis, pateris prius amplis
Incipiunt: postquam potandi expleta cupido,
Protinus hæc illos tentando affatur Vlysses:

Audite proci Penelopes quæ me iubet animus dicere. Eurymachum maxime & Antinoū oro, quoniā tit experiri probe hoc uerbū dixere: Cras Deus nobis si uelit robur & uires dabit: uos tamen interim date mihi hunc arcum, ut & ego unà uobiscū uires experiar meas, si mihi adhuc uis est ea quæ olim in meis erat membris: an certe ob errores, anxietatēq; & incommodū perierit: Sic ait. Illi oēs magnopere sunt irati, ne arcum attingeret formidātes. Antinous autē increpando ait: Ah miser hospes, mens tibi nō integra: nō cernis, nō consideras qđ nobiscū lentus epularis, neq; cibo oīno priuaris? Insuper nostros sermones audis: cū nullus alius mendicus hospes nos audiat. Vinū profecto te lædit, qđ & alijs etiam nocet qui uoraciter sumunt, nec moderate bibunt. Vinum Centaurum Eurytionē in domo Pirithoi cōtra Lapithas insurgentē ad insaniam deduxit.

Vlysses petere uires arcu.

Vinū immodicū malorum causa.

duxit. Furiosus namq; factus, contra Pirithoi domum mala perpetrauit. Heroas enim dolor inuasit: ex quo eum p uestibulum foras insurgentes traxere, ac ei aures naresq; diro ferro exciderũt. Ille uero sibimet ob animi stultitiam nocens, proprium incommodum flens ibat: unde inter uiros & Centauros orta contentio. Verum sibi prius ille malũ inuenit. Sic & tibi magnũ uaticinor incommodũ, si hunc arcum tractabis. Non enim ad alicuius supplex misericordiam in nostro populo confugies, sed te in naui ad Echetum regem hominum perditorẽ mittemus, unde minime seruaberis. Itaq; si sapis quieto cõmode, neq; deinceps cum iunioribus contende. Penelope uero tunc ait: Antinoẽ nõ ius neq; fas Telemachi hospitẽ qui domum hanc petijt contemnere. Spera quoq; si hic hunc tendet arcum, uiribus roboreq; fretus, ipse me domum ducet, suamq; me coniugẽ habebit, neq; ipse hoc unquã sperauit: nec aliquis uestrum huius gratia tristis factus, hic amplius epuletur, cum minime deceat. Cui Eurymachus: Penelope, inquit, neq; te hunc ducere fas est: sed uirorũ ac mulierum iudicia uerere, ne quis inter Achæos grauis dicat: Heu uiri fortissimi uxorem, hoĩes longe inferiores conditione consecuti sunt: quoniã solus inter nobiles mendicus quidam & ignobilis hospes, facile arcum tendens p secures iaculatur: sic dicent: nobis uero hæc dedecori erunt. Eurymache, inquit Penelope, non est ut qui edendo uiri fortissimi domũ dedecoret bonam in populo famam assequatur: quid aitis, qđ hæc

Penelope Antinoum obiurgat.

uobis

uobis dedecori pudoriq; erunt? Ipse eni hospes ualde magnus ac uegetus ex magno & forti uiro genus iactat. Sed & iam illi arcū date, ut plane uideamus: uobis enim sic dico, quod & eueniet, si Apollinis numine fretus arcum tetenderit, eum læna tunicaq; pulchra induam: iaculum quoq; uelox donabo contra hoïes canesq; propugnaculum: præterea ensem ancipitem, ac pedibus aptos calceos. Deniq; quod animus mihi suadebit ei mittam. Ad hæc Telemachus: Mater mea, inquit, arcum enim Achæorum nullus me aptior cui uelim dare & negare. Non quot homines apud Ithacā dominantur neq; quot apud Helidē, horum nullus me probibebit, si uelim semel hunc arcum hospiti dare ut experiatur. Verum tu mater in superiorē domus thalamum ascendens, huc tua fer opera, telam, colum, ac ancillas iube operi uacare: res uiris omnibus præsertim mihi curæ erit, cui potestas præcipua domi est. Illa igitur admirata rursus ascendit, filij enim mandatum prudens aio reposuit: flebatq; cum ancillis uirum amantissimū, donec luminibus Pallas dedit inclyta somnum. Subulcus uero arcū corripiens ferebat. Proci autē oēs in aula fremebant: sicq; quidā ex illis proteruis dicebat: Quó (malum) fers arcum subulce magne errabundeq;: uelociter eni te canes edent quos nutrijsti ob porcos, si Apollo Dijq; cæteri nobis propitij fuerint: Sic ait. At ille formidans protinus in eodem posuit loco, qđ multi in aula fremerent. Telemachus in parte alia minitans erat: Cito fer arcū subulce, nō bene om-

Telemachus matri.

ne omnibus credis, ne ego te quanquam sum iunior fe riens saxis rus remittam, nam & uiribus sum potior. Quod si item omniũ procorum qui in aula uersantur tantum manibus & uiribus potior essem, facile aliquẽ ex nostra domo uelociter abscedere cogerem, qđ indigna perpetrent: Sic ait. Illi oẽs pariter risere, ac irã aliquantulum remisere. Subulcus autem arcum Telemacho obtemperans statim tulit, in manibusq; Vlyssi astans posuit. Deinde uocans Eurycleam nutricẽ ait: Fores aulæ intus diligenter claude: si quid murmuris aut tumultus audiueris hoĩm intra muros nostros, ne foras exeas, sed ibidẽ operi assiste. His dictis illa protinus paret, foresq; ædium clausit. Philœtius quoq; tacite extra thalamum egrediens, lignum nauis quoddã ex byblo, quod sub porticu iacebat, foribus repagulum opposuit: statimq; reuertens in eodem unde surrexit cõsedit loco, Vlyssem aspiciens. Is iam arcum dispensabat, quaqua uersus contrectans: hucq; atq; illuc experiens totum, atq; contemplans ne eo absente forte uermes cornua corrosissent. Proci uero aspicientes atq; admirantes sic inter se illudendo dicebant: Certe hic admirator aut cõpilator est arcuum: an & talem domi forte habet, uel ipse facere cupit? num uides ut manibus hinc inde dispẽsat, atq; tractat malorũ curator mendicus noster? Alius uero hoc modo cauillabatur: Vtinam sic in rogando mendicandoq; hic proficeret, ut arcũ hunc quandoq; tendere poterit: Sic itaq; proci dicebant. At Vlysses ubi ingentem suscepit arcum,

Affertur Vlyssi tandem arcus.

Vlysses tẽdit arcum.

ex omni parte considerauit: Veluti uir citharæ sciens atq; cantus, facile chordam in agglutinato tendit organo: sic ille citra studium magnum facile tetendit arcum. Dextera enim manu arripiens neruum tentauit, quod ex impetu magno resonuit more hirundineæ uocis. Procis autem angustia orta est ingens, omnibusq; color corporis immutatus. Iuppiter autem magna signa ostendit, quibus Vlysses magnopere lætabatur, quod prodigiū ipsius Dei sagittā quæ sola extra alias in mensa iacebat corripuit: aliæ uero in pharetra cōditæ omnes existebant, quibus proci perituri erant. Sedens itaq; Vlyßes arcū ulnis accepit, ac facile neruum cornuáq; traxit, sagittam deinde impulit, contrà tendens in secures ordine primo non aberrauit: quum illa ferro grauis medium pertransierit, extraq; micauerit. Ad Telemachumq; uersus sic sedens ait: Neq; à meta erraui, neq; diu in arcu contendendo laboraui: quamobrem & mihi uires firmumq; adhuc robur inest non quemadmodum proci calumniando despiciunt atq; illudunt. Sed nunc tempus epulas procis parari ad lumina, deinde cantu & cithara aliter oblectari, quæ conuiuij sunt appendices: Dixit, ac super alio innuit. Telemachus uero acutum lateri accingit ensem, hastamq; manu capit, ac prope ipsum iuxta thorū fulgenti armatus ferro constitit.

Finis Libri. XXI.

¶ Ausonij poetæ, in. XXII. Homeri Odysseæ librum Argumentum.

Squalentes humeris habitus reiecit Vlysses.

¶ Vlysses loco vlteriore capto intendit arcum: oĩbusq̃ foribus occlusis (ne qua pateret effugiũ) plerosq̃ vino saucios: aut nouitate rei stupidos, aut quidlibet aliud meditantes conficit. Cum primum oĩm confixisset Antinoũ, qui audacia & petulãtia cæteros superauerat: Eumæus & Telemachus & Philœtius sumptis & ipsi armis, egregia in consternatos cæde grassantur. Iamq̃ oĩbus interemptis, duobus tantũmodo parcit, Phœmio citharœdo, q̃ ministerij causa adhibitus, nihilominus in Vlyssis domo quod cõtumeliosum esset, ediderat: & Medõti vni cuius modestiæ etiã Telemachus suffragabatur: & qui cum Telemacho erant. Melanthiũ famulorũ Vlyssis vnũ, qui procorum proteruitã semper amauerat, cruciabiliter occidunt: puellas inde. xij. quæ cũ procis flagitiose consueuerant, suspendio periemunt. Vlysses cæde ad plenũ perpetrata, ignẽ adolet: incensoq̃ sulphure domum piaculo purgat.

ODYSSEÆ
Liber. XXII.

Vlysses postmodum consurgens, ac laceris sese exuens uestibus in medium prodijt, arcumq; deinde ac pharetram iaculis grauidam tenens, sagittas quidem ante pedes effundit, procis ait: Hoc enim certamen quod modo gessi securum quidẽ extitit, nunc uero metam aliam scopumq; attingam, quod nullus alius adhuc attigit: si tamẽ assequar, mihi tantum Appollo faueat: Dixit & in Antinoũ primo tristem direxit sagittam. Is pulchrum rotundumq; in manibus habebat calicem, quasi cogitans qua bibiturus erat: de cæde aũt minime curans: Quis enĩ inter conuiuas putasset solũ, interq; plures existentẽ hospitẽ,

Vlysses Antinoũ sagitta interficit

quanq̃

quanq̃ esset fortissimus ei mortē fatumq; illaturum: Hunc demū Vlyssis cuspis secundū guttur præteriit, teneramq; sagitta ceruicē in alterā partē inclinauit. Patera è manibus percussa cecidit, statim per nares sanguinis crassa fistula uenit, ex quo mensam ille ab se uelociter pede percutiēs amouit, in terrā epulas fudit, panis coctæq; carnes fœdatæ sunt. Ex hoc proci perterrefacti p domū undiq; circumspiciebāt. usq; ad murorū angulos siquid esset telorū: nusquā scutū, nusquā hasta ualida quā apprenderent erat. Vlyssem postremo uerbis increpando contumeliosis: Hospes, ait, male homines arcu petis, profecto nō amplius certamen aliud attinges, nunc exitium magnū iamiam tibi seruatur. Nam hominē nunc interemisti, qui inter Ithacæ iuniores optimus erat: quāobrē te hic uultures discerpent: quilibet tamē ex procis abstinuit, quod eum putabant nolentem ac per imprudentiā hominem interfecisse. At stulti ignorabant quemadmodū iam exitij tempus aduenerat. Hos autem Vlysses torue aspiciens: O canes, inquit, non putastis me ex Troia reducem fore, quod meam absumitis domum, me quoq; uiuente meam optastis coniugem ducere? Ancillis denique per uim concubuistis, neque deum uerentes, neq; ex hominibus ullam in posterum ultionem fore: nunc uobis omnibus exitij tempus aduenit: Sic ait. Illos uero pallidus omneis pauor arripuit, ac quisque uestigabat quanam periculum subterfugeret. Eurymachus tantū loqui ausus: Si Vlysses, inquit, Ithacēsis aduenisti, hæc Vlysses procis.

Eurymachus supplex Antinoo imputat oĩa

quidem recte dicis quæ à procis facta sunt, multa domi tuæ impia, multa item ruri. Verum Antinous qui hæc oĩa mala cõmouit, & autor scelerum fuit, iã extinctus iacet. Ipse nos ad hæc impulit facta, nõ tam cõnubium expetens aut quærens, q̃ alia spectans quæ Iuppiter minime perfecit, ut uidelicet Ithacæ populis dominaretur, filiumq; tuum p insidias interficeret. Nũc ille pœnas dedit, tu parce populo tuo ingenti: nos tibi pensare quæremus quæcunq; in ædibus bibendo & comedendo sunt absumpta uiginti uiritim extimatione boum. Præterea æs aurumq; reddemus ut animus lætetur tuus, potiusquã irascatur. Ad hæc Vlysses toruo aspiciens uultu: Eurymache, ait, nõ si mihi patrimonia cuncta dederitis quæ nunc sunt, & quæ in futurũ addere potestis, nõ manus à cæde tẽperabo priusquã oẽm procorũ iniustitiã plectã. Nunc optio uobis corã proponitur seu certare seu fugere, q fatum mortẽq; uitare cupiat. Verũ nequaquã miserum exitiũ uos uitaturos puto: Sic ait. At illis genua simul & animus trepidauere, inter quos Eurymachus rursus: O socij nõ profecto uir hic manus innoxias cõtinebit. sed quando semel arcũ pharetrãq; cepit, ex aula iaculabitur donec omneis interficiat, quamobrẽ pugnæ reminiscamur, enses educite, mensasq; sagittis uelocibus opponite, deinde simul confertim omnes adnitamur, si quo modo ex aula foras pellere ipsum possimus. Deinde per urbem properemus, fama tumultusq; statim excitabitur, ex quo hic homo postremo nũc iaculatus fuerit: Sic dicẽs

Eurymachus procis

ensem eduxit acutum utrinque ancipitem: in illumq; prosiliji horrendũ clamitans. At Vlysses iaculari propterea nõ destitit, pectusq; illi iuxta mamillam ferijt, ac hepar usq; sagitta transfigit: unde de manu ensis cecidit, mensa insuper circumspersa reuolutaq; corruit, epulasq; ac pateram secum traxit: ipse uero humũ cernuus illisit, & pedibus thorũ ambobus palpitans, animoq; tristis extrusit, ob oculosq; atra nubes ijt. Amphinomus deinde aduersus Vlyßem consurgens acutum eduxit ensem, si quo modo illum extra fores pelleret: uerũ Telemachus retro illum præueniẽs hasta fermè medium traiecit hoiem, ac p pectus transfixit, ex quo cadẽs ille sonitũ dedit, terramq; fronte pronus illisit. Telemachus autẽ ueritus ne qs Achæorũ hasta correpta, uel ense insurgẽs, Vlyssem punctim impelleret, aut cæsim pcuteret: statim hasta in Amphinomo relicta abscedens, accurrtt ad patrẽ, atq; propius astans ait: Pater ibo ac feram tibi scutum duasq; hastas, & æream caßidẽ capiti aptã, qbus tu armatus cõcurres: Subulco autẽ itẽq; bubulco alias dabo. Deniq; eße armatũ longe præstat, Vlysses uerò: Fer cito, ait: curre, donec mihi ad defensionẽ præsto sunt sagittæ, ne me solũ existentẽ extra fores pellant. Telemachus parẽti obtẽperans in thalamũ properat, ubi arma erant: inde quatuor scuta, hastas octo, caßides æreas itẽ quatuor tulit. Ipse igitur Vlysses in primis se ferro armauit, ambo deinde famuli arma induerunt idonea, ac hero astiterũt, qbus diu sibi sagittæ ad iaculandũ aderant,

Eurymachus occiditur

Telemachus Amphinomum interficit

Vlysses in procos se armat

tam diu ex procis continuo aliquē interficiebat: illi uero confertim cadebant. Postq̃ uero sagittæ defecere, arcū quidē in parte domus prima iuxta murū inclinauit. Ipse uero scutū humeris quatuor opertū tergoribus accepit, capiti uero galeam equina cauda insignē, ac tristia terribilē aptauit: duas insup hastas cuspide ferrea munitas corripuit. Hinc iuxta supremū ædium pauimentū aditus erat in uiam quæ populo frequentabatur: præterea aptis munitus erat obductusq; asseribus. Hic itaq; portam Vlysses subulcum seruare iubet eiq; assistere, quod una tantum inde eßet eruptio. Agelaus igitur procorum unus sic ait: O socij aliquis ad portam quæ ad superiora ducit ascendat, uocetq; populum, statim tumultus orietur, ex quo uir hic postremo iaculatus fuerit. Cui Melanthius pastor: Nō licet Agelaë, inquit, angusta enim aula iuxta portā est, osq; breue aditus q exit in uiam: & unus q sit admodū fortis facile omneis prohiberet. Sed agedū uobis ego ferā arma qbus muniri poßitis ex thalamo. Hic pfecto ex istimo, & nō alibi ab Vlyße eiusq; filio arma collocata: Sic Melanthius dicēs, in thalamū conscendit. Hinc duodena scuta, totidemq; hastas, ac totidē æreas cassides cristis equinis insignes attulit procis. At Vlyssis tūc genua animusq; labarunt, ubi illos armis munitos uidit, manibusq; hastas longas tenentes: magna sane res ei uisa est, ex quo ad filiū uersus: Telemache, inqt, Nempe aliqua in aula famula nobis bellum excitat malum siue Melanthius. Cui ille: Hic ego profecto inqt

Agelaus procis

Melāthius armis īstruit procos

peccaui

peccaui,non alius in causa,qui thalamo fores tantum inclinatas liqui,at illæ diligentiores in explorando fuere. Sed & cito Eumæe thalamo fores impingito,atq; indica siqua est famula quæ hæc faciat, seu forte Melanthius,quē magis puto. Dum sic inter se colloquerentur, Melanthius rursus in thalamum pulchra laturus arma properat,quē ubi subulcus Eumæus agnouit, statim Vlyßem prope existentē clamauit: Vlysse,uir ille iniquus ac maleficus quē nos suspicabamur, ingreditur thalamum:tu profecto uera locutus es: Quamobrē uel ipsum interficiam si fortior sum, uel certe tibi dicam ut multorum scelerum quæ in tua domo admisit, ab eo pœnas exigas. Huic Vlyßes: Certe ego,inquit, & Telemachus procos retinebimus inter aulam,quanquàm exire conantes, uos autem ligatis ei pedibus ac retro manibus in thalamum conijcite, asseresq; opponite,ac catena connexa ipsum alligatum ad altissimā columnam trabibus proximam trahite,ut sic uiuus existens duros patiatur labores: Sic ait. At illi obtemperantes protinus in thalamum iuere, ac ipsum intus existentem,& in thalami penetralibus arma indagantem,hoc modo ceperunt: Ambo enim iuxta limina utrinque constitere: Vbi uero Melanthius reuertebat altera manu pulchram ferens galeam, altera uero scutum ingens ac uetus Laërtis herois,quod iuuenis ferre solebat, tunc uero neglectum iacebat iuncturæque lororum ac tergorum solutæ iam erant. Hi igitur insurgentes eum intus retinuerunt, ac per capillos ad

Subulci los ad terram ægre uixq; deiecerunt, pedes manusq;
Melanthiũ statim uinxere funis uinculo ualde utrinq; coarctan-
uinciunt. tes quẽadmodum iussit Vlysses: catena deinde compa
cta suspensum ad altam trabibusq; proximam colum-
nam traxere: quẽ deinde Eumæus iurgijs incessens ait
Nunc Melanthi in molli cubabis lecto, ut par est, no-
ctem custodiens, quæ nec in aurora ab Oceani flucti-
bus ueniente tibi desinet, quando capras domum pro-
cis epulas parandas ducis. Sic itaq; ibidẽ extensus mi-
ser est lictus. Illi uero ambo arma induentes, ac portã
fulgentẽ claudentes ad Vlyssem reuerterunt. Hic ro-
bur spirantes constitere in aula, quatuor quidẽ in uia
alij quamplures & fortes intra domũ, quos prope Mi
nerua uenit Mentori corpore et uoce assimilata. Hãc
Minerua Vlysses uidẽs lætatus est atq; ait: Mentor adiuua me
Mentori in bello, reminiscere chari socij ac coẽui tui: Sic ait: pu
assimilata tans eam Mineruam populum seruantẽ. At proci ex
altera parte in domo fremebant: priusq; Agelaus Da-
Agelaus mastorides sic incipit: Mentor ne te uerbis Vlysses
Mentori inducat, ut contra procos illi feras auxilium: sic enim
ne Vlyssẽ nostrum expleri animũ puta, cum hos interfecerimus
iuuet patrẽ & filium: inter quos tu quoq; eris: non qualia
in ædibus facere paraueris, tuo ipsius capite postmo-
dum plectes: sed & postq̃ uim à uobis ferro repulerí-
mus, quot uobis intus atq; extra possessiones erunt, si-
mul cũ his quæ sunt Vlyssis discerpemus: nec filios, ne
q; itẽ filias uiuere, nõ deniq; uxorem prudentẽ p urbẽ
uersari permittemus: Sic ait. At Minerua magis ira
succen

succensa, uerbis Vlyssem amaris increpuit: Non adhuc tibi Vlysse firmæ uires, non robur, quale tibi erat cũ circa Helenam annis nouẽ continuo fortiter pugnasti: multos enim uiros in dura pugna occidisti: tuo consilio Troia capta est: quomodo igitur quando ad tuũ populum possessiones item tuas uenisti, aduersus procos uiribus tardus, nunc fortis esse putas ac conaris? Sed huc accede, iuxta me asta, uide opus, ut cernas qualia tibi inter homines puersos Mentor beneficia reddit. Hæc ubi dixit, non protinus uictoriam quæ solet esse anceps dedit, sed uim atq; fortitudinẽ Vlyssi ac filio addidit. Ipsa uero post hæc exiliens similis hirundini in aula consedit. Procos uero ex alia parte concitauit. Agelaus et Eurynomus et Amphimedon et Demoptolemus et Pisandrus & Polybus: hi namq; uirtute præstabant cæteris qui adhuc uiuebant, & de uita pariter certabant. Hos etiam arcus et tristes sagittæ domuere. Inter quos Agelaus sic est omneis allocutus: O socij uir hic profecto manus deinceps parumper retinebit innoxias. Nam ei Mentor uenit uana iactans, soli autẽ in primis portis relicti sunt: quamobrẽ cum hastas longas nunc minime desyderetis, sed primũ ex illis iaculamini: si forsan Iuppiter dederit Vlyssem feriri, ac gloriã nobis referre: aliorũ uero nullus metus aut cura, cũ hic ceciderit. Vbi hæc dixit, statim omneis auidi sicuti iussit iaculati sunt hastas, quarum multas irritas Minerua reddidit: ex quo alius limẽ aulæ, alius portam, alius deniq; murum percussit. At postq̃ procorum

corum iacula uitauere, Vlysses ad suos conuersus ait: O charissimi iamiam tempus ut in procorum turbam & nos iaculemur, qui conati sunt ipsi in primis impro bi nos interficere: Sic ait. Illi protinus oẽs hastas ia culantur. Euryadem Telemachus, Elatum subulcus, Pisandrum uero bubulcus interfecerunt, qui oẽs post quàm cadentes mordicus terram ceperũt, reliqui pro ci in aulæ recessus penitiores se receperunt, ac insur gentes rursus ex mortuis sex hastas extraxere, quas iterum audacter sunt iaculati, alioquin frustra oẽs uti primas. Amphimedon Telemachi summam percussit patinam, summumq; itẽ scutum ferro attigit. Ctesip pus uero Eumæũ supra scutũ longa hasta humerũ pau lulum attigit: euolauitq; & in terram cecidit, q ambo circa Vlyssem in procorũ turbã rursus & ipsi iacula mittebant. Hic iterũ Vlysses incitatus Eurydamanta hasta uulnerauit, Amphimedõta Telemachus, Polybũ subulcus, Ctesippũ bubulcus in pectore uulnerauit, in sultansq; ait: O Ctesippe Polythersides q in alios libẽ ter iurgia cõtumeliasq; iactas, nunq̃ deinceps stultitia fretus aliquid dicas, sed in deos uerbũ cõuerte, quoniã longe præstant hoc tibi pro pede illo bubulo, quẽ pro hospitali munere in Vlyssem in domo mendicantem iecisti. Post hæc Vlysses Dmestoridem hasta longa co minus percussit. Telemachus Liocritum Euenoridem mediũ uulnerauit ferro ultra penetrante: ex quo cer nuus cecidit, ac frontẽ terræ illisit. Tunc uero Miner ua exitialẽ ægida supernẽ ex domus tholo sustinẽs ap paruit:

Euryades
Elatus
Pisandrus

paruit: ex quo procorum mentes perterritæ sunt, ac ita metu ceciderunt, ueluti boues gregarij quos uariū œstrum impellēs mouit uere primo quando dies longi sunt. Vlysses uero et socij uelut aquilæ Ægyptiæ curuis unguibus ac rostris ex mōtibus uenientes, trepidas aues quæ in campo nubes secantes eunt, inuadētes perdunt : neq; aliquod eis remedium aut fuga: uiri quoq; aspicientes præda ac uenatione lætantur. Sic Vlyßes cum suis procos p domum irruentes passim cædebant cæsorum uero sonitus miserabilis excitabatur : pauimentum quoquo uersus sanguine fluebat. Liodes tunc animo cōmotus Vlyssis genua prendit, oransq; ait: Te obsecro Vlyße, mihi sis æquus. Non ego aliquam fœminam puto in aula dicere, me quicq̄ mali fecisse, sed & alios potius ne facerent prohibui: quanquàm mihi non obtemperantes à malis manus nequaquam cōtinuere, quamobrē ob scelera sua male perierunt. At ego inter hos haruspex nihil malorum patrans iacebo? O quàm nulla est gratia impensi beneficij. Hunc igitur Vlysses toruo aspiciens uultu: Si enim inter hos, inqt thyscoos esse gloriaris, attamen mei procul à domo reditus finem non esse, tibiq; meam uxorem habere ac filios parere optare uidebaris : ob quam rem mortem amaram non propterea effugies: Sic dicens, ensem iacentem, ac ab Agelao in terram proiectum corripiēs, Liodis adhuc loquentis ceruicem mediam transuerberauit: caputque illico in humum puluerulentum cecidit. Terpiades Phemius musicus tantum fatum euitauit

Liodes supplex orat Vlyssem

Liodes occiditur

tauit: q inter procos coactus constitit citharam in manu habens prope orsothyram: aioq; alterutrū cogitabat, an ex aula exiens & ad magni Iouis seruatoris aram consideret, ubi multa Laërtes & Vlysses sacrificia cremauere: an ad genua Vlyssis supplex procumberet. Sic alternanti potior sententia uisa est ad genua supplicē procumbere. Itaq; cithara curua statim humi posita, in medio crateris ipse Vlyssis genua cōplectēs atq; precans ait: Oro Vlysse miserere mei, nō dubium quin postea dolebis si musicum interficis, qui dijs atque hoībus cano sine praeceptore doctus. Deus namq; cantus mihi omnigenos animo inspirauit, illiq; similis in hoc genere uideor. Quapropter ne me iugulare contendas. Nam & Telemachus filius tuus tibi dicet, quē admodum ego non sponte, neq; alicuius indigens, aut rogans aliquid in tua domo sum uersatus, procis ad mensam canendo: uerū multo plures & fortiores me inuitum coēgerunt: Sic dicentem Telemachus audijt, continuoq; ad patrem propius existentē ait: Contine, ne hunc insontem omnino uulnerabis, neq; item Medontem praeconem q me semper domi puerum existentem sollicitus amauit: si tamen nō illum occiderit Philoetius uel Eumaeus, seucerte te p aedeis furentē intem pestiue orauerit. Hunc igitur sic loquentem Medon ipse sapiens audijt: prostratus enim sub throno ac bubulo tergore nuper direpto conuolutus ut mortem euitaret, statim surrexit, tergoreque sese exuit: Telemacho deinde ad genua procumbens atque orans ait:

Phemius musicus Vlyssi.

O mi

O mi here ego quidem is sum, tu contine, patriq; dic ne me ferro lædat iratus: ex procis nefandis supstes relictus qui illi rē omnem absumpsere, teq; stulti minime honorauere. Huic Vlysses subridens respondit: *Con fide, quando te hic eripuit atq; seruauit, ut plane noscas animo alijsq; item dicas, quantum bene quàm malefacere præstat. Tu igitur & musicus ambo ex ædibus exeūtes, extra cædē in aula sedete, donec ego p domum curem quæ me opus. His auditis illi extra ædeis abeuntes sederunt, apud Iouis aram, undiq; oculis lustrantes, cædemq; continuo expectantes.. Lustrabat & Vlysses domum, si quis uirorum uiuus lateret, fatū uitare cupiens: omneis autē in multo sanguine ac puluere prostratos uidit: ueluti pisces, quos piscatores in uas curuum extra mare retibus multifidis extraxère, ac illi omnes fluctus marinos appetētes in arena proiecti conuoluūtur, protinusq; à solis radijs excremantur: Sic proci inter se mixti, ac humi diffusi uidebantur. Tunc demum Vlyßes filio ait: Telemache agedū uoca mihi huc nutricem Eurycleam, uti illi quod meo placuerit animo dicam. Ille statim patri obtemperat, mouensq; portæ fores ad Eurycleam ait: Huc ades uetula iam diu genita, quæ famularum hic custos es nostrarum, ueni inquam, te meus uocat pater tibi aliqd dicturus. Illa uero uelociter dicto audijt: ædium fores impellens exijt Telemacho præcedente, Vlyssem protinus cū interfectis ac cadaueribus sanguine ac tabe fœdatū offendit: ueluti leonem cui pastum in caulam*

Phemius & Medon à Telemacho seruātur

Vlysses Eurycleam accersiri iubet.

X uenien

uenienti, pectusq; & ambæ maxillæ sanguinolentæ sordent (terribile uisu) : sic Vlysses manus pedesque sordidus erat. Illa demum ubi mortuos, sanguinemque effusum immensum, factum admodum horrendum uidit, ululare cœpit : quam Vlysses quanquam cupientē retinens talibus alloquitur : Gaude uetula, à querelis abstine, parce ululatui.

Non optare uiros fas est, quos ultor olympus
Et merito perdunt fato simul impia facta.

Quiue nullum mortalium nec malum neq; bonum q eos adierit honorabant, quamobrem ob temeritatem propriam in fatum miserabile inciderunt. Nunc tu mihi narra famulas impias quæ me absentem continuo spreuerunt. Cui Euryclea: Tibi nate, inquit, uera narrabo. Quinquaginta tibi sunt intus famulæ, quas opera facere docuimus, lanam texere, seruitia tolerare, quarū duodecim impudicæ sunt, nec me neq; itē ipsam Penelopen uerentes. Telemachus namq; nup creuit, neq; mater ei significari aliquid super ancillis permisit: sed agedum ego domus superiora conscendam, tuæ referam uxori, cui quamuis anxiæ Deus aliquis somnum immisit. Nondum, Vlysses ait, hanc excitabis, sed famulas impudicas huc ante omnia iube uenire. Euryclea igitur ex aula properans ancillis nuntiat, ac redire maturat. Interea Vlysses Telemachum bubulcū & Subulcum ad se uocans ait: Incipite nunc mortuos efferre, iubeteque item famulas, deinde thoros pulchros ac mensas aqua & spongijs purgate : ac ubi domum

Vlysses iubet mortuos efferri.

ordine

ordine purgastis, famulas prius eductas in medium tholi, murorumq; aulæ longis gladijs interficite: do- nec animabus ereptis, libidinis qua cum procis clàm commixtæ usæ sunt, penitus obliuiscantur. His ab eo mandatis, mulieres turmatim omnes uenerunt lugen- tes, ac lachrymas ex oculis uberes fundentes. Pri- mum quidem mortuos tulerunt, ac sub aulæ porticu deposuere, inter se inuicem sustinentes, alioquin coa- ctæ Vlysse instante ac præcipiente. Deinde thoros ac mensas aqua & spongijs multiforis purgauere. At Telemachus bubulcusq; ac subulcus pauimentum dili- genter uerrerunt: famulæ uero purgamenta foras po suere. Vbi uero domum omnem mundauere, famulas inter tholum & aulæ murū adduxere, in angusto, un- de non erat effugere. Inter hæc Telemachus ait: Non quidē pura morte ab his animas abstulerim, quæ meo capiti matriq; item meæ probris insultauere, ac cum procis sese oblectauere: Sic ait, ac nauis reste ad co- lumnam alligata, ex alto tholo suspendit ab solo sub- limes, ne pauimentum pedibus attingant: ueluti quum turdi uel columbæ se in durum cubile recipientes, in angusto loco confertim & ex ordine sub ramo consi- stunt: sic illæ ordine capita habebant ac ceruicibus la queos ut miserrimæ perirent, pedibusq; palpitabant, quanquam breui tempore. Deinde Melanthium ante uestibulum & aulam duxere, cui nares auresq; ferro truncauere, genitalia inciderūt, crudaq; canibus cibo dedere, manus pedesq; animo truci amputauere. Et hi

Impudicæ famulæ laqueo suspēduntur.

Melāthius trucidatur

quidem ubi hæc gessere, manus pedesq; lauantes ad Vlyßem domum uenere, qui quidem ad Eurycleam *ait:* Fer *anus, propera, fer inquam malorum remedium ignem, ut ædes lustrem.* Tu *uero* Penelopen *iube cum ancillis huc uenire, ac omneis impelle ministras per domum ire.* Cui *illa: recte, inquit, ac ordine hæc mi nate locutus es: uerum tibi prius lænam & tunicam afferam, ne sic laceris uestibus contectus latos humeros in ædibus consistas, quum minime deceat.* Vlysses *uero contra:* Ignis *ante omnia in ædibus præsto mihi sit.* Anus *itaq; statim obtemperans, ignem ac sulphur attulit.* Illud *igitur & ædeis & œcum & aulam lustrauit.* Post *hæc* Euryclea *domum ascendit, ancillis nunciatura uti ueniant.* Illæ *ex ædibus properabant, lampades in manibus habentes: protinusq́;* Vlyßem *circũstantes salutauere: ac galeam amplectẽtes, caput, item humeros & manus prensabant.* Ille *autẽ dulci capitur desyderio luctus, quod cunctas iam animo nosset.*

Igni lustrantur ædes.

Finis *Libri.* XXII.

¶ Ausonij poetæ, in. XXIII. Homeri Odyssex librum Argumentum.

CHalcidicum gressu nutrix superabat anili.

¶ Euryclea nutrix gestæ rei nuncia Penelopeam de somno excitat. Quæ aduenientem ad se maritum, nõ temere ipsum esse persuadet, quadam cubiculi lege, & genialis lectuli positu, sibi tantum & Vlyssi cognito, an ipse sit maritus explorat. In coitum deinde conueniunt, totamq; noctẽ mutuo sermone consumunt, & hinc quidem elegans replicatio laborum quos Vlysses pertulit mira cõcinnatione colligit.

ODYSSEÆ

Liber. XXIII.

VEtula igitur in ſuperiorem domus partem aſcendēs, heræ nuntiat quemadmodū uir eius intus exiſtat, genua conualebant, pedes cito mouebantur, ſupraque caput aſtitit, atq; ita loquitur: Penelope nata chariſſima ſurge, ut tuis uideas oculis quæ oĩbus diebus deſyderaſti. Rediȷt Vlyſſes q̄q̄ ſero domū procosq; ꝓtinus interfecit q ſuā turbauere domū, poſſeſſiones ederunt, filio demū tuo uim attulere. Cui Penelope: Nutrix, inqt. ſtolidam te dij reddidere, q q̄uis ſapientē ſtultum facere interdū ualent, & contra de ſtulto ſapientē reddūt: hi inquam tibi nocuere, quū prius mente ſaperes. Quid me quæſo lædis amplius exhulceratum habentē animū hæc mihi memorando? Ex dulci me inſuper excitaſti ſomno, q meos blande occluſit oculos. Non enim adeo quiete dormiui ex illo tēpore, quo Vlyßes abiȷt Illum nefarium. Sed nūc abi à me, deſcende rurſus: nam ſiqua forte alia fœmina ex noſtris ueniens, hæc quæ tu narraſti mihi nunciaßet, ac me ex ſomno excitaſſet, profectò illam à me abſterruiſſem, ac irata ſtatim deſcēdere iterū ad ædeis iuſſiſſem, tibi autē ob ſenectutē parco. Euryclea: Non te, inquit, lædo nec decipio chara filia, ſed uera narro: uenit Vlyßes domū ut dixi, hoſpes ille quē omnes in ædibus ſpernebant. At Telemachus iam diu antea hic

Euryclea nuntiat Penelopæ Vlyſſem rediȷſſe

Penelope

Euryclea

illum existentem nouit: uerum sapienter patris consilium texit, ut uirorum superborum uim atq; audaciam animaduerteret: Sic ait. Illa gauisa est, ac è lecto ruēs in amplexū uetulæ cucurrit, lachrymasq; ex oculis huberes fudit, atq; illam compellans alloquitur: Eia age mea uetula, uerū mihi narra si uere rediit, uti tu refers quomodo in procos impudentes manus intulit solus existens, qui continuo congregati simul intus manebant?

Penelope

Huic rursus nutrix: Non uidi, inquit, non audiui, sed tantū interfectorū tumultū accepi. Nos etiam in thalami penetralibus eramus attonitæ foresq; clausæ, uerum tuus me filius Telemachus ab ædibus accersiuit, quē pater nos uocatū miserat. Vlyssem præterea cū interfectis consistentē offendi, q supra pauimentū inter se cōfertim iacebant. Ego autē conspiciēs exhilarata sum aio. Nūc autē oēs ante aulæ portas congesti cernuntur. Insup domū lustrauit magnum accendens ignē, me quoq; te uocare iußit. Sed iam tu sequere, ut ambo uos simul aio collætemini, quando mala paßi multa estis, nunc autē iam hoc longum desyderium expletum, uenit quidē ipse domum uiuens, reperitq; te ac filium male à procis tractatum, quamobrē ab omnibus domi pœnas exegit.

Euryclea

Huic Penelope: Nutrix, inquit, charißima ne quæso iactabunde loquere. Nosti enim quemadmodum in ædibus gratus omnibus appareat, mihi præsertim & filio quem genuimus: attamen hoc eße quod ais uerum, non credam: sed quod Deus aliquis procos potius interfecerit, iniuriam illorum impiasq;

Penelope

plés; facta plectens, qui neminem mortalium neq; malum neq; bonum eos adeuntem in honore habuerunt, quamobrem temeritatis iustas dant pœnas: Vlysses autem meus procul ab Achæa perijt. Cui Eurycleа: Nata, inquit, mea quid ais, quæ uirum tuum intus existentem apud ignem dicis domum non rediisse: an tibi semper animus incredulus? Sed & iam aliud tibi signum certius dicam, cicatricem quam olim apri dente uulneratus accepit, dum eum lauabam animaduerti, uoluiq; tibi dicere: quanquàm me ille manibus præmens, mentis alio consilio referre non permisit. Sed iam me sequere, spondeo, tradoque me tibi: me misero perde exitio si te decipio. Cui Penelope: Nutrix, inquit, chara, durum quidem te, quanquam sapientem ac circumspectam existentem, deorum consilia probibere. Attamen ad meum eamus filium, ut procos interfectos seu etiam illum qui eos interfecit uideamus: Sic dicens de domo superna descendit, multa secum animo agitans, an charum uirum separatim interrogaret, an propius astans caput oscularetur, manusq; prensaret: Vbi uero solum ingressa propius accessit, coram Vlysse ex altera parietis parte apud ignem consedit, Vlysses uero apud columnam alteram sedens, ubi eam aspexit demissis oculis, expectabat si quid uxor ei diceret. Illa diu mœsta ac ingenti capta stupore tacebat, quandoque illum aspectum clare noscebat, quandoq; uero laceris indutum sic uestibus ignorabat. Inter hæc Telemachus eam interpellando ait: Mater mea

Penelope subdubitās accedit Vlyssem

atq; iterum mater crudeli animo, cur sic à patre te seiungis, nec iuxta sedens uerbis eũ percunctaris ac uestigas? Non enim alia uxor animo tã duro à uiro sic absistet, q quidẽ post multas ærumnas uitæq; labores anno uicesimo in patriam redierit. Tibi enim mens lapide durior est. Ad hæc Penelope: Nate mi, ait, aius iam dudum in pectore mihi obstupescit, neq; aliquod alloqui uerbũ ualeo, neq; interrogare, neq; demum in eum aduersum conspicere. Si uero Vlysses est & uere domum rediit, quamobrẽ opus ante oĩa signa ex eo, quæ aliis occulta quidẽ sunt, nobis autẽ manifesta, inter nos uideamus: Sic ait illa. Risit Vlysses, et ad filiũ uersus ait: Telemache sine matrem me signis tentare, cito enim melius sentiet, nunc quod sordeam malis amictum uestibus me despicit, neq; Vlyßem fatetur: Nos ergo cogitemus quẽadmodum quod gessimus probe secureq; sit. Etenim quidam hominẽ in populo ultoribus auxiliisq; quandoq; carentem interficiens, propinquos patriamq; propterea fugit, nos autem ciuitatis munimentum, principes iuuentutis Ithacensis occidimus, quapropter te hoc pensitare uelim. Cui Telemachus: Quin tu, ait, pater hæc uide atq; considera. Tuum enĩ inter homines consilium ferunt optimum esse, cũ quo nullus mortalium contendit. Nos te certatim sequemur: neque tibi uigoris aliquid deesse putauerim, quum uis tibi sit plurima. Dicam igitur, inquit, Vlysses, quod mihi uidetur eße optimum. Primum namque lauate & amicite tunicas, famulasque iubete uestes

sumere. Deinde inclytus cantor cũ tinnula cithara ac iocosa saltatione praecedat: ut q foris existũt, uel p uiã forte iens, uel etiã circa habitãs audierit, nuptias exi- stimet esse: ne fama caedis procorũ patratae p urbẽ la- te serpat, priusquã nos extra in nostrũ agrũ exeamus Hic deinde cogitabimus qd utilitatis Iuppiter polli- ceatur: Sic ait. Illi cõfestim obtẽperauere. Primũ qdẽ lauere, tunicas induerũt, famulae se accinxerũt. Musi- cus citharã cepit, inter eosq; dulcẽ cantum simulq; sal tationem decentẽ exorsus est, unde domus uirorum lu dentium ac formosarũ foeminarũ pedibus grauata re- sonat. Sicq; alius extra domũ audiens dictitabat: nem pe alicui regenti nostra multis expetita procis nupsit: misera profecto, quae nõ sustinuit uiri sui domum oino custodire, donec ille ueniret, haec quanq̃ fama curre- ret, ignorabant tñ quemadmodum res gesta esset. In- terea domi Vlyssẽ Eurynome proma lauit, oleoq; unxit ac pharo tunicaq; pulchra ornauit. Insuper ei

Simulantur in aedibus nuptiae pro pter populi tumultum.

Conspicuam Pallas formam, capitisq; decorem
Mollem caesariem tribuit, similemq; hyacyntho,
Et membris illum longe spectarier amplis.
Ac ueluti Vulcani edoctus & arte Mineruae
Argento siquis fulgens contexuit aurum
Vnde opera egregia, & uario facit aucta labore.
Sic illa excelsis humeris, ac ore sereno
Reddidit, & toto praestantẽ corpore Vlyssem.

Ex lauacro igitur Dijs corpore similis procedit, ac rursus in thoro unde surrexerat cõsedit, cõtra uxorẽ,

atq; illi sic ait: Crudelis, dij nanq; tibi præter omneis fœminas cor durũ dedere, non enim altera puto mulier tantum animo tolerasset à uiro absistere, qui post multos labores anno uicesimo domum tandẽ redierit. Verum tu nutrix propera, sterne mihi lectum ut ipse dormiam, quando huic ferreus est omnino animus.

Vlysses uxori.

Cui Penelope: Ego te, inquit, neq; despicio, neq; rursus ualde admiror aut magnifacio. Noui tamen qualis fuisti cum apud Ithacam è naui descendisti. Sed, o Euryclea abi cito in thalamũ quem ipse construxit: hic ei et lectum & cubile parato, puluillosq; insuper ex pellibus lænas & stragula uarietate picta: Sic ait uirum tentans. At ille obiurgans: O mulier, inquit, uerbum nempe hoc quod dixisti me ualde pupugit: quis enim meũ tulit aliò lectum? durum admodũ esset mihi præsertim scienti, quoniam neq; deus superueniens, etiã si uoluerit, facile alium in locũ transtulerit, nedũ mortaliũ ullus quamuis uegetus & robustus, quoniã in eo magno admodum ac laborato signum inest, quod ego non alius extruxi: Truncus erat ingens oleæ intra areã thalami, uegetus ualde ac uiridis, craßitudine columnæ, hunc ego pro fundamento thalami ieci, quem densis supra lapidibus construxi, ex ramis uero ipsius oleæ incisis portas apte cõpactas cõstitui, Germen deniq; radicis ipsius affabre ferro expoliui, & ad perpendiculum direxi, deinde terebra diligenter terebraui: ex hoc itaq; lectũ lectiq; fulcra extruxi, auroq; & argento & ebore uarie ornaui: loris postmodũ bubulis pur

Vlysses lectum suum coniugalẽ describit.

lis purpureis subtus constraui. Sic igitur signum tibi dixi: nunc autē non satis scio ô uxor si lectus hic mihi sit incolumis, uel aliquis eum ex oleæ fundamento euellens alio traduxerit: Sic ait. At Penelopes genua corq; præ admiratione soluuntur, firma sane adhuc & integra signa cognoscentis quæ Vlyßes narrauit: lachrymansq; eum aduersus irruit, manusq; & collum amplexa, caput insuper & ora exosculata: Ne quæso, inquit, mihi Vlysse charissime irascere, postquam alia quidem ex hominibus prudenter tolerasti: Dij nobis calamitatem inflixere, qui nos etiam admirantur, ut in expectatione mutua ætate iam bona consumpta ad limen senectutis peruenerimus: Ne inquam mihi succense, quod non subito quàm te uidi amaui. Cōtinuo enim animo meo sum uerita, ne quis uerbis ueniens me deciperet. Multi namq; praua excogitant consilia, quæ prius animaduertere oportet. Neq; Helena Ioue genita cū alieno uiro cōcubuisset, si se ab Achæis rursus quandoq; in patriā reducendā cognouisset: hanc Deus ad turpe facinus admittendum impulit: neq; prius hoc incommodum & exitiale damnū suo excogitauit animo, ut luctus ex eo ad nos primum perueniret. Nunc quando signa manifesta nostri lecti narrasti quē nullus mortalium uidit, sed tu & ego soli, ac unà tantum ancilla Actoris, quæ mihi à patre huc uenienti data est, & nostri fores thalami seruat: iā tibi credo, quanquā animum habens cōtinuo trucem: Sic ait. At Vlyssi luctus desiderium magis est auctum: flebat enim uxorem

Penelope ex signis Vlyssem certo cognouit.

magnanimam

magnanimam ac sapientem sibi restitutam uidens: ueluti cum natantibus terra libẽter aspicitur, quorũ Neptunnus nauẽ uento fluctibusq; agitatã uastauit: pauci admodũ fugientes ac alga multa cõspersi natando ad littus perueniunt, tellureq; libenter fatũ uitantes potiuntur. Sic *gratus erat aspicienti maritus, quanquã non adhuc candidis ulnis illius sit caput amplexa.* Sic *itaq; lugẽtibus inter se ac lachrymãtibus profecto dies illuxisset, nisi forte* Minerua *cum alia, tum hæc animaduertens noctẽ longius protraxisset,* Aurorã *quoq; ex oceano retinuisset, fecissetq; quo minus equi celeres* Lampus *&* Phactus *solis lumen mortalibus afferẽtes currui iungerẽtur.* Tunc *demũ* Vlysses *uxorẽ sic alloquitur:* O *coniux nondum enĩ ad finẽ penitus laborũ peruenimus, restat adhuc labor immensus atq; acerbus quẽ me obedire oportet, quemadmodũ* Tiresiæ *anima die illo quo ad inferos descendi, mihi reditũ sociorũ simul & meũ sciscitanti narrauit.* Sed *iã coniux lectum adeamus, ut dormientes unà dulci colletemur somno.* Cui Penelope: Lectus *quidẽ, inquit, tunc tibi erit præsto, paratus, quando aĩo lubebit tuo, postq̃ te* Dij *domũ incolumẽ reduxere: sed quãdo semel narrare cœpisti,* Deusq; *id tibi in aĩo posuit, dic quæso laborẽ quẽ post hac subiturũ te eße dicis: nam hoc statim audire præstat.* Cui Vlysses: Quid *me, inquit, aĩo sollicito iubes dicere? dicã tamen, nec te celabo: non enĩ animus tibi lætabitur, neq; ipse gaudeo, quoniam multas me dixit mortaliũ urbes aditurũ in manibus remũ habentẽ, donec ue-*

nec ueniã ad uiros maris ignaros,q nec cibũ ex mari-timis edunt,neq; naues aut remos nauiũ alias nouere. Signũ igitur manifestũ hoc mihi dixit qđ tibi referã: quando mihi uiator obuiã factus,iaculũ supra clarum humerũ habuerit,tunc me in terrã remum figere iussit:ac pulchra Neptunno facientẽ sacra ex ariete,tau ro,& apro porcorũ custode domũ redire:demũ oĩbus ex ordine ac successiõe Dijs sacras offerre hecatõbas Mors autẽ mihi ipsi ex mari molliter,ac talis cõtinget quæ me uegeta consumptum senecta perimeret.Circa uero populi fœlices erũt.Hæc itaq; mihi oĩa dixit euẽ tura.Ad hæc Penelope:Si enĩ,inquit,senectutẽ Dij ti bi dederint bonã, spes in futurum malorũ fore euita-tionem.Dũ hæc inter se colloquerẽtur, Eurynome si-mul & nutrix lectum cũ molli stragulo & luminibus accensis parauere.Postq̃ uero cubile strauere,uetula rursus in œcon uenit:Eurynome uero cubicularia con iugibus in thalamũ uenĩẽtibus cũ facibus præibat.Illi postremo antiqui lecti iura repetunt. At Telemachus: bubulcusq; & subulcus pedibus saltando desierunt,fa: mulasq; itẽ desinere iusserunt,ipsi demũ in amplis ædi-bus alius alibi cubuere.At cõiuges in amore diu cupi-to lætati sunt,gauisiq; itẽ uerbis inter se colloquendo. Penelope quidẽ narrabat quænã ac quanta à procis passa fuerit,q eius causa multas boues ouesq; pingues occiderunt,multũq; è uasibus uini absumpsere.Vlysses ex altera parte quot incõmoda hoĩbus inflixerit, quot ue ipse passus fuerit,oĩa narrauit.Illa uero audiẽs gau

debat animo,neq; somnus oculis cecidit priusquam oia narrasset.Incepit igitur ut primum Ciconas domitauit.Inde postea ad Lotophagorum hoim fertilem uenit terram. Deinde quanta Cyclops perpetrauit,& quemadmodum sociorũ quos ille absq; ulla misericordia uorauit,pœnas est ultus. Deinde ad Æolum uenit à quo humaniter exceptus etiã itinere adiutus est.Verum quod nondum fatum esset eum in patriã redire, maris procella rursus eundẽ rapiens in pontum traxit unde ad urbem Læstrigonum longe peruenerunt,qui naues omneis simul cum socijs perdidere:tantũ Vlysses cum naui euasit. Post hæc Circes dolos fraudulentos euitauit:Inde ad inferni lati barathrum anima Tiresiæ Thebani utens,cum naui uenit:ubi omneis extinctos socios uidit,itemq; matrẽ, quæ tãtulum existentẽ eum nutrijt.Postmodũ ut Sirenarum perniciosarũ uocem audijt, ut ad saxa erratica peruenerit, grauemq; Charybdim Scyllamq;, quam nunquã hoies miseri uitauere. Deinde ut solis boues socij perimerunt,quãobrem Iuppiter ardenti fulmine nauim diruit: Vnde socij reliqui simul oẽs perierunt:ipse uero malum euitauit fatum.Vt Ogygiam insulam adiuit ad nymphã Calypso,quæ illum in uirum habere cupiens in spelunca nutrijt,immortalemq; ac minime senescentẽ se redditurã oibus diebus promisit.Deinde ut p uarios labores ad Phæacenses applicuit,qui eum supra modũ ut Deũ honorauerũt,ac iter comitauere,æs insuper,auriq; satis ac uestem dederunt. Hoc deniq; uerbum postremo dixit,

Vlysses enarrat uxori suos errores.

dixit, quãdo dulcis somnus membra simul ac curas animi soluens ruit. At Minerua cũ alia nouit, tum Vlyssem lectum somnumq; cũ chara coniuge appetere animaduertit. Post hæc auroram ex oceano excitauit. Vlysses è stratis mollibus surrexit. Deinde uxori hæc mandat: O coniux, iam multos quidem ambo labores tolerauimus, tu certe hic meum continuo plorando ac desiderando reditum, me uero Iuppiter & alij Dij redire cupientẽ impediuere. Nunc autem quando ambo in lectum magnopere optatum conuenimus, opes ante oĩa amissas mihi recuperare necesse est: oues in primis quas proci mactauerunt, multas quidẽ prædabor, alias autem Achæi dabunt, donec oẽs expleam caulas. Sed iam ego in agrorum arboribus frequentẽ uadam, uisurus optatum patrẽ, qui magnopere mei gratia tristitia afficitur. Tibi quoq; uxor quanquã prudenti mando, nam statim orto sole fama procorũ quos domi interfeci dispalescet, in superiorẽ domus partem ascendas, ibiq; cum ancillis quieta sedebis, neminem neq; alloquere neq; interroga: Dixit, & circa humeros pulchra induit arma. Telemachũq; ac bubulcũ & subulcũ exinde excitatos, arma pariter manibus corripere iussit. Illi uero dicto audientes ferro sese protinus accinxere. Portas igitur impellentes egrediuntur Vlysse præcedente. Iamq; lux effulsit in terris. Hos Minerua nocte opaca occultans, uelociter eduxit.

Vlyßes egreditur ad patrẽ.

Finis Libri XXIII.

¶ Ausonij poetae, in. XXIIII. Homeri Odysseae librū Argumentum.

Tartaream vocat in sedem Cyllenius vmbras.

¶ Procorum animas recenti & cōmuni caede congestas cateruatim Mercurius ad inferna cōpellit. Tūc circa Agamemnonē manes heroici congregantur. Miratiq; lectorū iuuenum gregē densitatemq; vno agmine cōmeante causas interitionis accipiunt. Tum apud inferos quoque virtus Vlyssis, & Penelopes pudicitia praedicantur ab Agamemnone prae caeteris: cui dispar fuerat in vtraq; fortuna. Vlysses ad Laertem patrē in agrū profectus, inopinato & reditu & rerum gestarum relatu affecit senem: afficit ab eo cognitu quas exāclasset aerumnas. Subinde & patres procorū neces iuuenum properant vltum ire: cōsilioq; & vi cōmunicationis ante expectatum agro superueniūt. Sed eos iā comitatior Vlysses fundit fugatq; Verum gliscentibus odijs & maiore seditione aut tumultu spectato, ex sententia Iouis in Ithacam Minerua descendit: & cōciliata vtrinque pace, studia & motus partiūm rerum gestarum abolitione componit.

ODYSSEAE Liber. XXIIII.

MErcurius procorum animas euocabat. In manibus nāq; uirgam aureā habebat, qua uirorum quorū uult oculos leniter sopit, hos rursus è somno excitat. Hac itē animas ille euocat orco. Illae uero fremētes sequuntur: ueluti cū uespertiliones in antri ingētis recessu stridentes volant: postq̄ aliquis ex eis saxo adhaeret, simul oēs cohaerent. Sic unà oēs congregatae erant animae, qbus ipse Mercurius dux erat, q uias iniquas ac putres, iuxta oceani fluxum & leucada saxum seu solis portas & somniorum populum ibant: confestimq; in pratum floridum

Mercurius procorum aīas ad inferos deducit

floridum peruenere. Hic miserorum defunctorum animæ seu idola habitabant. Inueneruntq; animas Achillis & Patrocli & Antilochi & Aiacis, qui cæteris Danais & forma & corpore præter Achillem præstabat. Circa Mercurium conueneriit omnes: inter quos Agamemnonis anima tristior propius accessit, cum qua simul & qui in Ægisthi domo periere aderant. Hunc igitur Achillis anima prius alloquitur: Atride, te namq; ex omnibus heroibus Ioui charũ continuo putamus esse, quamobrem multis & fortibus apud Troiam dux fuisti, ubi labores Achæi passi sumus, profecto tibi prius fatũ euenire debuerat: qđ nullus mortalium euitat, ac in bonore quo apud Troiæ populum regnabas extingui: nam & tibi tumulũ Achæi omnes constituissent, tuoq; filio magna postea gloria fuisset: nunc uero te tantum misero exitio absumi fato datum erat. Huic anima Atridis: Beate, inquit, Achille Dijs æquiparande, qui procul ab Argis apud Troiã perijsti, circaq; alij Troianorum & Achæorum pro te pugnantes interfecti sunt. Tu autem in multo excitato puluere magnus iacuisti, magna animi magnitudine equitatũ ducens. Nos autem die tota pugnauimus, neq; omnino desistebamus nisi Iuppiter tempestate pugnam diuertisset. At postquam ad naues ex bello uenimus, te in lectis extinctũ condidimus, aqua pura tantum lustrantes corpus: multas insuper lachrymas Danai fuderunt, crines attonderunt. Mater cũ Dijs marinis nuntium de te accipiens uenit: fama enim totum

Danaum animæ.

Atridis aĩa Achilli de eius funere

exciuit mare: tremorq; omneis Achæos inuasit. Et profecto subito exurgentes naues conscendissent, nisi multa & antiqua experientia edoctus Nestor retinuisset, cuius optimum apparuit consilium, qui sic eos in concione allocutus est: State Argæi, neq; fugite pubes Achæa: mater enim ex mari cum alijs Dijs marinis uenit suum filium extinctum uisum: Sic ait. Achæi autem timentes sese cõtinuere. Præterea te senis marini flentes filiæ misera lamentatiõe ac immortalibus amictæ uestibus querebantur. Hic nullum Argæorũ siccis oculis nosses. Taliter eos musa sonora excitauit denis septenis diebus totidemq; noctibus te nihilominus plorauimus mortales simul & immortales. Decimaoctaua igni te dedimus, multasq; super ipso oues bouesq; mactauimus pingues. Demũ crematus es in Deorum ueste, multoq; unguento & melle dulci, multiq; item heroes Achæi armis circa ardentem pyram certauere, equitesq; lusere, multus deniq; tumultus erat. At postquam Vulcani flamma te absumpto cessauit, mane tua legimus ossa alba Achille cũ uino mero & unguento: urnam uero auream mater dedit, donum id dicens esse Dionysij, opus uerò Vulcani. Hic optime Achille tua ossa iacent, mixta unà cum Patrocli Menetiadis ossibus, sine Antilocho, quem supra ocis alios post Patroclum mortuũ honorabas. Igitur nos exercitus Argæorũ magnũ & nobilẽ tumulum circa illos effudimus, in excelsa littoris parte lati Hellesponti, ut manifestus procul aspiciẽtibus uiris eßet nũc existenti-

De Achillis exequijs.

stenti-

ſtentibus & futuris. Mater autē à Dijs facta poteſta te, pulchra poſuit in eius honorem Achæorum fortiſſi mis in media regione certamina. Iam quidem multorum heroum ſepulchro interfui, quando iuuentus ad ludorum contentionem ſeſe accinxit. Sed illa maxime uidens mirareris, qualia certamina nobilia Dea Thetis tibi dicauit. Valde itaq; Dijs charus fuiſti, adeo ut ne moriens quidē nomen amiſeris, uerum perpetua inter omnes hoīes gloria tibi Achille fuerit. At mihi quid hæc uoluptas? qui quanquā bellum feliciter adminiſtraui & perfeci, miſerū Iuppiter exitiū redeunti manibus Ægiſthi & diræ uxoris ſtatuit. Dum hæc inter ſe colloquerentur, propius Mercurius acceſſit, animas deducens ab Vlyſſe domitorū procorū. At illi ambo exhorruere, aduerſusq; uti uiderent iuerunt: nouit autē Agamemnonis aīa Amphimedontē Melāthij filium: hoſpes namq; Ithacæ illius erat domi manens. Itaq; prius eum alloquitur. Amphimedon qd paſſi ad ſubterranea loca deſcenditis? oēs quidē delecti & coæui: neq; enim delectum habiturus aliquis alios p ciuitatem uiros fortes deſcriberet: an forte uos in nauibus Neptūnus perdidit, uentos aduerſos fluctusq; ingentes cōmouēs? an malefici hoīes in terra læſere uos boues occidentes ſiue ouiū greges? an certe pro patria, proq; cōiugibus pugnantes? Dic quæſo mihi percunctanti, hoſpes nāq; tuus ſum, an nō meminiſti quādo illic in ueſtrā domū diuerti, ueniens hortatū Vlyſſem ut unà cū Menelao nauibus me ad Troiā ſequeretur.

Agamēnonis aīa Amphimedonti proco.

retur. Mense namq; accommodo totum penetrauimus pontum, Vlyssis diligentia studioq; freti. Ad haec Amphimedontis anima sic ait: Memini quidem haec omnia Tibi ego cũcta uere manifestabo de nostro exitu qualis fuerit. Vxoris Vlyssis diu absentis nuptias expectabamus. Illa uero connubia nec abnuit nec admuit, nobis mortem ac dirum excogitans fatum. Verum dolum alium in mente uoluit, magnam ordiens telam in aedibus texebat, tenuem admodum ac rotundã, nobisq; clare dixit: Iuuenes mei proci, postquam Vlysses extinctus est, meum expectate quanquam solliciti coniugium: donec pharũ perfecero (ne fila frustra pereãt) Laërti seni funebrem uestem: quando ad extremũ morietur, ne qua Achaearum mihi domi irascatur, si absq; ueste sepulchrali iaceat is, qui multas possidet opes: Sic ait, nobis uero consilium placuit. Hic igitur interdiu texebat magnam telã, noctu uero accensis lampadibus dissoluebat. Sic triennio per dolum latuit ac Achaeos decepit: ubi uero quartus uenit annus & horae transierunt, tũc ex eius ancillarum quadam huius facti conscia intelleximus eam soluentem telam: quam ubi demum non sponte sed coacte perfecit, statim pharum magnum solis fulgori simile ostendit. Ea forte tẽpestate malus daemon Vlyssem peregre uenientem ad agrum reduxit, ubi subulcus habitabat. Huc uenit & eius filius Telemachus, ẽ Pylo reuertens cũ naui, amboq; inde in urbem procis exitiũ parantes accesserũt. Telemachus autem ante alios uenit. Vlyssem postea

Amphimedõtis proci ãia Atridae interitus sui historiam texit.

subulcus

subulcus duxit, laceris amictum uestibus, mendico similem & incuruum, nec ullus nostrũ agnoscere illum ualuit ubi primum apparuit, nõ etiam qui maiores natu erant: nos propterea uerbis eum ac plagis lacessiuimus: at ille in suis ædibus probra omnia lacessitus ac percussus facile tolerare ausus est: donec eundem mẽs Iouis excitauit, ut unà cũ Telemacho pulchra ex aula corripiẽs arma in thalamũ conderet, ac seras deinde clauderet. Is demum suam uxorẽ astutia fretus, iussit arcum procis dare, splendensq; ferrum, nobis miseris certaminis & cædis initium: Nullus igitur nostrum duri arcus neruum tendere ualuit: longe enim uiribus inferiores eramus: Vbi uero arcus ad manus uenit Vlyssis, hic nos magnopere contendimus, ne uel instanti & roganti arcus daretur, quod per Telemachum non licuit, qui solus illum iubendo excitauit. Vbi hunc Vlysses accepit, facile tetendit, per ferri quoq; interualla metas agens constitit uestigio progressus, sagittas ante pedes sparsit: grauiterq; cõtuẽs ac lustrans oculis, Antinoum in primis iaculatus est, mox in alios tela direxit. Illi inter se propinqui cædebant: Notum quidem & manifestum, quis Deorum illis adiutor fuerit. Statim per domum passim suis uiribus furentes interficiebant, ex quo tumultus & ruina tristis capitum percussorum exorta est, humus oĩs sanguine fluebat. Sic demum nos ô Agamemnon periuimus, quorum nunc quoque corpora in ædibus inhumata iacent, quod nempe factum amici cuiuslibet no-

ſtrum adhuc ignorant, qui procul dubio ſaniem è uulneribus tergentes noſtris lamentarentur, quod munus eſt & honor morientium. Vbi finem dicendi fecit, Agamemnon ait: O beate Vlyſſe quàm magna cum uirtute uxorem poſſediſti, quàm præſtantem Penelopes animum, ô quàm pulchre ſui meminit ipſa uiri, huius enim gloria nunquam excedet nec fama uirtutis: ſed & Dij de ipſa cantum ac poëma gratiſsimum poſteris tradent hominibus, longe diuerſum à Clytæmneſtra Tyndari filia, quæ malum iniens conſiliũ uirum trucidauit. De hac igitur cantus futuris hominibus infenſus erit, & facti memoria famaq; fœminis deteſtanda. Talibus itaque illi interſe colloquebantur, ſtantes apud inferos ſub terræ latebris. Interea Vlyſſes cum ſuis ex ciuitate in agrum Laërtis pulchre admodum mangonizatum, quem ille poſt multas animi ærumnas ſibi poſſedit atque aptauit, profectus eſt.

Vlyſſes ad patrẽ contendit.

Hic domus erat, circa uero tabernaculũ paruum poſuit, in quo famuli neceſſarij qui ei obtemperabant paſcebantur, quieſcebãt, inuigilabantq;. Aderat & anus ſicula, quæ ſenem ſedulo nutriebat in agro à ciuitate procul. Hic igitur Vlyſſes famulis eum comitantibus & filio dixit: Vos nunc ite in oppidum, ac protinus unum ex procis qui fuerit optimus ſacrificio mactantes cœnam parate, obiter ego patrem tentabo, ſi me forte cognoſcat oculis aſpiciens, ſiue non ignoret tã longo poſt tempore uenientem: ſic dicens, famulis arma Martia dedit. Illi cõfeſtim domum iuere. Vlyſſes

autem propius ad uineam accessit tentabundus, non autem Dolium magnum in locum arboribus consitum descendens, neque famulorum alium aut filiorũ ipsius repperit: sed hi ad legendas spinas abierunt, ut sepibus uineam circundarent, quibus dux fuit senex, quem solum in uinea circa plantam fodientem offendit sordida indutum tunica, suras pellibus bubulis consutis, manus quoque chiridibus spinarum gratia opertum: quodq; magis luctum augebat, capitis erat tegmen ex pelle caprina. Hunc igitur Vlysses *statim nouit senectute iam consumptum, magnosq; animo questus habentem.* Ipse *sub florente pinu paulum consistens lachrymas fundebat, secumque animo uersabat, an exoscularetur statim ac amplecteretur patrem, singula quoque narraret quemadmodũ domũ & in patriam redierit, uel primum indagaret, singulaq; tentaret.* Demum *alternanti potior sententia uisa est, patrem antea contumeliosis uerbis tentare.* Hæc *itaque meditans aduersus eum ijt plantam circumfodientem, propéque astans ait:* O *senex non equidem curandi plantas imperitus uideris, sed recte omnia in hoc genere facere.* Nec *enim planta ulla est, non ficus, non uitis, non olea, non pirus, non denique hortensia sine cura sunt: sed hoc tibi dicam, tu uero ne ægre animo feras: quum hæc diligenter cures, tui ipsius curam non habes: sed sub fœda ac misera senectute male agitaris tristibus amictus uestibus.* Non *enĩ pigritiæ causa hæc tute negligis, quod tibi (quantũ fas est* Vlysses patrẽ cõpellat

 aspectu

aſpectu depremdere) non ſeruile aliquod ore aut magnitudine præ te fers : Regi namque ſimilis uideris: Tali enim æquiparandus es poſtquam lauerit & comederit, molliter etiam dormierit, quo iure ſibi ſenes uendicant. Sed quæro uera mihi referre : alicuius ne famulus es ? alicui ne hunc arboribus conſitũ locum laboras ? Deinde hoc item dic, ſi uere Ithacam hac imus, ut mihi uir hic dixit, qui huc uenienti obuius fuit ? Non enim ualde ſapiens eſt, quum ſingula dicere aut reſpondere quæcunq; interrogaui non ſatis ſciuerit, præſertim de hoſpite meo, ſi uiuit adhuc ſiue obijt ad infernum profectus : hoc enim tibi dico, hoſpitem quandoque in patria mea domi excepi, quo nullum unquam hoſpitum procul uenientium libētius uidi, ſe ex Ithaca dicebat eſſe, ſuumq; patrem Laërtem Arceſiadem. Hunc itaque ad domum meam uenientem pulchre tractaui ex omnibus quæ intus erāt, dona inſuper hoſpitalia ut par erat illi dedi; auri ſuper facti ſeptem talenta, craterem argenteum floribus pictũ, lænas duodenas pictas, totidemq; tapeta, totidē pharea, totidem deniq; tunicas. Præterea miniſtras operum peritas ac formoſas quatuor, quas ipſemet uoluit eligere : Pater uero ubi hæc audijt, lachrymans ait : Hoſpes profecto in terram recte tendis de qua tu interrogas, hanc uiri iniuſti ac ſuperbi poſſident, quibus ſi milia dares dona, fruſtra hæc dares : ſed ſi illum apud Ithacam uiuum offenderis, procul dubio te hoſpitio excipiet, & his quæ accepit donis muneratum re

tum remittet, uti decet illum qui præsidet. Sed hoc etiam dic, quotus est annus quo tu illum tuum hospitem excepisti, miserum meum filium? si quando erat infœlix quem procul à suis & patria siue in ponto pisces uorauerint, siue in terra feris & auibus cibus & rapina fuerit: non mater de more circumsistens plorauit: non pater, qui illum genuimus: non item uxor munifica prudensque Penelope in lecto, ut decebat, oculos corrumpens (hoc enim munus morientis) defleuit. Postremo hoc narra: quisnam es, aut unde gentium, ubi patria aut parentes, ubi nauis consistat, quæ te tuosque socios uexit? an forte mercator aduenisti in aliena naui, qui te hic dimittentes discesserunt?

Cui Vlysses: Tibi, ait, cuncta uera narrabo: sum enim ex Alybante ciuitate ubi mea inclyta domus, filius Aphidantis Polypemonidis principis: mihi nomen est Eperito. Me namque Deus à Sicania errantem atque inuitum huc deduxit: Nauis mihi hic apud agrum à ciuitate procul consistit. Insuper quintus agitur annus, ex quo Vlysses à me meaq; patria discessit infœlix. Certe bonæ erant aues, dextræq; tunc eunti, ego gaudens illum transmisi: gaudebat quoque ille discedens, sperabatq; quandoque hospitium se mihi redditurum muneraq; daturum: Sic ait. At illum mœstitia correptum nubes doloris obscura obtexit, manuque utraq; ardente ex humo puluere accepto sparsit canũ caput uberius fluẽs. Vlysses uero hæc aspiciens com mouebatur, è naribusque impetus impatiens & acu-

tus patrem contuenti est effusus, protinusq; insiliens eum corpore complexus ait: Ille ego sum pater, quem tu quæris, ueni tandem anno uicesimo. Sed iam lugere desine, ac diræ lamentationi finem impone. Tibi dico ualde opus maturare, procos in ædibus peremi, incommoda nobis illata ac improba eorum facta ulciscens.

Vlysses prodit se patri.

Cui Laërtes: Si enim, inquit, Vlysses meus filius huc uenisti, signum mihi clarum uti credam refer. Cui Vlysses: Cicatricem, ait, hanc primum considera quam sus albo dente mihi Parnesum uenienti intulit, quo tu me simul & mater ad auum maternum Autolycum ire compulistis, ut dona caperem quæ huc ueniens mihi promisit. Insuper arbores in amœna uinea si tibi sunt, ego cunctas dicam, quas olim tu puero mihi existenti, teque per illam me ducente sequenti singulas nominasti, piros dedisti tresdecem, malos decem, ficus quadraginta, ordines quoq; uitium daturum te recepisti quinquaginta, quorum quælibet frugifera erat: hic uuæ simul omnigenæ existebant, quando Iouis imbribus superne irrigabantur: Sic ait. At Laërti genua simul cum animo soluta sunt: signaq; quæ firma Vlysses recensuit recognoscens, protinusq; filium ulnis est amplexus: illum uero Vlysses collo inhærentem & animi deficientem excepit, ac recreauit. Vbi uero animus ei tandem in pectora rediit, sic est rursus affatus Iuppiter pater nunc profecto Dij estis in cœlo, si uere proci superbiæ atque temeritatis pœnas dedere. Nunc ualde timeo ne omnes huc Ithacenses irruant,

nuntios

nuntiosque quoquò uersus ad Cephalienſium urbes mittant. Cui Vlyſſes: Bono *ſis animo, ait, neue hæc tuo cordi ſint curæ : ſed eamus ad hortum qui prope domum arboribus conſitus exiſtit : huc ego* Telemachum, *bubulcumque, ac ſubulcum præmiſi, ut cœnam cito pararent.* Sic *inter ſe dicentes domum peruenere, ubi illos offenderunt carnes probas incidentes, ac uehemens fundentes uinum.* Tunc Laërtem *ſuæ domi* Sicula *famula lauit, ac oleo unxit, læna deinde pulchra induit : Minerua uero prope aſtans membra corpusq; illi reconcinnauit ac curauit, procerioraque ac latiora ut apparerent effecit.* Ex *lauacro itaque proceßit, quem filius euntem ac* Dijs *aſpectu ſimilem exiſtentem admirans ſic eſt allocutus:*O *pater te certe* Deorum *aliquis & forma & magnitudine maiorem uideri dedit.* Ad *hæc ille :* Iuppiter,*ait,pater, Minerua &* Apollo, *ſi qualis eram cum Cephalienſibus imperans oppidũ in continentis littore expugnaui, talis ego heſterna die noſtris in ædibus arma humeros indutus in procos animaduertiſſem, multis profecto uitam eripuiſſem, tu uero intus aio gauiſus eſſes.* Sic *igitur inter eos collocuti, ubi quieuere à laboribus epulis ſeſe accinxerunt, ex ordineq; thoris conſedere, ac cœnam inchoauere.* Interea *propius acceſſit ſenex* Dolius,*cum eoq; filij ſex operum ſtudioſi, quod mater eorum* Sicula *eos præueniens illuc uocauerit.* Hæc *enim & illos nutriebat, & ſenem poſtquam in ætatem grauem inciderat, diligenter curabat.* Hi *ubi* Vlyſſem Dolius ſenex.

in do

in domo conspexerunt, animo stupuere. Verum ille dulcibus eos praeueniens uerbis: O senex, inquit, accumbe nunc epulis, desine admirari. Diu uos hic desyderantes ac edere unà cupientes ad coenam expectauimus: Sic ait. At Dolius protinus aduersus tendens, ambas sustulit manus (has illico Vlysses arripiens conuersus est exosculatus) aitq;: O charissime Vlysse desyderantibus nobis non tamen sperantibus tandem reuerteris. Dij ipsi te tantum reduxere, ipsi tibi dent omnia secunda, sis foelix & gaude. Mihi quaeso uere quod ipse rogo dicas: an tua Penelope huc te reuersurum sciat, seu nuntium ei uis mittamus? Cui ille:

Vlysses Dolio

O senex, inquit, iam ipsa nouit: quid in hoc opus te sollicitum esse? His dictis in thoro & ipse sedit: eiusque filij facta cum Vlysse uerborum gratulatione manibusq; iunctis, iuxta patrem consederunt. Dum autem circa coenam solliciti essent, fama per omnem ciuitatem dispalescit, procorum crudele fatum referens.

Exoritur tumultus ob caedem procorū.

Hi uero simul audientes alius aliò prae timore properarunt: & tumultu ante domum Vlyssis facto, mortuos subito efferentes tumulandos curauerunt: alios in alias ciuitates unde quisq; fuerat domum misere, piscatoribus ac nauibus credentes: Ipsi uero proceres in concilium frequentes ac animo tristes conuenere, inter quos Eupithes primus dolore filij Antinoi commotus, quē Vlysses ante oēs peremit, loqui coepit: O socij rem magnam uir hic in Achaeos excogitauit, alios & quidem plures uiros fortes secū cum nauibus ad Troiam du

Eupithes cū Achaeis cōspirat in Vlyssis mortem

iam ducens perdidit: alios uero reuertens Cephalenſium optimos interfecit. Sed agite priuſquam hic Pylum eat, aut Helidem ubi Epei regnant, nos contra inſurgentes præueniamus : uel certe poſthac triſtes erimus ſemper, ac damnum probrumq; fuerit hæc poſteros noſtros audire. Si enim filiorum fratrumq; cædes non uindicauerimus, animo nempe meo nihil dulce uiuere fuerit, ſed protinus moriens inter defunctos ero. Eamus igitur ac maturemus, ne illi præuenientes transfretent. Sic eſt fatus lachrymans : miſericordia ſtatim cunctos cœpit. Poſt hæc Medon cum inclyto muſico ex ædibus Vlyßis, ut inſomnium narraret, in eorum medium accedens ait: Audite Ithacenſes: Non enim Vlyſſes Deorum iniuſſu hæc facinora fecit. Ipſe ego deam uidi immortalem Mentori per omnia ſimilem, Vlyſſem iuxta conſiſtere, quandoq; ante eum exhortando apparere, interdum procos impellentem per ædeis currere. Illi inter ſe proximi conſerti concidebant. Sic ait. Illos pallidus occupauit timor, quos inter Halitherſes Maſtorides, qui ſolus futura præteritáq; uidebat: Audite Ithacenſes amantißimi quæ dico, ueſtro magno malo hæc fient. Non enim mihi perſuadebitis, neque item Mentori, ueſtros filios ſtultitiæ finẽ facturos, qui audax facinus ſua temeritate admiſerunt bona abſumentes, ſimulq; uiri optimi uxorem uituperantes, quam nunquàm rediturum dicebant. Sed iam hæc ſic geſtum: nunc mihi credite quæ dico, ne ui urbes contendamus, ne quid maius malum inueniatis

Halitherſes dißuadet.

Sic ait

Sic ait. At illi dimidio plures cum magno fremitu insurrexere. seditioneq; ibidem facta constitere, quod dicta Halithersis minime probarent. sed Eupithi potius auscultarent. Quamobrem arma statim corripuere, diro deinde ferro accincti ante urbem constitere: stulti, quibus Eupithes dux erat. Is filij cædem se ulcisci uelle iactabat. sed ex periculo minime rediturus erat, uerum ibidem periturus. Minerua deinde Iouem alloquitur: Dic quæso summe pater sciscitanti, quid alta mente repostum aut occultum habes? Primum ne bellum, aut graue pugnam struas, an amicitiam pacemq; inter utrosq; statuisti? Cui Iuppiter: Nata, qd, inquit mea hæc uestigas aut quæris? Non enim hoc mente consilium excogitasti, ut Vlysses reuertens procos plecteret: Fac quomodo uelis. Tibi autem dico, ac uti par est iureiurando fideli affirmo: Vlysses postq̃ procos punijt, perpetuo regnabit. Nos autem & filiorum & fratrum cædis obliuionẽ statuemus: illi inter sese amabunt uti prius, diuitiæq; ac pax omnibus erunt: Sic dicens, Mineruam dudum cupientem impulit: protinusq; è cœlo illa cum impetu descendit. Interea cibo expletis omnibus qui apud Laërtem conuenerant, Vlysses loqui cœpit: Aliquis exiens uideat, ne prope fuerint nos petentes: Sic ait. At Dolij filius subito uti iussit exploratum procedens, omneis illico propinquantes uidit, Vlyssiq; ait: Prope adsunt, iamiam armis accingamus. His auditis illi properabant arma corripientes. Quatuor ex his qui cum Vlysse erant & sex

Minerua à Ioue rei euentũ sciscitatur.

Nunciatur Vlyssi hostium aduentus.

Dolij

Dolij filij, ex altera parte Laërtes & Dolius arma & ipsi induerunt, quanquam iam cani, necessitate tamen ad pugnam compulsi. Igitur diro ferro armati reclusis portis profecti sunt, quibus Vlysses ductor erat Minerua item aderat Mentori corpore & forma assimilata, quam Vlysses aspiciens magnopere gauisus est: statimque filium uocans: Telemache ait, iam quidem hoc ipse moue certamen primus pugnantium aciem inuade, ut qui sunt fortes facile uideantur neque maiorum genus tuorum infamare uelis, qui olim & robore & uiribus in orbe toto præstiterunt. Cui Telemachus: Facile uidebis, ait, si uis chare pater me hodie tuum genus minime, uti dicis, uituperantem. Hæc audiens Laërtes lætabatur, atque ait. Quæ mihi dies hæc Dij boni? quàm gaudeo? Filius atq; nepos uirtutis culmen habent. Huic igitur Minerua prope astans ait: O Arcesiade cunctorum charissime sociorum, ubi uoueris Mineruæ, protinus hastam ualidam uibrando iace. His illa dictis magnum ei robur inspirauit: ex quo Laërtes uoto nuncupato hastam iaculatus, Eupithi galeā uerberauit, ictum minime sustinentem, sed hasta mediam findens pertransijt. Ille uero concidit, armaq; super ipso. Deinde in prima acie Vlysses & eius filius ensibus et hastis stragē edebant, ac profecto cunctos peremissent, numineque reduces reddidissent, nisi Minerua uoce inclamauisset, exercitumq; prohibuisset. sic iubens: Desistite iam à pugna Ithacenses, ut sine sanguine iam dirimamini:

Eupithes à Laërte occisus

Minerua dirimit bellum.

Sic ait

Sic ait. Illos timor arripuit pallidus, ex quo arma è manibus metuentium facile exciderunt. Ad ciuitatem quoq; sese de uictu solliciti conuerterunt. Horrendum uero tunc Vlysses clamauit, ac animo excitatus insiliit, ut aquila alte uolans. Iuppiterq; statim fulmen ardens immisit, quod ante Mineruam cecidit. Illa uero ad Vlyssem conuersa: Desine iam, inquit, bello contendere, ne forte Iuppiter irascatur. Ille statim obtemperans, animo gauisus est. Fœdera deinceps cum utrisq; Pallas, Mentori corpore uoceq; assimilata composuit.

F I N I S.

Sequitur Ranarum & Murium pugna.

HOMERI
ΒΑΤΡΑΧΟΜΥΟΜΑΧΙΑ
Hoc est, Ranarum &
Murium
PVGNA.

HOMERI

RANARVM ET MVRIVM PVGNA.

INcipiens primum Musarum cœtum ex Helicone
Venire in meũ cor supplico gratia cantus,
Quem nup in libellis meis sup genua posui
Litem immensam tumultuosum opus Martis,
Supplicans hoĩbus in aures oĩbus mittere,
Quomodo mures, in ranas principantes iuerunt
Terrigenum uirorum imitati opera gigantum.
Sic sermo inter mortales erat. tale autem habuit principium:
¶Mus aliquando sitibundus felis periculum euitans,
Propinquum in lacum teneram adposuit barbam,
Aqua delectatus dulci. hunc autem uidit
Limnocharis obstrepera, uerbũ autẽ loquuta est tale:
¶O hospes quis es? unde uenisti ad littus? quis autem qui te produxit?
Omnia autem uere dic, ne mendacem te intellexero.
Si enim te nouerim amicum dignum, ad domũ ducam.
Dona autem tibi dabo hospitalitia multa & bona.
Sum autem ego rex Physignathus, qui per lacum
Color, ranarum dux dies omnes,
Et me pater Peleus olim genuit, Hydromedusæ

Limnocha-
ris, hoc est,
palude gau
dens

Physigna-
thus, hoc ē,
ab eo quod
inflet se ma
xillis.

Hydrome-
dusæ, hoc
est, reginæ
aquarum.

Mixtus

Mixtus in amicitia apud ripam Eridani,
Et te quidem uideo pulchrumq; & fortem egregium aliorum
Sceptriferum regem, & in bellis pugnacem
Esse, sed age citius tuam generationem concionare:
¶ *Huic autem rursus Psicharpax respondit, dixitq;:*
Quid nam genus meũ perquiris ô amice, manifestum omnibus
Hominibusq; deisq; & cœlestibus uolatilibus?
Psicharpax quidem ego uocor, sum autem filius
Troxartæ patris magnanimi. at mater
Lichomyle filia Pternotroctæ regis.
Genuit autem in lignario me, & enutriuit cibarijs
Ficubus & nucibus, & edulijs omnigenis.
Quomodo autem amicum facies me in naturam nihil similem?
Tibi quidem enim uita est in aquis, sed mihi certe
Quæcunq; apud homines comedere consuetudo. neq; me latet
Panis ter pistus à bene rotunda cista,
Neq; placenta extensa habens multam sisamida,
Non sectio ex perna, non iecora albam uestẽ habẽtia,
Neq; caseus nuper pressus à suaui lacte,
Non bonum dulcearium, quod & diui desyderant,
Neq; quæcunq; ad conuiuia hominum faciunt coci,
Ornantes ollas condimentis uarijs.
Nunquàm ex bello malum effugi clamorem,
Sed statim ad pugnam iens ꝓpugnantibus mixtus sum

Psicharpax .i. micarum raptor
Troxartæ, hoc est, uorãtis panẽ.
Lichomyle .i. a lambẽdis molis
Pternotroctæ .i. pernas seu coxas arrodentis.
Sisamida, genus est leguminis

Non timui hominem, & quamuis magnum corpus ferentem.
Sed ad lectum iens, summum digitum mordeo,
Et à pede accepi & non dolor occupauit uirum.
Suauis non aufugit somnus mordente me.
Sed duo ualde omnia timeo omnem per terram,
Accipitrem & felem, qui mihi magnũ luctum adferũt
Et decipulam gemituosam, ubi dolosum existit fatum.
Plurimum iam felem supertimeo, quæ optima,
Quæ et foramen ingredientem per foramen perqrit,
Non comedo raphanos, non caules, non cucurbitas,
Non betis uiridibus pascor, neq; apijs.
Hæc enim uestra sunt edulia per lacum.
Ad hæc autem subridens Physignathus contra locutus est:
¶*O hospes ualde gloriaris ob uentrem, adsunt & nobis*
Multa ualde in lacu & in terra mirabilia uisu,
Vtriuitam enim dedit pascuam ranis Saturnius Iuppiter.
Saltare per terram, & in aquis corpus cooperire.
Si autem uis & hæc scire? facile est
Portem te in humeris, tene autem me, ne aliquando pereas.
Sic gauisus in meam domum uenias.
¶*Sic certe inquit, & terga dabat. ille autem ascendebat uelociter*
Manus habens tenerum per collum, saltu facili.

Et in

Et in primis quidem gaudebat quando intuebatur uicinos portus
Natatione gaudēs Physignathi, sed quando iam utiq;
Vndis purpureis submergebatur, multum lachrymabatur
Inutilem pœnitentiam accusabat, euellebat autem comas,
Et pedes stringebat per uentrem, in illo autem cor
Concutiebatur insolentia, & in terram uolebat uidere
Vehementer autem ingemiscebat timoris frigidi necessitate.
Caudam quidem in primis extendit in aquis, tanquam remum
Trahens, supplicansq; deis in terram uenire,
Aquis purpureis submergebatur, multum autem clamabat
Et talem dixit sermonem, ab ore autem concionabatur.
¶Non sic humeris portauit onus amoris
Taurus, quando Europam per undam duxit in Cretam
Vt me nauigans superhumeralē duxit ad domum
Rana, eleuans pallidum corpus aqua alba.
Hydrus autem ex improuiso apparebat horrendum spectaculum
Vtrisq;, erectum super aquam habebat collum
Hunc uidens ingressus est Physignathus, non quicq̄ intelligens
Qualem socium perditurus erat per lacum.

Ingreſſus eſt autem profunditatem lacus,& euitauit
parcam nigram.
Ille autem ut relictus eſt,cecidit ſupinus ſtatim in
aquam.
Manus autem ſtringebat,& moriens ſtridebat.
Sæpe quidem ingrediebatur in aquam, ſæpe autem
rurſus
Calcitrans egrediebatur, mortem autem non poterat
euitare.
Madentes autem pili plurimum pondus trahebant
in ipſo.
Aquis autem periens tales loquutus eſt ſermones :
¶*Non latebis utiq; deos Phyſignathe hæc faciens,*
Naufragum iaciens à corpore ut à petra.
Non certe me per terram melior eras ò peſſime,
Pancratioq; luctaq;,& ad curſum,ſed decipiens
In aquam me proieciſti. habet Deus ultorem oculum,
Pœnam tu ſolues murium exercitui,neque euitabis:
¶*Hæc locutus expirauit in aquis,hunc autem uidit*
Lichopinax,ripis inſidens mollibus,

Lichopi- [nax], quod [l]ambat pa- [r]opſides et quadras.

Vehementer autem ululauit, currens autem annunci-
auit muribus.
Vt autem didicerunt mortem,ingreſſa eſt ira pernici-
oſa uniuerſos,
Et tunc præconibus ſuis iuſſerunt ſub dilucu-
lum
Proclamare ad concionem,in domos Troxartæ
Patris infœlicis Pſicharpagis,qui per lacum

Supinus

Supinus natabat, mortuum corpus. neq; iuxta ripas
Erat iam miser, medio autem natabat ponto.
Vt autem uenerunt festinantes cum aurora, primum surrexit
Troxartes ob filium iratus, dixitq; sermonem.
¶ *O amici, tametsi solus ego mala multa passus*
Ex ranis, sors mala omnibus facta est.
Sum autem ego infoelix, postquam treis filios perdidi.
Et quidem primum utiq; occidit rapiens,
Inimicissimus felis foramen extra capiens.
Alium autem rursus uiri crudeles ad mortē duxerunt
Variorbus artibus ligneum dolum inuenientes,
Quam decipulam uocant murium perditricem existentem.
Qui tertius erat dilectus mihi & matri inclytæ,
Hunc suffocauit Physignathus in profundum ducens
Sed agedum armemur, & exeamus in ipsas,
Corpora ornantes in armis uarijs.
¶ *Hæc locutus persuasit armari uniuersos.*
Hos quidem utiq; armauit Mars belli curam habens.
Tibiaria arma quidē primum circa tibias posuerunt,
Frangentes fabas uirides, beneq; aptantes.
Quas ipsi per noctem stantes comederunt.
Thoraces autē habebant calamis circundatis à corijs,
Quos felem excoriantes scienter fecerunt
Clypeus autem erat lucernæ medius umbilicus, at certe lancea
Longæ acus omnino æreum opus Martis.

At caßis testa in temporibus nucis.
Sic quidē mures erant armati, ut autem intellexerunt
Ranæ egreßæ sunt ab aqua, in unum locum
Venientes consilium congregauerunt belli mali.
Consyderantibus autem ipsis unde seditio, uel quis tumultus.

Tyroglyphi, hoc est, excauatoris caseorum Embasichytros, quod soleat in ollas irrepere

Præco prope uenit, ferens sceptrum in manibus
Tyroglyphi filius magnanimi Embasichytros,
Nuncians belli malam famam, dixitq; sermonem:
¶ *O ranæ, mures uobis minitantes miserunt*
Dicere armari ad bellumq; pugnamq;
Viderunt enī per aquam Psicharpaga, quē occidit
Vester rex Physignatus, sed pugnate
Quæcunq; inter ranas egregiæ genitæ estis.
¶ *Sic locutus disparuit, sermo autē in aures muriū*
Ingrediens, conturbauit mentes ranarū superbarū,
Accusantibus autē ipsis Physignathus dixit surgens:
¶ *O amici, non occidi ego murem, neq; uidi*
Pereuntē. omnino suffocatus est ludens iuxta lacum,
Natatus ranarum imitatus, at peßimi
Nunc me accusant inculpabilē, sed age consilium
Inquiramus, ut dolosos mures deperdamus.
Etenim ego dico, ut mihi apparent esse optima
Corpora ornantes armati stemus uniuersi
Summas iuxta ripas, ubi præceps locus.
Quando autē impetum facientes in nos, uenerint.
Accipiētes à galeis quicunq; prope obuius uenerit,
In lacum ipsos cum armis statim deijciamus.

Sic enim

Sic enim ſuffocantes in aquis experteis natandi,
Conſtituemus lete ſtatim muriū occiſorū hic tropæū.
¶Sic certe loquutus,armis induit uniuerſos.
Folijs quidē maluarū tibias ſuas circūcooperierunt.
Thoraces autē habuerunt uiridibus latis à betis.
Folia autē braſſicarū in clypeos bene aptauerunt.
Lācea autē acutus iuncus unicuiq; lōgus aptatus erat
Et galeæ cocleis ſubtilibus capita circūcooperiebant.
Munitæ autem ſteterunt in ripis altis
Cōquaſſantes lanceas.aīo autē plena erat unaquæq;
Iuppiter autem deos uocans in cœlum aſtriferum,
Et belli multitudinē oſtendēs, potentesq; pugnatores
Multos & magnos,& lanceas longas ferentes,
Qualis Centaurorum exercitus procedit & gigantū.
Suauiter ridens interrogabat, qui ranis auxiliatores
Vel muribus,immortalium? & Palladē allocutus eſt.
O filia, muribus nunquid auxiliatura ibis?
Etenī tuum p templū ſemp exultant uniuerſi mures,
Odore delectati & cibarijs ex ſacrificijs.
Sic certe dixit Saturnius.hūc autē allocuta eſt Pallas:
¶O pater,nō certe unquā ego muribus uexatis
Venirē auxiliatrix, quoniā mala multa mihi fecerūt,
Coronas deſtruentes & lucernas cauſa olei.
Hoc autē meas ualde momordit mentes quod fecerūt.
Peplum meū corroſerunt, quod texui laborans
Ex trama ſubtili,& ſtamē ſubtile neui,
Foraminaq; fecerunt.at ſutor mihi inſtitit,
Exigit à me uſuras.huius gratia irata ſum.

Mutuata enim subtextum & non possum restituere.
Sed neq; sic ranis auxiliari nō uelim.
Sunt enim neq; ipsæ mentibus firmæ. sed me primum
Ex bello redeuntem, postquā ualde defatigata fui,
Somno indigentē non permiserunt tumultuantes
Neq; parū oculos deflectere. ego autē insomnis iacebā
Caput dolens, donec clamauit gallus gallinaceus.
Sed age cessemus dei ijs auxiliari.
Ne utiq; aliquis uestrum uulneretur telo acuto.
Sunt enī cominus pugnātes etiā si deus cōtra ueniret.
Omnes autem de cœlo delectemur litem uidentes.
Vt certe dixit, huic autē post paruerunt dei alij.
Omnes simul autē collecti uenerunt in unum locum.
At uenerunt præcones duo, signum belli ferentes.
Et tunc culices magnas tubas habentes,
Vehememēter tuba clāgebāt belli strepitū. cœlitus aūt
Iuppiter Saturnius intonuit signum belli mali.
Primus autē alte clamās Lichenorē uulnerauit lancea
Stantē inter propugnatores p uentrē in mediū epar,
Concidit autem pronus. teneras autem puluerulentas
ferit comas.
Troglodytes autē post ipsum iaculatus est Pileona
Infixit autē in pectore solidā lanceā. hūc autē cadentē
Cepit nigra mors. anima autē ex corpore euolauit.
Seutlæus autē utiq; occidit pcutiēs cor Embasichytrū
Artophagus autē Polyphonū per uentrē percussit.
Cecidit autē supinus, anima autē membris euolauit.
Lymnocharis autē ut uidit pereuntē Polyphonum,

Lichenorē, à lambenda cauda. Troglodytes, q̄ ingrediatur rimas & foramina. Seutlæus, à beta uel porro. Artophagus, à uorando pane. Polyphonū quasi tu dicas multiuocam.

Trog

Troglodyten petra molari uulnerauit anticipans
Collū iuxta mediū.huic autē caligo oculos cooperuit.
Lichenor autē ipsius obseruabat lancea lucida.
Et percussit, neq; aberrauit p epar. ut autē intellexit
Crambophagus,ripis profundis incidit fugiens.
Sed neq; sic effugit in aquis,impulit autē ipsum.
Concidit autem,non respirauit.tingebatur autem san
guine lacus
Purpureo. ipse autem iuxta littus extensus est,
Venis pinguibus incitatus intestinis.
Lymnisius autē in ripis Tyroglyphū spoliauit.
Pternoglyphū aūt uidēs Calaminthius in timorē uenit
Saltauit autē in lacum fugiens,clypeum iaciens.
Ydrocharis autē occidit Pternophagū regem,
Saxo percutiens per guttur.cerebrum autem
Ex naribus stillabat.polluebatur autē sanguine terra
Lichopinax autem occidit irreprehensibilem Borbo-
rocœten
Lancea impetum faciens.obscuritas autem oculos co-
operuit.
Prassiphagus autē uidens pede traxit Cnissodioctēn
In lacu autē suffocauit, tenens manu neruum.
Psicharpax autem ultus est socijs mortuis.
Et percussit Pelusium p uentrem in medium epar.
Cecidit autē illi ante.anima autē ad infernum iuit.
Pelobates autē uidens luti manipulū iecit in ipsum.
Et frontem inunxit,& excæcabat propemodum.
Iratus est autē certe ille capiens utiq; manu forti

Crābophagus, à uorādis caulibus
Lymnisius, palustris.
Tyroglyphū, ab excauando caseo.
Ydrocharis quod aqua gaudeat.
Borborocœten quod in cœno iaceat
Prassiphagus, à comedēdo porro
Cnissodioctēn, qđ nidorem insequatur.

Iacens

Pelobaten,	Iacentem in campo lapidē ponderosum pondus terræ
qđ p lutum	Hoc pcussit Pelobaten sub genua. tota autē fracta est
incedat.	Tibia dextra. cecidit autem supinus in pulueribus.
Craugasi-	Craugasides autē ultus est, & rursus ibat in ipsum.
des, qđ cau-	Percussit medium autē ipsum per uentrē. totus autem
lium speciē	ei intro
referat, nē-	Acutus iuncus ingrediebatur. humi autē effundeban-
pe colore.	tur uniuersa
Sitophagus	Intestina, extracta à lancea manu graui.
qđ cibos ab	Sitophagus autem ut uidit in ripis fluminis,
sumat.	Claudicans ex bello recedebat. consumebatur autem ualde.
	Saltauit autē in fossam, ut aufugeret dirā perniciem.
	Troxartes autē percussit Physignathum in pedis summitatem.
	Celeriter autē consumptus in lacum saltauit fugiens
Prassæus	Troxartes autem ut uidit adhuc semiuiuum, qui ante
qđ caulis co	ceciderat
lorem imi-	Et illi incurrit rursus occidere desyderans.
tetur.	Prassæus autem ut uidit adhuc semiuiuum, qui ante ce-
Artepibuli	ciderat
Muris cog	Venit p propugnatores, & iaculatus est acuto iunco,
nomē, q pa	Neq; fregit scutū. tenebatur autē ipsius lanceæ acies.
ni īsidietur	Erat autem quidam inter mures iuuenis filius egre-
Meridar-	gius inter alios
pax, à ra-	Cominus pugnans charus filius irreprehensibilis Ar-
piendis par	tepibuli
ticulis.	Priceps ipsum Martē ostendēs robustus Meridarpe

Qui

Qui solus inter mures dominabatur pugnando.
Stetit autem iuxta lacum elatus solus ab alijs.
Iactabat autem depopulatum ire ranarum genus iaculatricum
Et certe perfecisset, quoniā magnum ipsi robur erat.
Nisi statim intellexisset pater hominumq; deorumq;,
Et tunc pereuntes ranas miseratus fuisset Saturnius.
Mouens autem caput, talem locutus est uocem:
¶O Dij certe magnum opus in oculis uideo.
Non paruum me stupefecit Meridarpax per lacum,
Trucidare ranas desyderans. sed celerrime
Palladem mittamus tumultuosum etiā & Martem,
Qui ipsum arcebūt à pugna robustū quāuis existentē
Sic certe locutus Iuppiter. Mars autem respondebat sermone.
Neq; certe Palladis o Iupiter potentia, neq; Martis
Poterit ranis auxiliari diram perniciem.
Sed age oēs eamus auxiliatores, uel tuum iaculum
Moueatur magnū, qđ Titanas sustulit, potēter operās,
Quo Titanas occidisti egregios ultra omnes.
Enceladumq; ligasti, & agrestia genera gigantum.
Sic certe dixit. Saturnius autem iaculatus est ardens fulmen.
Primū quidē intonuit. magnum autē cōmouit cœlum.
Sed postea fulmen terribile Iouis telum
Misit inuoluēs. illud autē certe euolanit à manu regis
Oēs quidē utiq; terruit iaculatus, ranasq; muresq;
Sed neq; sic cessauit muriū exercitus, sed adhuc āplius
Cupie

Cupiebat depopulatũ ire ranarũ genus iaculatricum,
Nisi ab olympo ranas miseratus fuisset Saturnius.
Qui utiq; tunc ranis auxiliatores illico misit.
Venerunt autẽ ex improuiso habentes incudes in tergo, ungulis curuis
Oblique ingredientes, tortuosi, habẽtes cortices in ore ostripelles
Ossei natura, lati humeros, rutilantes in humeris
Blæsi, neruosis manibus, à pectoribus intuenteis,
Octopedes, bicipites, manibus incapabiles. illi autem uocantur
Cancri. q utiq; muriũ caudas oribus incidebant
Etiam pedes & manus. flectebantur autem lanceæ.
Quos & timuerunt miseri mures, neq; sustinuerunt.
In fugam autẽ uertebantur. occidebat autẽ sol iam,
Et belli finis unius diei perfectus est.

FINIS HOMERI

BATPAXOMYO-

MAXIAI.

EPITAPHIVM IN HOMERVM ANTIPATRI SIDONII.

Hominum suadelam, magnum os, æqua Musis
Locutum caput o hospes Mæonidæ .i. Homeri,
Hæc sortita sum insularis Ii spelunca. non enī in alia
Sacrum sed in me spiritū uita functus reliquit.
Quo nutum Iouis omnipotens, quo & olympum,
Et Aiacis naualem expressit uim,
Et ab Achilleis Thessalicis Hectorem equabus
Secundum ossa in Græco laceratum solo.
Si autem parua, cœlo tam magnū, scias quod cælat
Et Thetidis maritū exiguigleba (.i. parua) Icos.

IN EVNDEM.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus,
Herôum cecinit qui bene gesta ducum.

Sequuntur Hymni.

HOMERI

DEORVM HYMNI XXXII.

Iodoco Velareo Verbrokano interprete.

HOMERI

Vita, per Dionem Philosophum, eodem Iodoco interpr.

APVD IO. GRAPHEVM

CVM PRI- VILEGIO

CÆSAREO.

CLARISSIMO IVVENI MAXI- *miliano Principi Veriensi, Iodocus Velareus Verbrokanus* S. P. D.

HOmeri hymnos soluta oratione in Latinã linguam transfudi, Maximiliane Illustriss. nõ in hoc sanè, ut extra limen proferrẽ: sed solũ excolendi ingenij gratia: utq; scribendo, bene scribẽdi facultatẽ consequi possem. Quos quum uidissent amici haud quaq̃ indocti, omni ope connisi sunt efficere, ne supprimerẽtur. At ego stili tenuitatẽ ꝑpendẽs, id prorsus recusaui, addens me rudius atq; incultius scripsisse q̃ pro hoc nr̃o seculo politissimo. Hic illi, ob unã hãc (inquiũt) caussam in publicũ dabis: nam hac in re Tyrunculis cõmodandũ est, q̃bus simplex huiusmodi translatio præceptoris loco fuerit: nã grecæ linguæ doctiores ad fontẽ ipsum tanta attici liquoris ubertate scaturientẽ relegamus. His illi me sententia oĩno fixa ac certa depulerũt. Itaq; nõ uidi quisnã sibi has nostras primitiolas maiore iure uindicaret quàm tu Princeps humanissime, quũ uideam parentes nostros tantis beneficijs altissimæ uestræ familiæ semp fuisse obæratos: Deinde & ad hanc rẽ excitauit ac calcar (ut ita dicam) subdidit noster auũculus Guillelmus Spruteus quæstor clarissimi Veriæ Principis patris tui. Proinde suscipe hilari manu munus hoc nostrum tenue, ac prorsus leuidense (quod aiunt) Vale. XI. Aprilis. Anno. M. D. XXVIII.

HOMERI

POETARVM PRINCIPIS, HYMNVS IN APOLLINEM.

Memor ero neq; me capiet obliuio longe iaculantis Apollinis, quē & Dij ipsi per Iouis euntem domum metuunt At se certe sedibus effundunt omnes, prope ubi uenerit quando præclarum tendit arcum. Verum Latona sola apud Iouem mansit, quæ utiq; arcū depressit, & depredata est pharetram. Et illi ualidis direptū humeris arcū, ad sui patris columnā suspendit aureo de clauo. Hunc uero in thronum secum adducens uenit, cui certe nectar dedit pater aureo poculo, charum declarans filium, quū & Dij alij coram assiderent. Cæterū ueneranda Latona gaudio afficiebatur, quod & arcu & uiribus insignē peperisset filium. Salue o beata Latona siquidē præclaras peperisti proles, & Apollinē regē, & (quæ se sagittis oblectet) Dianā. Hanc quidē in ortygia, illum uero aspera in Delo ad longum montem inclinata & Cynthium collem proximo Phœnici sub Inopi fluentis. Quo nam te hymno celebrabo, quū longe sis cantari dignissimus, nusquā enim nō o Phœbe tibi posita est lex carminis, siue per continentē pa-

scentem uitulos, siue per insulas. Porro te cantabant scopuli oēs, & excelsorū montiū ardui uertices. Atq; in mare qui profluant amnes littoraq; ad mare protensa & maris portus. Certe ut te primum Latona *peperit mortalibus gaudiū procumbens ad montē* Cynthiū *aspera in insula, circumflua in* Delo, *utrinq; autē fluctus ater prodibat ad terrā dulciter spirantibus uentis. Hinc ortus, oībus imperitas hoībus quoscunq; habet* Creta & Athenienſium *resp. insulaq;* Ægina & Euboia *nauibus inclyta,* Ægeq; & Eresiæ *atq;* Peparethus *mari finitima, &* Athos Thracius, & Pelij *summi uertices, &* Samothracia, & *opaci* Idæ *mōtes,* Scyros, & Phocea, & *mons altus* Autocanæ, & Imbrus *populosa, &* Lemnus *appellentibus nauibus incōmoda ac* Lesbos *diuina,* Æolicarum *urbium beatū solum, &* Chios, *quæ oīm insularum fœcundissima in mari est sita, &* Mimas *saxosa, &* Coryci *summi uertices, & splendida* Claros, & Æsagee *mons altus, & irrigua* Samos, *atq;* Mycalæ *summi uertices, &* Milætus & Coos *urbs mortalium hoīm, & alta* Cnidos, & Carpathus *arenosa,* Naxosq; & Parus *atq;* Renea *saxosa.* Tantum *parturiēs* Apollinem *uenit* Latona, An *quæ terrarum ponere habitaculū suo uellet filio, hæ uero tremebant admodum & in metu erant, nec quæ uoluit* Phœbū *suscipere, fertilis quanq̄ esset, nisi quū* Delū *accederet uenerāda* Latona, *et illā interrogās uelocibus cōpellabat uerbis:* Dele, *si non recuses meo filio* Phœbo Apollini *esse solum illiq; opulentū templum ponere, nam*

re, nam te alius neq; tanget neq; rogabit, nec te puto bobus aut ouibus frequentē fore, nec uuæ feracē, nec iterum multas produces plantas. Verum si longe mittentis Apollinis templū habueris, oēs tibi hecatombas offerent, huc confluētes, ex sacrificijs tibi semp immensus erit nidor. Diu regē si alueris. Dij à manu aliena te tuentur, quādoquidē nulla tui est soli fertilitas. Vt dixit, gauisa est Delus, & respondens ait: Veneranda Latona magni Saturni filia, ego sane lubens in cunabula sagittiferi regis suscepero. Nam aduerso apud homines rumore uere laboro, hoc ego pacto etiam haberer in precio. Sed hoc, o Latona, est quod me male habeat, haud id te celabo: Fama est Apollinē præter modum fore proteruum, nempe admodū durum super terram, & in Deos & in hoīes gesturum imperiū. Hanc ob rem male in animo metuo, ne quum primū solis lumen uideat, insulā dedecoret, siquidē aspera sum terra, & pedibus euertens in mare disturbet. Hic me magnus semper maris fluxus strenue inundabit. At hic ad aliam se terrā conferet, quæ sibi uidebitur idonea pro extruendo templo ac densis nemoribus. Porro ex me pisces & nigræ phocæ sibi thalamos & domicilia cōstruent ob uirorum infrequentiā neglecta. Verum an non detractes Dea te mihi sacramento obstringere, hic illum pulchrum extructurum templū, fore hominū oraculum. Deinde ubi ad oēs peruenerit famigeratum esse. Quod certe quū dixisset, Latona magnum Deorū iurauit iusiurandum: Sciat nunc hæc terra & cœlum

ſuperne,latum,& inferne fluens ſtygis aqua,quod maximum & grauiſſimum eſt iuſiurandū beatis Dijs,hic ſemper diuina erit ara Apollinis & templū ac te oīm maxime honorabit. Verum quū iuraſſet ac iuſiurandū finijſſet,Delus maxime procul iaculantis Apollinis genitura afficiebatur,Latona quidē nouem noctibus & totidē diebus torquebatur inuſitatis partus doloribus. Ac oēs huc Deæ conuenerūt quæcunq; in cœlo præſtent, & Dione & Rhea & Themis & Amphitrite grauigemens,aliæq; Deæ, excepta Iunone albis ulnis decora: ſedebat enim in Iouis nubicogæ domo. Deinde huius rei ſola erat neſcia Lucina parturientibus opē ferens. Sedebat enim in ſummo olympo aureis ſub nubibus,Iunonis iuſſu,quæ illā inuidia detinuit, quod inclytum ac præſtantē filium hoc temporis punctulo paritura erat pulchra Latona. At hæ Irim præmiſerūt populoſa ab inſula ad accerſendam Lucinā,illi magnū & nouē conſtans cubitis monile atq; aureis contextū filis pollicentes. Iniunxerunt autē ut ſeorſum à Iunone uocaret, ne illi ituræ ſuis uerbis remoram faceret. Cæterum id ubi audijſſet uelox Iris, abijt curriculo:celeriter autē tranſmiſit quicquid in medio eſt ſpacij. At ubi conſcēdit Deorum domum arduum olympum, actutum Lucinā accerſens foras, uelocibus illā alloquitur uerbis,prorſus quemadmodum iniunxerūt quæ cœlum incolant Deæ & huius grato in pectore pſuaſit animo.Abierunt autē figmento haud quaq̄ timidis diſſimiles columbis. Et ubi ad Delum peruenit parturiens

turientibus propitia affulgens Lucina, tum illam cœpit partus ac parere parata erat. At palmæ circũiecit ulnas ac genua fixit molli in prato, subtus uero risit terra ꝓsilijt aũt in lucẽ, deæ certe gemebãt oẽs. Hic *te ô iaculator* Apollo *deæ abluerũt pulchra aqua pure et nitide, & mẽbra cãdida cõstrinxerũt ueste, tenuiq; ac noua: circũ autẽ aureas miserũt fascias.* Neq; *aureo ense* Apollinẽ *uidit mater, sed* Themis *eum nectare & amabili ambrosia diuinis sacrauit manibus.* Por*ro gaudebat* Latona, *quod & arcu & uiribus insignẽ peperisset filium.* At *ubi o* Apollo *diuinum comederis cibum, nõ te diutius palpitantẽ aureæ cobibuerũt fasciæ, nõ diutius uincula constrinxerũt: soluebantur autem fines oẽs, extemplo cum* Dijs *loqui cœpit* Apollo: Sit *mihi dulcis cythara, & incurui arcus, & uaticinio infallibilem* Iouis *mentem mortalibus detegam.* Sic *effatus in terram latas habentem uias descendit intõsus ac procul iaculans* Apollo. Sed *Deas oẽs inuasit stupor, auro grauabatur uniuersa* Delus, *natalem* Apolli*nis cum gaudio aspiciens, quod se domũ sumere nõ dedignatus sit* Apollo, *magisq; ex aĩo dilexit q̃ alias insulas aut continentem: florebat nõ secus atq; faciunt montium uertices nemoris floribus.* At *tu ipse ô rex* Apollo *argẽteo arcu insignis, interdũ adijsti* Cynthũ *saxosum, interdũ iterũ insulas ac uiros fugijsti, multa tibi sunt templa & lucus densi, omnes iterum scopuli grati, summi uertices arduorum montium, & in mare fluentes amnes.* Sed *tibi* Apollo *magis cordi est* Delus

Hic tibi Iaones uestes trahentes cũ suis liberis uenerandisq; uxoribus congregantur, qui te pugilũ certamine & tripudijs & cantu memores exhilarant, quũ certamen exhibeant: dixerit quis hos senio haud quaq̃ obnoxios, ac fore ut perpetua iuuenta floreant, q̃ tum tibi oppositi erant densi Iaones, oĩm certe uiderit gratiam ac animũ oblectarit & uiros intuitus & uenustas mulieres uelocesq; naues multasue horum opes. At præterea miraculũ magnum, cuius gloria oĩbus uigebit seculis, nymphæ Deliades Apollinis ministræ, q̃ simulatq; carmine celebrarint Apollinem, iterum & Latonam, & iaculis gaudentem Dianã, memores ueterum uirorum ac mulierum laudes canunt: demulcẽt autem hoĩm genus. Norunt enĩ omnium hoĩm uoces & strepitũ imitari: unumquẽq; certe loqui dixeris, adeo est illis concinne cõposita cantio. Sed age, ô Latona, & Apollo cum Diana saluete uos oẽs, neq; imposterũ abolescat uobis mei memoria, ubi mortalium quisquam ærumnosus, qui uenerit hospes roget: O nymphæ quis uobis hic uir super oẽs poëtas canendi suauitate eminens conuersatur atq; ex eo maximã capitis uoluptatem, uos rectissime nostro nomine respõderitis: Cæcus uir asperã habitat Chion carmina huius oĩa in precio habebit posteritas. Si quidẽ nos nostram conferemus gloriam, quoquo terrarum circũagamur ad bene habitatas urbes. Deinde id illi credent, quandoquidem uerum est. At ego in celebrando longe iaculante ac aureo arcu Apolline finem haud faciam, quẽ pulchra pe-

perit

perit Latona. O rex & Lyciam & Meoniã gratam ac Miletum habes mari finitimam amœnam urbem. Deinde & Delo imperitas maxime famigeratus, porro caua ludẽs cythara Latonæ præclarus filius ad Pytho saxosam contendit immortales ac diuinas indutus uestes: illi autẽ cythara aureo sub plectro dulcem ædit strepitum. Hinc olympũ è terra ut mens adit Iouis domum ad aliorum Deorũ cœtum, hic confestim immortalibus curæ est & cythara & cantus. Musæ simul oẽs alternis uicibus pulchra celebrant uoce immortalia Deorũ dona siue hoĩm ærumnas, quas ab ipsis Dijs sustinentes in rerum indigẽtia ac desperatione uiuũt, neq; mortis medelam, neq; senectutis remediũ inuenire possunt. At decẽtes gratiæ & horæ prudẽtes harmoniáq; & Hebe, atq; Iouis filia Venus iunctis brachijs ducunt inter se choreas. His enĩ neq; ob hirsutiẽ neq; ob indecentiã dissona est, quin potius uisu maxima ac forma præstantissima Diana sagittis gaudẽs, educata simul cũ Apolline. Iterũ & inter has ludunt Mars & uigil Mercurius. At Apollo cythara pulchre & sublimiter ludit, illum splendor ambit pedum ac concinnæ uestis fulgor, illi magnã animo uoluptatẽ capiunt pulchra Latona & Iuppiter cõsilio præstãs, intuiti suũ filiũ cum Dijs ludentẽ. Itaq; quibus te laudibus extollã, quum undequaq; laudari sis dignus. An te in amore canam, & inter nymphas uersantem, quãdo aĩo ægro adijsti Azantida puellã, præstabas simul cũ illustri Elationide equis abũdãte, aut cũ Phorbãte triopo

prognato,aut cum Ereuthe,aut Leucippo & Leucippi cõiuge pedes, hic uero eques. Neq; deerat Triopus aut ut primũ oracula quærens mortalibus,terram obambulasti,ô Apollo, Pieria enim primũ ab olympo descendisti,ac Lectõ arenosam trãsmisisti.siue Magneidas,& per Perrebos,celeriter uero in Iolcum uenisti & appulisti ad Euboiam nauibus inclytã stetisti autẽ in Lelanto campo. Hic tibi haudquaq̃ sedit aĩo templũ extruere ac frondosum nemus. Hinc uero Euripo traiecto,longe iaculans Apollo, incessisti per montẽ admodum amœnum. Porro cõfestim ab ipso uenisti, Mycalesum adiens,& Teumesum herbosum, Thebanũ intrasti solum sylua circũamictum. Nemo quisquã antehac sacras habitauit Thebas. Nec adhuc erant semitæ nec uiæ in Thebano agro tritici ferace,sed omnia occupauit sylua. Hinc primum te amolitus es,ô Apollo,& uenisti ad splendidũ Neptuni nemus Onchestũ Hic tibi recens domitus pullus respirat pondere pressus,pulchros trahens currus. At auriga, quãuis esset præstans è curru desiliens,pedibus iter fecit. Hi quidem tũc posito imperio uehicula impellunt,hij uero currus in nemus frondosum agunt, equos quidẽ comunt, currus autẽ flectentes omittunt. Nam ut primum fas est suo regi uota faciunt. Currum uero Dei tunc pars seruat, Cephison. Deinde reperisti pulchrum fluentũ quiq; gratam profundit & pulchrifluam aquã. Hunc transiens, ô Apollo, & turritam Ocaleen. Amartum accessisti opulentum. Iuisti autẽ ad Delphusam,

tunc tibi hic placuit locus innocuus ad extruendũ templum & nemora frondosa: stetisti uero prope ipsam, atq; hoc eam uerbo adortus es: Delphusa, *in aio habeo hic erigere templum, futurũ mortalibus oraculũ: quique mihi hic semper perfectis hecatombis sacra facient, uel quicunq;* Peloponesum *incolunt, uel qui* Europã *aut circũfluas p insulas oracula sciscitantes, his sane ego infallibilem sententiam promam, opulento in templo oracula ædens.* Vt *finem fecißet uerbis, fundamenta cœpit* Apollo *iacere lata & admodum longa, continua serie.* Verũ *id* Delphusa *uidens, iram aio cõcepit, ac dixit:* Phœbe *rex sagittifer, quid tibi hæc aio sedet sententia: siquidẽ in animo habes hic pulchrum extruere templum, ut sit mortalibus oraculum, qui tibi hic semper hecatombis sacra facient.* Sed *id tibi pronuncio, tu uero reponas aio: tibi semper officiet uelocium equorũ strepitus, ac muli sacris meis de fontibus irrigui.* Et *quis hic hoĩm uelit conspicere affabre factos currus & uelociũ equorum strepitũ, aut et (multæ quæ insunt) opes.* Sed *siquid credas (tu enĩ me præstantior et melior es, ô rex tuum uero robur maximũ) in* Crysa *tẽplum conde* Parnaßi *sub sinu: hic neq; currus agitabuntur, neq; uelocium equorũ ad scite fabricatam aram erit strepitus.* Verũ *& ut proferat* Iepeoni *dona illustre hoĩm genus: tibi autẽ uolupe erit sacra pulchra suscipere littoraliũ hoĩm.* Vt *dixit, in suã sententiã* Apollinẽ *ptraxit, ut sibi ipsi cederet gloria haud* Apollini. Verũ *hinc te primũ recepisti ô* Apollo

uenisti

uenisti autē ad Phlegyorum urbem hoim uiolentorum qui Iouem contemnentes, terram incolunt pulchra in ualle prope paludem Cephisidos. Hinc perniciter discessisti ad montē impetuose contendens: uenisti autē in Crisen sub niuosum Parnassum uertice ad zephyrū uersum. At desuper suspensa est petra: infra caua ac aspera porrigitur uallis. Hic rex Apollo existimabat gratum sibi extructū iri templū, & dixit: Hic animus est pulchrum templum erigere, ut sit mortalibus oraculum: quiq; mihi semp hecatombis hic sacra facient, uel quicunq; Peloponeson habitant pinguem, uel q Europam & circūfluas p insulas oracula sciscitātes, his uero ego infallibilē sententiam promam, opulento in templo ædens oracula. Vt dixit, fundamēta iacere cœpit Apollo, lata & in circum admodum longa. At in ipsis lapideū strauit solū Trophonius siue Agamedes Ergini filij, chari Dijs immortalibus. Porro in circum templum condiderunt grati hoies politis lapidibus, stabile quod esset perpetuo. At in confinio fons erat nitidus: hic draconem neci dedit rex Iouis filius ualido arcu immensam, ingentē, monstrum horrendū, quæ malis multis affecit in terra hoies: multis quidē ipsos homines, multis etiā extensis pedibus oues. Erat enī cruentum malum & à Iunone aurithrona acceptum, graue & horrendum Typhona educauit, perniciē mortalibus, quē aliquando peperit Iuno, ira in Iouē patrē accensa. Nam ubi Iuppiter inclytā genuisset è uertice Mineruam, statim grauē animo iram concepit Iuno,

& ad

& ad Deos in consilium coactos huiusmodi exorditur orationẽ: Audite Dij oẽs atq; oẽs Deæ, quãtã mihi primus contumeliã infligere incipit Iuppiter, quũ me sibi uenerandã asciuit coniugẽ, etiam sine me peperit Mineruam, quæ inter omnes Deos decora est. At Vulcanus meus filius infra oẽs Deos debilis est factus, mutilus pedibus, quẽ peperi ipsa deficit, eum manibus arreptum iecit & disturbauit in uastum mare, sed illũ Nerei filia Thetis pulchra suscepit, & simul cũ suis sororibus sustulit. Vtinã aliud Dijs immortalibus gratum exhibuisses: dure, uersute, quid nũc insup excogitabis? quo nam pacto sustinuisti solus parere Mineruã Cæsiam? haud quaq̃ illam ego peperi, tamen tua uocata est inter Deos qui latum cœlum incolunt. Et nunc q̃d moliar ut nascatur mihi, q̃ Deos deceat filius, neq; sacro tuo conspurcato lecto, neq; mei ipsius, neq; tibi in cõplexum ueniam, sed à te procul existens immortalibus conuersabor Dijs. Vt dixit, procul à Dijs secessit ira æstuans. Deinde statim preces miscuit uenerandã ac nigris oculis Iuno, manu autẽ sublata terram pulsauit & dixit: Audite nunc me terra & latum cœlum ac ultores Dij, qui sub terra habetis domos magnum circa tartarum: at ex ijs & hoĩes & Dij ad unum oẽs mihi auscultate, & date filiũ absq; Ioue, qui tamen uiribus neutiquã sit illi inferior, imo potius qui ipso sit præstantior Ioue. Sic effata terram crassa manu pulsauit & fructifera mota est terra. Hæc uero id uidens oblectauit animũ: putabat enim hanc rem confici. Ex hoc

in totum

in totum annum, neq; in Iouis thalamum uenit, neq; ut antea splendido in throno iuxta eum sortita recubitũ sapientia consilia agitauit. Sed optatis in templis manens oblectabatur suis sacris ueneranda ac nigris oculis Iuno. At ubi spacium transactũ erat uoluentis anni, illa certe peperit nihil habentẽ cum Dijs ac hoĩbus cõmune, grauem ac horribilẽ Typhona, perniciẽ mortalibus. Confestim hunc arreptũ nigris decora oculis Iuno dedit, deinde auferens malũ malæ. Hæc uero eũ suscepit, qui mala multa mortali intulit generi. Itaq; qs huic obuiã ire ac fatalẽ adferre diem potuisset, priusquàm emiserit robustũ illud telum rex arcitenẽs Apollo. Hic acerbis depasta doloribus iacebat longos trahens gemitus, uoluta p terram, oĩa horrendo miscebantur clamore ac p syluã multa precata exhalauit aĩam uomens sanguinem. At tum Apollo tales fudit preces Hic tu, ô Pytheu non amplius in fructifera terra eris nocumento mortalibus, q multos pascentis terræ fructũ edentes, hic mihi hecatombis sacra facient. Neq; tibi tristem mortẽ arcebit Typhos neq; chimæra horrida, sed te sol & terra hic in putredinem soluent. Vt dixit precando, illi oculos obtexerunt tenebræ, ac solis ui in putredinẽ soluta est. Hinc nunc uocatur Python, & Apollinem cognomine dicũt Pythium, eo q illic putridum reddidit magna uis solis monstrum illud, ac tunc animo deprehendit Phœbus Apollo quã ob rem sibi fons pulchrifluus fucum fecisset, & ad illam contendit ira tumidus, & statim uenit. Stetit autem iu-

tem iuxta eum, & alloquitur: Delphusa quum locum habeas amœnum, quo profluat tua aqua, non oportuit mihi fucum factum: hic & nostra erit gloria neq; tua solius. Et promontoriũ impulit rex arcitenens Apollo, petris uero profusis occultauit fluenta, & aram fecit in frondoso nemore proxime fontem. Hic certe regi cognomento Delphusio uota faciunt omnes, quod sacræ Delphusæ cõtaminauit fluenta, & tunc in animo secum perpendit Apollo, quosnam hoĩes sibi in sacris acciscerct ministros, qui sibi saxosa in Pytho ministerium exhiberent. At hæc quum agitaret in animo, uidit cæruleo in ponto nauem celerem: inerant enim & multi & boni uiri, Cretenses à Cnosso Minois urbe, qui sane regi sacra faciunt, & leges pronunciant Apollinis aureo ense insignis, quas ædit, oracula reddens è lauro in uallibus Parnassi montis. Hij enim gerendarum rerum gratia ad Pylum arenosum, ac ad homines è Pylo oriundos maritimum carpebant iter. At his in mari se tulit obuiam Apollo: at Delphino assimulatus in nauim impetum fecit, & iacebat monstrum horrendũ ac ingens. Verũ ubi eorum quisquã sibi imperaret, ut uideret, undecũq; cõmouit ac turbauit nauim. Porro hi metu cõcussi cũ silentio sedebãt, neq; arma expediebant cauã ac nigram p nauim, neq; uelum nauis ceruleæ soluebãt. Sed quemadmodum quũ à principio remis insisterent, sic nauigabãt: uelox autẽ à tergo notus nauẽ celerẽ impulit. Porro primũ Maleã præternauigabant ad terram autẽ Laconicã, urbi appulc-

appulerunt maritimæ, & loco solis mortalibus grati Tęnaro, ubi oues densis insignes uelleribus solis regis semp pascuntur. Habent eni locum amœnum. Hij quidem hic uolebant nauim sistere, aut egreßi rem illam prorsus stupore dignam perpendere ac cernere, maneret ne in cauæ nauis pauimento monstrum, an se iterũ in mare præcipitasset: uerum nauis clauo haud obtemperabat, sed pergebat ad pinguẽ Peloponeson iter habens, uento longe iaculans rex Apollo facile dirigebat. Illa uero uiã sulcãs ad Arenen appulit, & gratã Argipheen, & ad Thryon altũ ac bene habitatũ Alphæi meatũ et ad arenosũ Pylũ, et Pylo oriũdos hoĩes. Porro adijt & Crunij fluuij accolas & urbẽ Chalciden & Dymen siue ad Elida diuã, quam imperio tenent Epæi, non secus atq; facit turbo secundo gestiẽs uento ferebatur nauis, & è nubibus Ithacæ mons apparebat, & Dulichiũ & Samos atq; nemorosa Zacynthus. At quũ Peloponeson præterijssent, ac iã in conspectu esset magnus Crisæ sinus, q pinguẽ separat Peloponeson, uenit uentus zephyrus admodũ serenus ẽ Iouis sententia impetuose spirans, ut q̃ celerrime nauis quẽ tenuit in mari cursum cõficeret. Reuersi deinde ad ortum nauigabant: porro Apollo rex Iouis filius illis ducis officia exequebatur. Venerunt deinde ad Crisam irriguam ac uite consitã in portum, nauis autem ad harenam appropinquabat. Hic è naui ruebat Apollo rex astro similis in meridie: multæ hinc deuolant scintillæ, ad cœlũ usq; uenit fulgor. Deinde Adytum sub

tum subijt per uenerandos tripodas intus flammã ac cendit, sui signa ædens, uniuersam Crisam occupauit splendor. At ululabant Cretenses fœminæ & uenustæ uirgines ob motũ & impetũ Apollinis, nemo erat quem nõ maximus ceperit metus. Hinc iterũ ad nauẽ ut mens, saltu uolabat, robusto ac uirenti ætate assimilatus uiro latos humeros florida uestiebat coma, ac illos hisce cõpellabat uerbis: Quinam estis ô hospites, unde p mare uenitis, ad res ne gerendas an temere uagamini, nõ secus atq; prædones qui p mare uagantur, uitam depopulantes, ac malum exteris ferentes? quid ita sedetis stupidi, neq; in terrã descendistis, neq; p nauim arma posuistis? Id enĩ pro more habent, qui rerũ indagandarum studio uagantur, ubi è mari ad terram appulerunt labore defessi, statim dulcis cibi capiantur desiderio. Sic effatus est, & illis confidentiã in animũ indidit. Proinde huic respõdens, dixit dux Cretensiũ: O hospes, siquidẽ haud quaq̃ mortalibus assimuleris, neq; corpore neq; indole: uerum immortalibus Dijs sis fœlix, ac salue multum, Dij tibi dent fœlicitatẽ. Atque id mihi reuera aperias, ut ad liquidũ cognoscam, quæ respublica, quæ terra, qui ex ea orti hoĩes? Nos enim aliud cogitantes, magnos sulcauimus fluctus Pylũ uersus è Creta, hinc nos genus ducere gloriamur. Nunc autẽ huc præter animi sententiã delati sumus, aliam uiam reditus cupientes. At Deorũ quispiam huc nos egit inuitos. Porro his respondens, dixit Apollo: Hospites, q Cnossum prius habitastis nemorosum, at nũc

non amplius reuersuri estis in urbem optatam & pulchras domos, aut ad dilectas uxores: sed hic opulentū meum templū habebitis, multis uenerabile hoībus. Sum enim ego Iouis filius, Apollo glorior esse: uos huc duxi ꝑ uastum maris æquor, nihil moliens mali, sed hic opulentum meū templum habebitis, multis uenerabile hoībus, Deorū consilia uobis explorata erunt. Horum sententia, honore, ac gloria semper uigebitis. Sed agite ut dicam, uos parete absq; mora, demittite primū uela ac soluite rudentes, deinde nauim ad continentē trahite, & efferte quas habetis res et arma nauis, & arā extruite in littore igni accenso, farina alba immolantes, uota facite. Deinde aram circumstantes, nam ut primū ego in mari Delphino assimulatus in nauim impetum feci, sic mihi uota facite Delphinio: at ara ipsa Delphia & uisenda erit semp. Deinde cœnam sumetis iuxta nauim, & libate beatis Dijs, qui olympum incolunt. Cæterum ubi exempta fames epulis, tum mihi simul cum Iepæone carmen canere incipite, donec ad locum ueneritis, ubi opulentum habebitis templū. Vt effatus est, illi haudquaq̄ imperiū detrectabant: primū enim demittebant uela, & retinacula soluerūt, & malum rudentibus quibus erat intentus submittūt, & in sua collocant theca. Cæterum ipsi descenderunt è naui in littus, & nauem è mari ad continentē traxerūt alte super harenas, & extensis sustentaculis, illam stabilierunt, & aram condiderūt in littore accenso igni, & candida farina immolantes uota faciunt, ut iussit,

aram

ram circūſtantes. Adhæc cœnam ſumpſerunt iuxta nauem, & libabant beatis Dijs qui olympū incolunt. At poſtq̄ potu & cibo famem cōpreſſerint, in uiam ſe dederunt. Illis dux erat Apollo, cythara quā manibus geſtabat grate et ſublimiter ludēs. At Cretenſes hor rore quodā concuſſi ſequebantur ad Pythū, & carmi ne Iepæona extollebant, ut ſunt è Cretēſibus Pæones quibus Muſa in pectus indidit dea mellitum cantum. Validi autē collem conſcenderunt, & ſubito uenerūt ad Parnaſſum & optatū locum. Hic enī fixurus erat ſedes multis in honore habendas. At deſignauit ſolū, & pingue templū. Verū illis in pectore aīus gaudio exilicbat, & Cretenſiū dux interpellans alloquebatur Apollinem: O rex quandoquidē nos procul ab amicis ac patrio ſolo abduxiſti: ſic enī tuo ē uiſum aīo, quonā pacto nūc uitā agemus? huius te rei rationē iubemus inire. Nam neq; uuæ ferax neq; amœna neq; pratis lu xuriās uidetur hæc regio, ita ut hic beatā uitā exige re poſſemus, & ſimul hoīes ſequi. Hos ſubſannans alloquebatur Iouis filius Apollo: Inſulſi hoīes & ærum noſi, q curas ac graues labores atq; ſollicitudines agitatis in aīo, facile uobis uerbū dicam & in aīm imponam: Dextera quiſq; machærā prorſus habēs mactet ſemper oues. Nam hæ affluenter aderunt, quaſcunque mihi offerat præclarum hoīm genus. Atq; templi habete cuſtodiā, & ſuſcipite hoīm hic collectorū nationes, & id utiq; ipſum obſeruate maxime, an quid incaſſum dictum erit aut factum, ſiue cōtumelia aut fas eſt

in hoīes mortales: alij deinde uiri uobis indices erunt, hac ꝑpetuo necessitate obstricti eritis. Dicta tibi sunt oīa: tu autē aīo reponas, et tu qdē sic salue Iouis et Latonæ fili. At ego & tui & alterius memor ero cātus.

HOMERI HYMNVS in Mercurium. 2

MErcurium cane Musa, Iouis & Maiæ filium Cyllenen, atq; pecore abundantē Arcadiam imperio tenentem, ac immortaliū sane q̄ utilem nuncium, quē peperit Maia uenusta nympha, Ioui in amore mixta, uerecunda: porro se beatorū Deorum substraxit cōmercio, habitans umbroso in antro. Hic Iuppiter formosæ nymphæ cōmiscebatur nocte intempesta, quū pulchricubitā Iunonē dulcis haberet somnus latens & īmortales Deos & mortales hoīes. At quū magnus animū explesset Iuppiter. Huic iam decimus transactus est mensis, & in lucē egit & perfecit insignia opera, & tū peperit uafrū & blandiloquū filiū, prædonē ac abactorē boū, somniorū ducē ac ianitorē. Qui statim cū dijs immortalibus tractaturus erat præclara opera: quū mane natus esset, in meridie cythara ludebat, uesperi boues Apollinis furto abegit. Quarta primū luna, qua illum peperit Maia ueneranda, q statim atq; immortali matris aluo prodijsset, non diutius iacuit manens sacris in cunis. Sed surgens quærit boues Apollinis solum transgrediēs prærupti antri. Hic inuenta testudine sibi plaudebat nō secus atq; si innumeras eßet nactus opes. Nam primus Mercurius mu

sicam

ſicam fecit teſtudinẽ. Porro ſibi hanc ad caulis ianuas obuiam habebat paſcentẽ ante domum floridã herbam tacitoq; pede incedentẽ. At Iouis bonus filius uidens, riſit: & ſtatim dixit: Et tu quidem ſignum mihi admodum delectabile, non fallo. Salue natura amabilis, chorifica, conuiuij ſocia, fauſta apparuiſti. Vnde nã hoc elegans ludicrum, uariũ, oſtracum es teſtudo in montibus uiuẽs. At te portabo in domũ acceptã, iucundũ qd mihi eris, neq; dehoneſtabo te, me uero primũ iuuabis: domi cõmodius fueris, quando foris noxia es. Profecto enĩ pharmaco noxio es telum uiuens, ſin moriare, tum demum ſuauiter cõcines. Sic ait, & manibus teſtudinẽ utriſq; ſuſtollẽs, domũ continuo redijt, ferens amabile ludicrum: ubi expolitæ ſcalpro cani ferri uitã eripuit mõtanæ cõchæ. Vt autẽ tũ uelox conſiliũ pectus oberrat uiri, quẽ frequẽtes uerſant curæ, quũ deuoluũtur ab oculis flãmulæ, ſic ſimul et cõſuluit & cõfecit opus præclarus Mercurius. Fixit ordine ſectos calamos protentos in dorſum tergoris oſtraci, circũ aũt pellẽ protendit bouis, arte ſua & culmos infixit, utrãq; aũt orã iugo aptauit: ſeptẽ deinde ex ouicula cõcordes intẽdit fibras. Vt cõfecerat amabile ludicrũ plectro partim cõmouit q̃ ſub manu fibræ erãt grauiter inſonuere: deinde uero apte cõcinuit ex tpe periculum faciẽs, nõ ſecus atq; florẽti ætate iuuenes in cõuiuijs mutuis quæſtiũculis cõtendũt de Ioue ſaturnio et Maia pulchra, quẽ nup genuerũt furtiuo cõcubitu, ſuã ipſius geniturã et nomẽ inclytũ pronunciãs, et famulos celebrauit et ſplẽdidas

nymphæ domos & tripodas in domo atque durabiles lebetes: & hæc quidem sciuit, alia uero animo cupijt, & testudinem reposuit cauam sacris in cunis. Cæterum carnium ductus cupidine p speluncā odorifera exilijt domo, mouens aīo dolum grauē, quemadmodum insidijs intenti uiri tempore noctis grassantur sol enim occidit. At Apollo *abijt ad umbrosos* Pieriæ *montes,* Dijs *sacros hic immortales* Deorū *boues stabulabantur, grata ac incorruptibilia depascentes prata: tunc* Maiæ *filius uigil Argi interfector, quinquaginta ab armento segregauit alte mugientes boues ac uagos egit per harenosum locū reflexis uestigijs (dolosa autē non excidit arte) efficiens, ut ungulæ priores aduersæ sint posterioribus, posteriores uero prioribus, & contrario ipse quoq; incessit gressu. Deinde quoq; sandalia in marinas harenas abiecit, confecitq; ut miranda hæc opera nec nosci nec perpendi possent, commiscens myricas ac myricæ similes ramos: ex his colligato fasciculo recens florentis syluæ tuto pedibus subligauit leuia sandalia ipsis folijs.* Hæc *præclarus* Mercurius *auulsit,* Pieria *fugiendo iter faciens, nempe lōgum urgens iter se decēs.* Hunc *senex cognouit splendidum domorum uiridariū petentem ad campū p herbosum* Onchestū. Hunc *primus affatur illustris* Maiæ *filius:* O *senex, qui plantas fodias humeris incuruus, certe magno cōniteris impetu, & hæc oīa recte succedant, & uidens sis perinde atq; si non uidisses, & mutus quū audieris: & tace, ne tibi tuum ipsius noceat.*

Tantum quũ dixiſſet, boum fortia capita concitauit: multos autem montes umbroſos & ualles uenatorias tranſmiſit præclarus Mercurius: uerum obſcura ac diuina ſibiq; auxiliaris nox tranſacta erat, & iam operaria oriebatur aurora. Statim autẽ in ſpeculam prodijt diua Luna Pallantis filia Megamedij regis, tum ad Alpheum fluuium Iouis fortis filius, Phœbi Apollinis latifrontes boues egit: porro indefeſſæ uenerunt ad alta ſtabula, & lacus ante pratũ admodum uirens. Hic deinde bene herba pauit boues alte mugientes, & has quidẽ cõdenſatas in ſtabulum cõpulit lotum depaſcentes, aut roſidum cyperũ, ſimulq; congeſſit multa ligna: ſcrutabatur autẽ ignis artem ſplendidum lauri ramum arreptum ferro attenuauit, aptatũ palma. Circũ autẽ uapor ſpirabatur calidus: primus utiq; Mercurius focum & ignem exſuſcitauit, multa enĩ ſicca ligna ac mollia foſſulæ impoſuit affatim. Emicuit autẽ flamma longe crepitum ſpargens igni admodũ accenſo. Cæterum ut ignem incendit ui inclyti Vulcani, tum duas mugientes boues, ac flexipedas foras traxit (plurima enĩ ei uis aderat) utramq; certe ſpirantẽ humi iecit in terga. Inclinans autẽ uoluebat, atq; mactans, opus ſane operi præbuit, carnes craßa diſſecans pinguedine: deinde aſſauit ligneis præfixas uerubus carnes, ſimul & uenerãda terga & nigrum ſanguinẽ in inteſtinis detentum. At hæc ſuper terrã iacebant, uerum pelles aſperam ſuper petrã extendebat, ut etiamnum ſectæ ſunt quæq; diu ac immenſo poſt hæc tempore durarũt.

Cæterum ubi gaudifer Mercurius pinguia opera in plano illo ac lato loco, mariq́; finitimo confecisset: continuit quoque duodecim partes sorti, & suum cuique honorem adhibuit perfectum. Hic carnium sacra cupijt præclarus Mercurius, uerum eum (quamuis Deus esset) afflixit odor, sed non ut putabat. Namq́; illi admodum cupido collum pertransijt sacrū deinde hæc quidem reposuit alto in stabulo. At pinguedinem & multas carnes iterum sustulit, recentis cædis signa: adhæc siccis arreptis lignis, pedes ac capita ignis uapore prorsus consumpsit. Porro quum omnia rite confecisset Deus, sandalia abiecit in uorticosum alpheum, & ignem extinxit, ac nigrum puluerem ad nihilum redegit tota nocte: pulchre autem fulgebat luna. Iterū Cyllenes diuos adijt uertices tempore sublucano, nec quenquam sibi in longa hac uia habuit obuium, nec beatorum Deorū, nec mortalium hominum: nec canes latrabant. Cæterum Iouis bonus filius incuruus caulis subijt cubiculum, auræ autumnali similis ueluti nebula. Deinde antrū exiens, recta opulentum ad templum contendit, tacito gradu incedens. Nullum enim emisit strepitum tanquam in solo, & impetuose cunas conscendit illustris Mercurius fascijs circa humeros indutus, non secus atque paruus infans manibus tunicam circum poplites uoluendo ludens, amabilem testudinem detinens sinistra. Porro matrem non latuit deam Deus, ac dixit: Quid tu uersute, unde hac uenis noctis tempore? Indute impudentia.

dentia, nunc te prorsus puto confestim immensa circũ latera habentem uincula, Apollinis manibus foras abactum iri, ut te arreptũ interea in ulnis osculer. Apage iterum magnã te pater sollicitudinẽ genuit & mortalibus hoĩbus & Dijs immortalibus.. Cæterum huic Mercurius fraudulentis respondit uerbis: Mea mater quid ita me obseruas nũ secus atq; infantẽ, qui parum admodũ mali in aĩo cogitat, ac matris metuit mandata At ego iam artẽ aggrediar longe optimam oĩno, tibi & mihi cõsulens: neq; ut tu iubes tolerandũ nobis puto, ut hic maneremus neglecti, nulloq; inter Deos honore habiti: satius est semp̃ cum ĩmortalibus uersari multis auctos diuitijs, q̃ domi caliginoso conspici in antrõ. Sacrum enim honorẽ assequar, quem Apollo. At si id non dederit pater meus, tentabo tamẽ: possum in fraudibus cuilibet palmã præripere. Verum si me quærat Latonæ præclarus filius, aliud quid etiã maius illi puto obiectum iri. Siquidẽ abeo ad Pythona, magnam deuastaturus domũ. Hinc sufficiẽtes tripodas p̃pulchras siue lebetes diripiã, & auri affatim ac splendidi ferri & uestes multas. Tu uero, nisi recuses, uidebis. Verum quũ illi hisce sibi mutuo uerbis cõfabularentur Ægiochi Iouis filius & ueneranda Maia, aurora matutina, lumẽ latura mortalibus, oriebatur ab oceano altifluo. Cæterũ Apollo ad Onchestũ admodum gratũ nemus grauistrepo Neptuno sacrũ se cõtulit. Hic senem offendit Cnodalum iuxta uiam texentem uiridario sepem: hunc cõpellauit primus præclarus Latonæ filius:

 O senex

O ſenex frōdator pinguis Oncheſti huc adſum Pieria, boues quæſiturus omnes fœmellas, omnes inquã inflexis cornibus inſignes. De armento uero taurus niger ſeorſum ab alijs paſcebat, & à tergo horrendi ſequebantur canes quatuor, unanimes perinde atq; uiri. At hi relicti ſunt & canes & taurus, quod ſane admiratione dignum eſt. Boues uero paulo poſt ſolis occubitum molli è prato abieriũt, ac amœnis de paſcuis. Hæc age dic mihi, ô tu annis confecte ſenex, ſicubi uideris uirum, has ad boues iter facientem. Huic ſenex hiſce reſpōdit uerbis: Eſt ſane, ô amice, res acerba oĩa quæ oculis ſpectaris dicere. Multi enĩ uiatores iter faciũt quorum hi quidē mala multa, illi contra bona habent in animo, arduum eſt cognoſcere, qua quiſq; ſit ſententia, uerum ego hunc totum diem ad ſolis uſq; occaſum fodiendo circa uineæ uiridarium tranſegi. Verũ puerum uidi, ô uir optime, tamen ad liquidũ nequibam cognoſcere, quis nam paruus ille puer qui boues ſequeretur: habebat enĩ uirgam & flexuoſe inceßit, a tergo autē cohibuit: uerum capita habebat ſibi obuerſa. Dixit ſenex, at celerius inſiſtebat itineri Apollo, augurium putauit id ſibi optimũ. Nam cognouit ſtatim impoſtorem natum Saturnij Iouis filiũ. Impetuoſe igitur uiam carpebat Iouis filius Apollo ad Pylon ſacram, flexipedas boues quæſiturus, humeros gerens obuelatos nube purpurea, & ueſtigia agnouit lōge iaculans & dixit: Heus permirum eſt, quod iam uideã hæc quidem rectis cornibus boum ſunt ueſtigia, tamen iterum

conuersa ad pratum Asphodelum, hi non sunt gressus uiri neq; mulieris neq; canorum luporum neq; ursorum neq; leonū, nec quicquā te torosæ ceruicis tauri sunt similes, qui uelocibus pedibus adeo egregios facit gressus, hinc quidē sunt graues, uerū hi sunt hinc grauiores. Vt dixit, processit rex Iouis filius Apollo, ac uenit ad montē Cyllenē sylua circūuestitum in umbrosa petræ latibula. Hic enim diuina nympha Saturnij Iouis filium peperit. Dulcis quædā fragrantia sacrū per montem spargebatur: multæ deinde hic extensis pedibus gramina depascebant oues. Hic tunc ueloci pede pertransijt lapideum solum opacū in antrum longe iaculans Apollo. Porro ut sensit Maiæ ac Iouis filius stomachantē ob amissas boues Apollinē, fascijs se inuoluit sacris, ueluti quū multus occulit carbonarium ignem cinis. Sic Mercurius cōspecto Apolline se subduxit, atq; caput & pedes & manus in breue coëgit: nempe recens lotus accersens dulcē somnum, ac nuper nactam testudinem habebat sub ala: uerum nō ignota erat Apollini montana nympha, neq; charus eius filius, paruus quidē puer, dolosis tamen indutus uersutijs. At hic pōēm recessum magnæ domus oculos circumferens tres Adytus aperuit arrepta claue splendida plurimo è nectare ac grata ambrosia. Multū enī auri & argenti intus erat reconditū, multæ iterum rubētes & candidæ uestes nymphæ, quales sacræ beatorum domus intus habent. Hic, ubi perscrutatus esset intimos magnæ domus recessus, cōpellabat Mercuriū

Latonius

Latonius hiſce uerbis: O puer, q in cunis recũbas, indi ca mihi boues citius: alioqn inter nos cõfeſtim diſſidiũ præter decorũ orietur. Nã te arreptum ad tartarũ um broſum dabo præcipitẽ, in graues atq; intollerãdas te nebras: neq; te mater neq; pater uindicarint in lucem. Verũ ſub terrã abibis paucos in uiros principatum ge rens. At Mercurius huic uerſutis reſpõdit uerbis: La tonæ fili, q̃ durum iſtud loquutus es uerbũ, & ſub dio agentes boues quæſiturus huc uenis, nec uidi: nõ pcepi boues, neq; ab alio audiui, neq; in nobis eſſet illas tibi indicare, neq; nũciatiõis mercedẽ auferre, nec ego boũ abactori robuſto uiro ſimilis ſum. Nõ eſt id noſtrum opus, nup mihi alia curæ ſunt: ſomnus mihi curæ eſt & noſtræ lac matris, faſcias circũ humeros habere et ca lida lauacra: faceſcat ut hoc ſibi quiſq̃ in aĩm induce ret, unde hæc orta eſt cotentio. Et ſane res eßet hmõi, q̃ Deos oẽs in ſummã pertraheret admirationẽ, puerũ recens natũ ad ueſtibulũ uſq; penetrare cũ agreſtibus bobus: id certe præter decorum loqueris. Heri natus ſum, teneri autẽ pedes, terra ſubtus aſpera: uerũ ſi iu bes, per patris caput magnũ iurauero iuſiurandũ, neq; me poße huius furti authorẽ eſſe, neq; aliũ quenquam me uidiſſe boum tuarũ furem. Quales nã tuæ ſunt bo ues? quã de illis prædicas gloriam? Sic effatus eſt, & crebro oculis micãs, ſupercilia uoluebat, huc atq; illuc flectens intuitũ, alte fiſtula canens, tanquã uanum ac friuolũ audijßet ſermonẽ. Verum hunc tenellũ ridens compellabat iterũ Apollo longe iaculans: Heus tu de-

ceptor,

ceptor, uersipellis (certe mihi persuasum habeo, te sæpius penetrantem ad bene habitatas domos noctu non unum solũ in pauimento uirũ collocare, conuasantem quæq; p domũ absq; strepitu) quæ loqueris? Multis certe pastoribus facesces negocium in montis uerticibus, qñ carniũ captus desiderio occurres boũ armentis & ouiũ gregibus. Sed age, ne te ego iã postremo & ultio consopiã somno, descẽde è cunis caliginosæ comes noctis: hoc enĩ apud Deos porro feres præmiũ, dux impostorũ ac uexillifer oĩbus diebus uocaberis. Vt dixit, arreptum puerũ gestauit Phœbus Apollo, simul in aĩm cogens cõsilia. Tũc fortis Mercurius auguriũ emisit inter manus sublatus Erithon proteruum nuncium, impetuose uero illum aduolauit. Hunc autem Apollo audiuit, & è manibus humi iecit præclarũ Mercuriũ. Sedebat autẽ ante eũ, q̃uis urgeret iter, & Mercuriũ cõuitijs inceßens alloquebatur: Age, bono esto aĩo tu fasciate Iouis & Maiæ fili: his ne auspicijs inueniam præclaras postmodũ boues, tu ne mihi his auspicijs dux fueris. Vt dixit, celeriter iterũ surrexit Cyllenius Mercurius cum studio incedens, ambabus auribus admotæ erãt manus: fasciæ ambiebant humeros, ac dixit: Quo me ô Apollo gestas omnium Deorum peruicacissime? certe ne me boum gratia sic intumescens, perturbas. Proh dolor, utinam perijsset uniuersum boum genus. Non enim uestras furatus sum boues, neq; alium uidi quenquam. Quales nã sunt boues? quam de illis gloriam prædicas? Contendamus apud Iouem iudicio.

At quum

At quum propalam hæc singula contendendo dixiſſet haruſpex Mercurius ac inclytus Latonæ filius in diuerſam nitentes ſententiã, ille quidẽ ob uanum ſermonem haud quaq̃ iniuria carpebat inclytum Mercuriũ, uerũ hic artibus ſuis & facundis uerbis uoluit fucum facere ſagittifero Apollini. At callidus in uerſutum incidit. Proinde impetuoſe per harenã præceſſit, at à tergo uenit Iouis & Latonæ filius, ac ſtatim cõſcenderunt ſacri olympi uertices ad patrẽ Saturniũ Iouis præclari filij: hic utriq; iudicij momenta propoſita erãt. ſtatim rumor iſte niuoſum habebat olympum, immortales uero Dij conglomerabantur ad olympi faſtigia. Steterunt autẽ ante Iouis genua Mercurius & Apollo: hic ſuum præclarũ filium interrogauit Iuppiter altitonans: Apollo, unde hanc pulchrã agis prædã puerum recẽs natum præconis præditũ ingenio? hæc res quæ tibi intantũ ſtudio fuit, ad Deorum aures peruenit. Hunc iterum alloquebatur rex Apollo: O pater, audias certe ſtatim haud quaq̃ uanum ſermonẽ, oblique me perſtringens nõ ſecus atq; ſi prædandi tenerer ſtudio: Inueni hunc neſcio quẽ puerum præter modũ uiolentũ in Cyllenes montibus magno emenſo ſpacio, cui in procacie parem Deorũ non uidi alium neq; hoĩm, quicũq; terræ munere ueſcũtur. Abijt furto è prato meas boues abigens ſub noctẽ ad littus turbulenti maris recta eos ſtimulans. Verum ueſtigia duplicia ſunt ita ut admirari eſt præſtantis dæmonis opera: ſiquidẽ hiſce bobus Aſphodelum pratũ uerſus ueſtigia cõtraria ge-

ria gerens, niger ostendebat puluis. At ipse hic praeter modum callidus neq; pedibus neq; iterũ manibus ꝑ harenosum locum iter fecit, sed alio quodã instructus consilio pertransijt uiã hanc mirabilẽ, ueluti si quis tenuibus incederet quercubus. Donec igitur stimularet per harenosum locũ, sine negocio uestigia oĩa in puluere peruertit: uerum ubi magnum harenae callẽ pertransijsset, tũc subito incognita facta sunt uestigia, tũ boum, tum sui ipsius. Ad hunc animaduertit mortalis quidam uir Pylum uersus boues agentẽ. Porro ubi has in quietũ ac tutum statuisset, & p ignẽ gnauiter praesecuisset uiã, hinc atq; illinc in cunis recubuit caliginosae similis nocti umbroso in antro per tenebras, nec quidẽ ipsum perspicax uidisset aquila. Varie manibus splendorẽ ciebat fraudes suas exercens: deinde statim durum hoc infit uerbũ, non uidi, nõ percepi, nec quẽq; de his audiui, neq; in nobis esset indicare, neq; nuncij mercedem auferre. Sed ut dixit, consedit Apollo. At Mercurius cõtra ab altera parte crimina diluere incipiens, dixit, manu designauit Iouẽ imperatorem oĩm Deorum: Iuppiter pater, certe ego tibi uerum promam Nullus enĩ in me mendacij locus, ac oĩs fraudis sum nescius. Adijt nos hodie boues inflexis pedibus quaerens, statim post solis ortum, nec quemq̃ Deorũ adduxit testem nec speculatorẽ, ac saepius mihi uim faciens, iussit ut indicarem: frequenter minatus est ut in tartarũ me daret praecipitẽ, eo qđ ipse iã iuuenili floreat aetate, & ego heri tantum sum natus. Nam & haec nouit

ipse me

ipse me nequaq̃ boum abactori robusto similem uiro? Crede etenim & mihi charus pater gloriaris esse, q̃ domum boues neutiquã abegerim, ut diues essem, neq; hoc solũ transij, (haud quicq̃ à uero discedo) maxime reuereor Solẽ & Deos alios. Atque te amo, & hunc obseruo: nosti & ipse me in culpa nõ esse (magnũ autem cognosco iusiurandũ) non ꝑ hæc Deorũ pulchre extructa uestibula. Et aliquando ego acerba hæc uerba in eo mihi ulciscar, præstãtior licet siet: tu uero inferioribus opem feras. Sic effatus est, oculis annuens Cyllenius Mercurius: & fascias habebat in brachijs, neq; abiecit. Iuppiter autẽ profuse risit, uidens uersutum illum puerũ, tam bene & scite boues denegantẽ, & utrũq; iussit ad concordiã redactũ inquirere uerũ Mercuriũ internuntium, hac in re ducis munia obire & præ innocentia animi locũ indicare, ubi ipse boues occultasset. Annuit Saturnius, parebat autẽ inclytus Mercurius: facile enim persuasit Iouis animus. Porro ambo properabant Iouis boni filij in Pylon uentosam; deinde ad Alphæi uenerunt fluenta, agros uero pertransierunt & alta stabula, ubi huius noctis tempore alerentur pecudes. Hic quidẽ Mercurius adiens lapideum antrũ, in lucẽ egit fortia boum capita. Apollo uero seorsum uidens agnouit boum pelles alto in saxo Confestim autẽ rogauit inclytum Mercuriũ: Quo, cedo, pacto potuisti, ô uersipellis duas mactare boues, tã tillæ quũ sis ætatis, nempe infans? Tuum sane robur mihi postmodũ admirationẽ concitabit: neq; æquũ est

ô Cylle

ô Cyllenie Maiæ fili te diu adoleſcere. Vt dixit, & manibus circũegit fortia uincula ueneràdi. At ſub pedibus terræ hærebant ibidẽ connexim ſibi mutuo iuncta, atq; facile ſub dio pnoctantibus bobus iniecta erãt Sententia ad furtũ ingenioſi Mercurij. Porro eo conſpecto, Apollinem cœpit admiratio. At tum ſtrenuus Mercurius locum obliquo oculo perluſtrans, ignis de ſe fulgorem miſit, fallere cupiens Latonæ filiũ. Facile admodũ illuſit longe iaculantẽ Apollinẽ, ut uoluit ipſe tametſi eſſet robuſtus. Porro ſiniſtra arreptam manu plectro cytharã tentabat. Hæc autẽ ſub manu horrendum quid ſonat: at riſit Apollo gaudio perfuſus, grata enim uox audientis pertranſijt aĩm. Verũ cythara amabiliter ludẽs, ſtetit ſecurus à leua Maiæ filius, ſed cõfeſtim molliter ludens, alternatim uoce ſuccinit. Erat enĩ illi uox amabilis, miſcẽs immortales Deos & tenebricoſam terrã ut à principio facti erãt, & quale qſq; ſortitus eſſet fatũ. Primũ quidem Deorum Mnemoſynen carmine extulit Muſarũ matrem, cui ſorte Maiæ filius obtigit. Porro Deos p ætatem, & ut quiſq; natus erat, cecinit Iouis inclytus filius, oĩa cũ decoro recenſens, & cubito cytharã pulſans. Verum Apollinẽ immenſum in pectore uellebat deſideriũ, & illum cõpellans uelocibus uerbis adoriebatur: Mactator boũ, exacte artifex, menſæ collega, hæc quinquaginta bobus æſtimanda dediſti, & in poſterũ duco mihi ea cum ſilentio retractanda. Verum age, dic nunc mihi ô uerſute Maiæ fili, an ne te à natiuitate comitata ſunt mi-

randa hæc opera? an Deorũ quispiã aut hoĩm splendido donauit dono, ac diuinũ te cantorẽ reddidit. Admirandam hanc & nuper natã audio uocẽ, quam nemini unquã hoĩm adfuisse puto, neq; Deorũ cuiquã, q cœlum incolũt, præterq̃ tibi ô dilecte Iouis & Maiæ fili. Quæ ars? quæ musa inusitati huius cantus? quod exercitium? Profecto tria simul huic adsunt, lætitiam & amorẽ & dulcẽ adferre somnum. Etenĩ ego quoq; olympijs musis sectator sum, quibus & choreæ placẽt & sublime carminũ exercitium, cantusq; florens, & suauis strepitus lyræ. Sed hic mihi cantus nunquã sic curæ fuit, ut sunt uernantis ætatis fœlicia opera. Te, ô Iouis fili tã amabiliter cythara ludere, summã mihi ad mirationem cõciet. Verum nunc siquidẽ licẽt sis paruus, alta tamen concilia aĩo cognoris, id & tibi ipsi & matri uere dicã: certe p asperũ hoc telum, ego te inter Deos & illustrẽ & beatum existimo, & dabo præclara dona, & nunq̃ tecum fraude agam. Huic subdolis respõdit uerbis Mercurius: Tu quidẽ me scite, ô Apollo, rogas. At ego nequaq̃ tibi inuidero nostrã artẽ, hodie scies. Nam tibi uolo infans esse & consilio & oratione: tu enim oĩa belle tuo cognoris aĩo. In primis enĩ inter Deos haberis & bonus & fortis, nam amat te cõsultor Iuppiter. Ex oĩbus enim Deorũ sacris dedit tibi præclara dona & honores. Namq; te uaticinij ẽ Iouis consilio peritũ esse aiunt, atq; ẽ Ioue oĩa fata callere: & nunc ipse te filium cognoui esse opulentũ: tibi igitur promptum est scire, quæ cupis. Verũ quandoquidẽ

tibi anĩ

tibi animus studio cythara ludendi æstuat, cane, & cythara lude, & gaudia tibi curæ sint, ex me accipiens, (tu uero mihi, ô amice, gloriã præbe) scite cane, manibus habẽs dulciuocã sociã, bene ac cũ decoro canendi arte imbutus. Deinde, *certe hãc securus feras ad splendida conuiuia ac suaues ad choreas, & ad ambitiosas cõmessationes, noctisq; & diei lætitiam.* Porro *si quis ipsam artis & sapientiæ haud rudis compellet, effata quæcunq; aĩo grata sunt docet, facile solita ludẽs mollicie, ac molestas pellens curas.* Verũ *si quis ipsam primum peruicaciter interpellet, nescius tamen, quum fiet nequicquã, deinde stridulum alte carmen disperget.* Tibi *uero promptũ est scire qđ cupis, & te hac donabo, ô præclare* Iouis *fili: nos interĩ in mõte & planicie bobus pascua curabimus, ô* Apollo. *Hinc abũde pariẽt uaccæ tauris cõmistæ, partim fœmellas, partĩ masculos* Neq; *te par est, quãuis sis horrendus, adeo peruicaciter intumescere.* Sic *effatus, porrexit: at suscepit eam* Apollo. *Mercurio uero tribuit, ut haberet præclaram scuticã, ac boum curam cõmisit.* Suscepit *autẽ eam cum gaudio Maiæ filius.* Deinde *arreptã dextra cytharã plectro tentabat* Apollo *Latonæ filius: hæc uero pulchrum & gratũ emisit strepitum,* Deus *autẽ carmen succinit.* Cæterũ *boues pinguia ad prata cõuersæ erãt* At *perpulchri* Iouis *filij denuo ad niuosum olympũ cõtendebant oblectati cythara: gaudebat autẽ consultor* Iuppiter *(utrumq; enĩ ad concordiã reduxit)* Et *tum* Mercurius Latonæ *filium dilexit oĩbus modis, ut etiã*

culta habet Iuppiter. Cæterum hoīm alij commodabo, alij contra incōmodabo: diuersa enī uagorū ac innumerorum sunt genera hoīm. Etenim meo iuuabitur uaticinio quicūq; uenerit uoce & prepetū alis auium. Hic inquā meo iuuabitur uaticinio, neq; feret repulsam. Verū qui uaniloquis fretus auibus uaticiniū uult nostrum insulse percunctari, & plus sapere ipsis æternis Dijs, puto illi incassum fore operā, etiam si dona abstulissem. At aliud quiddā tibi dicam præclare Maiæ & Iouis fili beatis admodū utilis Deus: Sunt quædā Parcæ sorores, tres natæ uirgines, uelocibus gaudētes pennis, ac caput gerētes alba cōspersum farina, domos habent in ualle mōtis Parnassi uaticinandæ artis seorsum magistræ, in qua me à puero ob boū custodiā exercui, neq; id pater renuit. Hinc deinde uolātes alio atq; alio fauum depascūt, & quæq; perfecta reddūt. Hæ enim, ubi cōcitatæ sunt mel flauum edētes, prōpte ac cupide tibi uerū depromēnt. At si Deorum dulci cibo semoueantur, tentabūt deinde extra uiā ut imperiū habeant Illas adhæc tibi dono, tu autē intrepide interrogando, tuū hic aīm oblecta: et si mortalē cognoris uirū, sæpius tuo auscultabit uaticinio, si potiri detur. Hæc babe ô Maiæ fili, & boues agrestes atq; flexipedas, & equos cures, & mulos laboris patiētes. Et in leones, ac in nitidis dētibus insignes sues & canes, ac in pecora, & deniq; in quæcunq; lata enutrijt terra: deinde in oēs oues imperiū obtineat præclarus Mercurius, & solus ad inferos ipse sit nūcius, qq; indotatus licet siet, donū dabit

haud quaquã minimũ, tanto Maiæ filium amore prosecutus est rex Apollo, illiq; oĩ necessitudinis genere cõpulatus fuit. At Iuppiter gratiam ei addidit, oĩbus hic hominibus & Dijs cõuersatur: parum quidẽ utilitatis adfert. At exprimi nequit, quantũ suis fraudibus tenebricosa nocte mortale genus exerceat. Et tu quidem sic salue Iouis & Maiæ fili. Atqui tui ego & alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS. in Venerem. 3

DIC age musa aureæ Veneris opera Cypriæ, q̃ dulce Dijs mouet desideriũ, atq; subegit oẽ mortalium genus, auesq; aëreas & feras omnigenas, quascunq; certe cõtinens alit siue mare: oĩbus ex æquo curæ sunt cõcinnæ Veneris opera. Verum tres sunt Deæ, quarum aĩm flectere, suaq; fraude cõuellere haud quaq̃ potis est: nempe Cesiam Mineruã Iouis filiam. Nõ enim illi aureæ Veneris placuere opera, sed bella semper ac Martis opera grata sunt, præliaq; & pugnæ, ac res tractare splendidas. Prima enĩ artifices in terra docuit uiros scuta construere, uariosq; ferro currus. Hæc quoq; teneras uirgines intra limen docuit præclara illa opera cõficere, unicuiq; inflammãs aĩm. Neq; unquã uenatoriã atq; aureo insignem arcu Dianã in amore domat ridens Venus. Etenim hanc iuuat arcus, montesq; ferarũ cæde inficere, & cytharæ, choreæq;, atq; sublati clamores, & opaca nemora, & iustis ciuitas uirorũ. Nec unq̃ uenerãdæ nymphæ

Vestæ

Vestæ Veneris opera accepta fuere: quã primã uersu tus Saturnus sustulit. Deinde postremã, Iouis sentẽtia uenerandã, quã ambiere sponsam Neptunus & Apollo. At illa noluit, uerum repulit rigide. Magnũ enim iurauit iusiurandũ, quod sane perfectum est Iouis patris caput tangens, ut perpetua uirginitate frueretur Diua dearum. At hanc pater Iuppiter nuptiarũ loco, pulchro donauit dono: atq; media domo sedet pinguedinem carpens, ac oĩbus in Deorũ templis præ cæteris honore colitur, ac apud mortales oẽs Deorũ legatione fungitur. Harum seducere aĩm non potest, ac in suam transdare sententiã Venus. Verũ inter alios nemo est q Venerẽ fugere queat, neq; Deorum, neq; hoĩm. Quin & fulguranti Ioui ipsi mentẽ adimit, q est maximus, ac maximum sortitus est honorẽ. Et sagacẽ huius animum, ut uoluit fraude domãs, facile effecit, ut cũ mortalibus mulieribus corpus misceret, clam Iunone & sorore & coniuge: quæ forma inter Deas oẽs est præstãtissima. Illam utiq; illustrißimam genuit Saturnus & mater Rhea. Verum Iuppiter huius nunq̃ conuellendi consilij haud ignarus, uenerandã bonarumq; rerum gnaram, hanc sibi aßumpsit coniugẽ, huic autem ipsi Iuppiter dulce hoc in pectus indidit desideriũ, ut q̃ celerrime uiro mortali misceretur, ne ipsa quoq; humani eßet expers thalami: & aliquando apud oẽs Deos glorians diceret suaue ridens Venus. Vt autẽ Deos miscuisset mulieribus mortalibus, atq; mortales filios peperissent immortalibus: utq; Deas cõmiscuisset morta-

libus uiris, dulce Anchisæ desiderium illi in animum iniecit, qui tum in summis collibus fontibus abundantis Idæ boues pauit, corpore nequicquam ab immortalibus discrepans. Hunc igitur simul ac uidisset, amauit Venus ridens, & mirum quanto huius capta est desiderio. Nam quum uenisset in Cyprum, diuinum templum subijt ad Paphum. Hic enim illi delubra sunt, ac sacra ara. Huc igitur ingressa, splendidas ianuas occlusit. Hic uero illam lauarunt Gratiæ & oleo unxerunt diuino, quemadmodum conuenit Dijs æternis. Immortali peplo, quod ei sacrificio oblatum erat, ac pulchris uestibus induta, & auro ornata ridens Venus, derelicta amœna Cypro, Troiam contendit, alte per nubes celeriter uiam secans, uenit ad Idam, fontibus diuitem, ac ferarum altricem. Abijt autem per montem recta ad stabulum. Hic illam adierunt adblandientes & cani lupi ac terribiles leones, ursi, pardiq; celeres ac ceruorum insatiabiles. At hæc uidens, animum oblectabat, illisq; in pectus desiderium indidit. Tum statim ad unum omnes in somnum circa opacos recessus conuersi sunt, ipsa uero affabre cõstructa tabernacula petijt. Cæterum Heroa Anchisen offendit in stabulis ab alijs derelictum solum diuina forma præditũ. Hi uero oẽs per pinguia pascua boues secuti erãt: at hic solus ab alijs in stabulis relictus, huc atq; illuc obambulat eximie cythara ludens. Porro ante ipsum stetit Iouis filia Venus, intactæ uirgini magnitudine ac forma

haud

haud dissimilis, ne illum admiratiõe perturbaret, quum coram intueretur. Cæterũ Anchises hanc uidens, perpendebat ac admirabatur formam ac magnitudinẽ, & stupendas uestes: erat enim induta peplo ignis radijs splẽdidiore: habebat quoq; flexiles helicas ac torques splendidos. Tenerum collum ambiebant monilia perpulchra, aurea, uariegata: ut luna autem, sic molle circum pectus fulgebant (uisu mirabile) Verum Anchisen cepit amor, & illam hoc est adortus sermone: Salue quæcunq; Dearum hanc accedis domum, o regina, siue Diana, aut Latona, siue Venus aurea, aut generosa Themis, aut Cesia Minerua, aut quæ Gratiarum huc uenisti, quæ Dijs omnibus consortium exhibent, & immortales habentur, aut quæ nympharum, quæ amœna colunt nemora, aut quæ pulchrum hunc habitant montem, & fontes fluminum, aut amœnos amnes. Tibi enim ad scopulum in conspicuo loco arã extruam, & rite omni tempore pulchra sacra faciam Tu uero candido animo largire quæso, ut inter Troianos uir probus habear. Deinde effice, ut imposterum florenti filio sim parens. At ut mihi longæua sit uita, & lumen solis uideam, & opibus in populo præstem, & senectutis limen pertingam. Huic autem respondit Iouis filia Venus: Anchise, è terra natorum hominum præclarissime, haud quaquam Dea sum, quid me immortalibus æquas, uerum mortalis sum. Mulier me peperit mater, Otreus autem pater est, uir celebrati nominis, si forte ad tuas aures

peruenit, qui uniuersæ Phrygiæ bene munitæ imperitat: uerum linguā uestram & nostram pulchre calleo. Troiana enī me sua domo educauit nutrix: quæ me ad modum pullā dilecta auulsam matre enutriȷt molliter Itaq; & linguā uestram teneo exacte, nunc autem me rapuit aurea uirga Mercurius de choro sagittiferæ ac uenatoriæ Dianæ. Nam multæ nymphæ ac florentes uirgines lusimus, circūquaq; conflatus erat grex maximus: hinc me rapuit aurea uirga Mercurius, & adduxit me ad plurima hoīm opera, & ad terram multam ac possessoribus uacuam, incultamq;, quā incolūt crudiuoræ feræ p opacos recessus: nec usq̄ uisum erat pedibus uitalem terram pertingere. Anchisæ enim me dicebat ad thalamū uocari, ut ei primo iungerer cōnubio, illiq; pulchras parerē proles. Verū simulatq; ostēdisset ac indicasset, iterum ad Deorum genus robustus abijt Mercurius. At ego tibi ueni magna adacta necessitate: uerum tibi p Iouem supplico, ac per honestos tuos parentes (non enī te talem genuissent improbi) ut me intactam, ac rei Veneriæ rudē, ducens tuo patri ac matri reuerendæ exhibeas ac fratribus, qui ijsdem tecum parentibus orti: non enī illis impar ero nurus, uerū æqualis. Si qd tamen inæqualis sim mulier, ut mittant subito nunciū ad Phryges uarijs equis insignes, q patrē meum certiorē reddat & matrē sese curis ob me affligantē. Hi sane auri affatim & textas uestes mittēt, tu uero multā ac splendidam accipias dotē. His cō fectis, celebra optatas nuptias, q̄ in precio habeantur

& Dijs & hoībus. Sic effata, dulce immisit aīo deside- riū, Anchisen uero cepit amor, ac propalā in hæc pro- rupit uerba. Si certe mortalis es, mulier uero te peperit mater, & Otreus pater est, q (ut dicis) multi est noīs deinde īmortalis huc internuntij Mercurij sentētia ue- nias, mihi nullo nō tempore uocaberis cōiunx, nec qs- quā me Deorum nec mortalium hoīm hic cohibuerit, quo minus tibi in amore miscear nunc statim, ne quidē si ipse iaculator Apollo argenteo ab arcu tela præmit teret tristia, non recusarim. Deinde, ô mulier Dijs neu tiquā dissimilis, tuum quū penetrassem ad thalamum, Plutonis subire domū. Vt dixit, manum corripuit. At ridens Venus sequebatur aduersa, oculis humi defixis, ad molliter cōpositum lectum, qui ante fuit regi molli- bus lænis instratus, & supra positæ erant ursorū ac grauisonorū leonum pelles, quos ipse altis in montibus mactasset. Verū ubi in thalamū conscendissent splen- didū, illi de corpore mundū adimit, fibulasq; helicasq; flexiles ac baccas atq; monilia. Soluit quoq; ei zonam deinde stupendas exuit uestes, & in sedē argenteis fi- xam clauis reposuit Anchises: qui deinde Deorum sen tentia ac fato, immortali cum Dea concubuit mortalis haud aperte sciens. Tunc iterum ad stabulum pecora floridis è pascuis pastores reduxerunt, & tum Anchi sen dulci perfudit somno, ipsa uero se pulchris indue- bat uestibus. At quū se rite oībus uestijsset Diua dea- rum, ante lectum stetit uenustæ aulæ, sustulit caput. At diuina quædā pulchritudo reluxit in genis, ut est

uenustæ

uenustæ Veneris, è somno excitauit, & hoc illum dicto propalã adoriebatur: Exurge Dardanide, qd profundum hunc dormis somnũ, & perpende, an tibi similis esse uidear, qualẽ tu me primo uidisti. Vt dixit, hic uero tumultuarie somno excussus, audijt: uerũ ut uidit collum & formosos Veneris oculos, obstupuitq;, & oculos declinando, alio uertit, & rursus chlamide obtegebat decentem faciem, & illam rogans uelocibus affatur uerbis: Statim atq; te primũ uidi, o dea, te haud mortalem fuisse cognoui, at tu mihi occulebas uerum. Sed tibi per Iouem supplico, ne me inter hoĩes sinas debilẽ ac infirmam uitã agere, sed miserere: siquidem ijs lumen adimi solet, qui cũ immortalibus concũbunt. Huic deinde respondebat Iouis filia Venus: Anchise inter mortales longe præclarissime, esto securus, neq; tantũ animo metum concipias: profecto nullus est metus, te quicquã à me pati, aut ab alijs Dijs: siquidem Dijs charus es. Tibi enĩ nascetur dilectus filius, qui in Troianos imperium obtinebit, & nati natorũ, & q nascentur ab illis: huic nomen erit Æneæ. Quamobrẽ me grauis habuit dolor, quod in mortalis uiri thalamũ inciderim. Verũ Dij præ cæteris mortalibus maxime uestro delectantur genere, idq; ob formã ac ingenium. Certe sic flauum Ganimedẽ rapuit prudens Iuppiter ob pulchritudinem, qua præditus erat, ut Dijs cõuersaretur, & Iouis in domo ĩmortalibus pincernæ exhiberet officiũ. Visu mirabile, oĩbus Dijs honore habetur, aureo è poculo quũ hauriat nectar rubrũ: uerum Troa perpetuis

petuus inuasit luctus. Non enim cognouit, quo sibi filium ingens abstulisset turbo: proinde illum oĩbus luxit diebus. Sed illius misertus Iuppiter, pro filio retribuit dona, equos ueloces, qui gestant immortales. Hos igitur ei donum dedit habere. Dixit autẽ singula Iouis præceptis internuncius Mercurius: nempe illum esse immortalẽ, atq; fore, ut perpetuo floreret æuo. Verũ hic à Ioue accepto nuncio, luctũ posuit, ac animo gaudebat, & lætabundus uelocibus uehebatur equis. Vt iterum tithona rapuit aurithrona aurora (qui uestræ styrpis existens, similis erat Dijs ipsis) abijt curriculo Iouem petitura, ut immortalitate donaretur, ac uiueret perpetuo. Huic Iuppiter annuit ac perfecit desiderium stolidæ: non enim in animo cogitauit ueneranda aurora, ut Heben rogasset, quæ perniciosam senectutem abrasisset: qui donec grata ætate floreret in delitijs ab Aurora aurithrona ac mane genita habitus, ad orbis terminos iuxta oceani fluxum habitabat. At ubi primũ, pulchrũ caput ac generosæ genæ canis conspergerentur, illius quidem lecto abstinebat uenerãda Aurora: uerũ delicate domi alebat cibo & ambrosia, ac pulchris uestibus circũamiciebat. At quũ oĩno odiosa urgeret senectus, nec mẽbra loco mouere nec attollere ualeret, hæc illi potior est uisa sentẽtia, in thalamo reposuit, & ianuas occlusit splendidas. Huius certe uox perfluit immensa, nec uis adest, quæ erat flexilibus antea membris: haud ego te caperẽ inter Deos sic mihi esse immortalẽ, ac ut semper uiueres.

At si

At si tali forma ac corpore uirens uiueres, ac noster uocareris coniunx, nō esset quod in posterū animum meum afflictaret, ac mœrore cōfunderet. Verum nūc te similiter subito sæua inuadet senectus, quandoquidē hæc pernicies oēs circumsistit mortales molesta, qua Dij quoq; ipsi cruciātur. At mihi tui gratia apud Deos oēs magnum semper probrum erit, qui prius mea consilia ac uerba, quibus Deos oēs mortalibus commiscui mulieribus, horrebant: omnes enī meum consilium domuit. Sed nunc nō amplius licebit mihi cum gemitu id apud Deos referre: siquidē ingenti mulctata sum dāno, ac duro nec tollerando, aberraui mente mea: mortali enim uiro coniuncta, uterū gesto. At puerū hunc statim atq; solis lucem intuetur, montanæ ac mammosæ enutrient nymphæ, quæ magnū sacrumq; hunc mōtem habitant. Quæ quidē neq; ad Deos neq; ad homines accedunt, uitam quidē agunt diuturnā, ac immortali cibo uescuntur, & cum immortalibus pulchrū instaurant chorum. His & Sileni & explorator Mercurius furtiuo miscentur concubitu, in intimo gratarū speluncarū recessu. Deinde simul cum his nascūtur in fertili terra abietes & proceræ quercus, pulchræ ac florentes in densis nemoribus stantes erectæ, delubra uocant Deorum immortaliū, has neq; ferro radunt homines. Sed quū fatalis adest dies, primū siccæ fiūt super terram pulchræ arbores, cortex circūquaq; putrescit, ac in terrā defluunt rami, at harū simul anima solis lumen derelinquit. Porro hæ meum filiū nutrient,

apud se

apud se illum seruantes. Hunc quidē ubi ad annos pubertatis peruenerit, reducent tibi nymphæ Deæ, tuūq; tibi ostendent filiū. Hæc tibi oīa narro, ut aīo tecum deponas. Quinto ab hoc transacto anno, iterum ad te ueniam filiū adductura. Hunc statim atq; uidebis, gaudebis uigorem ac ætatis florem intuitus: siquidem forma proxime ad Deos accedet. Deinde statim tu illum duces in Ilium uentosum. Si uero quisquam te hoīm interroget, quænā tibi hūc filium mater peperit, huic sis memor ut dicas, quemadmodū te iubeo: quod aiūt illum uenusta ē nympha natum, quæ montē hunc sylua uestitum habitat. At si rem ipsam dicas, & incogitāti aīo te iactes furtiuo cōcubitu mixtum esse uenustæ Veneri, Iuppiter te ira accensus altistrepo fulmine feriet. Dicta sunt tibi hæc oīa, tu tecum retractans in aīo, cohibe te, ne id dixeris, ac Deorum obserua iram. Sic effata ad cœlum uentis expositū abijt. Salue Dea, munitæ regina Cypri. A te ducto principio, alios quoq; cantare aggrediar.

HOMERI HYMNVS ad eandem. 4

VEnerandam, auricronam, pulchram Venerem canā, quæ uniuersæ Cypri munimenta est sortita maritimæ urbis. Vnde illam uis suscitauit molliter spirantis zephyri per undosi fluxum maris, molli ē spuma. Hāc aureis redimitæ uinculis horæ susceperunt hilariter, & immortales induebant uestes, & diuino capiti concinnam imposuere coronam, pul-

chramq; & auream: tribus autẽ ansis donarium ori-chalci & preciosi auri. Et tenerũ collum & pectora nitida aureis exornabant monilibus, quibus ipsæ consueuere ornari decentes, quãdo irent ad amabilẽ Deorum chorum & patris domũ. At ubi oẽm corpori circundedissent ornatũ, eam ad Deos duxerunt. Hi uero illam ubi uiderent, amplectebantur, ac dextras iunxerunt, & cupijt quisq; illã sibi esse primam uxorem, & domum ducere, abrepti in formæ pulchræ Veneris admirationem. Salue, ô nigris decora palpebris, dulciloqua: largire ut hoc ĩ certamine palmã auferã. At meũ dirige cantũ, & ego tui aliorũq; carmine memor ero.

BACCHVS AVT PRÆDONES 5

DE Dionysio Semeles præclaro filio dicã, qui ad littus fluctiuagi maris apparuit in longa acta uernantis ætatis uiro assimilatus. Circũsspargebantur pulchri ac nigri crines, latos humeros tunica habebat obuelatos purpurea. At continuo uiri Tyrrheni prædones celeriter p mare ceruleũ è naui remis instructa accesserunt. Hos enĩ fatum urgebat acerbũ Nam uidentes se mutuo oculis signabãt, eue stigio uero irruebant, & statim illo rapto, sese receperunt ad nauim suam gaudio gestientes. Putabant enim illũ regiũ fuisse filium, & uoluerunt duris uinculis constringere sed uincula illum nõ urgebant: uerum procul de manibus ac pedibus decidebant. Hic uero sedebat ridens, nigris oculis decorus. Quod ubi gubernator deprahendisset, statim suos hortatus est, & dixit: Miseri, quem

hunc Deorum abreptum uinculis constringitis, robustum, neq; illum compactilis nauis ualet ferre. Est eñi hic aut Iuppiter, aut argẽteo arcu Apollo, aut Neptunus: siquidẽ haud mortali assimilatur uiro, sed Dijs, qui cœlestes domos incolunt. Proinde agite, ipsum remittamus in continentẽ sine ulla dilatione, neq; in eũ manus conijciatis, ne ira accensus, tempestuosos uẽtos moueat ac multam procellam. Vt dixit, huic dux duro responsabat uerbo: Infœlix, secundum uides uentũ, simul trahe uelum nauis, omnibus assumptis armis: hic autem uiris curæ fuerit. Spero aut Ægyptum uersus abibit, aut ad Cyprum, aut ad Hyperboreos, aut utroq;. Attamen dicet tandem, quibus sit amicis ac possessionibus, quosnam habeat cognatos: siquidem illum nobis obtulit Deus. Sic effatus, malũ nauis ac uelũ trahebat. Impleuit autẽ uentus medium uelum. Circum uero arma expediebãt: extẽplo illis miranda apparuerunt opera. Primo enim per nauim celerem ac nigram fluebat odoratum ac suaue potu uinum, diuina mouebatur fragrantia. At nautas, qui id uiderẽt, stupor inuasit. Adhæc confestim per summum uelum extendebatur uitis, hinc atq; hinc multi suspensi erant botri. Circa malum uero nigra flectebatur hedera floribus uirens, gratus deinde fructus oriebatur adhæc omnes scalmi habebant coronas. Porro hi quũ id uidissent, ut in tuto essent, gubernatorem iusserunt ad terram appellere. Verum hic fiebat in summa na-

ut leo crudelis:alte enim rugijt. In media autem hirsuta ceruice ursam fecit,ac signa ostendēs surrexit acris At leo in summa tabula obliquis oculis torue inspexit Cæterum hi metu in puppim agebantur : at circa gubernatorem,qui prudenti erat animo, steterunt stupore perculsi. Hic uero derepente irruens, præfectum rapuit : alij autem foras malo se fato subducentes, omnes postquam uiderunt,uno impetu in mare exsiliebant, ac in delphinos commutabantur. Verum gubernatorem miseratus cohibuit, ac illum omni parte beatum reddidit, atque dixit: Confide rector præstreanue,meo dilecte animo. Nam sum Bacchus magnisonus, quem peperit mater,Cadmea Semele,Ioui in amore mixta. Salue pulchre Semeles fili, haud quaquam licet,me tui oblitum dulces ornare camœnas.

HOMERI HYMNVS. IN MARTEM.

6

MArs admodū robuste,grauistrepo curru,atque aurea insignis scutica,magnanime, scutū gerens,urbium seruator,armis instructe, manibus præstans,indefesse,hasta ualens,mure olympi, fœlicis uictoriæ pater iustitiæ opitulator, iniustis contrarie, iustorum dux uirorum, rex fortitudinis,igneū circulum uoluens inter septigrada ætheris astra, ubi tibi equi,audi auxiliarie mortalibus, floridæ dator audentiæ.

dentiæ. Distillans desuper lumen nostram in uitã, ac bellicosum robur, ut possem acerbum malum meo depellere capiti, & animi tenerum flectere in pectore impetum, iræq; iterum uim asperam cohibere, ubi me stimulet horridam aggredi pugnam. Sed tu, ô beate, largire confidentiam, utq; possem manere innoxijs in pacis legibus, malorũ effugiẽs motũ ac acerbũ fatum.

HOMERI HYMNVS IN DIANAM.

7

Dianam cane musa, sororem Apollinis uirginẽ, se sagittis oblectantẽ, simul educatã cum Apolline, quæ paratis equis è Meleta iuncis profunda impetuose per Smyrnam pulchrum agit currum ad Claron uitibus copiosam. Verum argenteo arcu Apollo sedit, expectans longe iaculantem ac telis gaudentẽ Dianam. Et tu quidẽ gaude. Deæ enĩ simul oẽs cantilena, nam ego ex te primum cantũ meum exordiar, & à te ducto principio, alios cantare aggrediar.

HOMERI HYMNVS IN VENEREM.

8

E Cypro ortam Venerem celebrabo, & quæ mortalibus blanda donauit dona. Nam grata fronte semper ridet, & desiderabilem adfert florem.

Salue Dea Salaminos regina & uniuersæ Cypri. Largire nobis cantum amabilē. Nam ego te, & alios carmine celebrabo.

HOMERI HYMNVS
in Mineruam.

9

MInerua͞ Attica͞, urbiū patrona͞ incipia͞ canere, torua͞, cui cū Marte res bellicæ curæ sunt & dirutæ urbes: clamorq; & hostes, quin & liberauit populum, & euntem & stimulatum. Salue Dea. Da uero nobis fortunam ac fœlicitatem.

HOMERI HYMNVS.
in Iunonem.

10

IVnonem cane aurithronam, quam peperit Rhea immortalem reginam, sublimi forma præstantem, Iouis altitonantis sororemq; & coniugem inclytam, quam oēs Dij per longum olympum suspicientes, pari afficiunt honore atq; ipsum Iouē fulmine gaudentem.

HOMERI HYMNVS IN
in Cererem.

11

COmatam Cererem, uenerandam Deam incipio canere, & ipsam formosam filiā Proserpinam. Salue Dea, & hanc serua urbē, ac præsis carmini.

HOMERI HYMNVS IN in matrem Deorum.

12

MAtrem mihi oim̃ Deorum omniumq́; hoim̃ cane Musa diserta, magni Iouis filia. Cui crotalorum, tympanorũq́; sonus, & tibiarũ tremor cordi sunt, siue luporum clangor ac terribiliũ leonum, montesq́; sonori, & nemorosi recessus. Et tu quidẽ sic gaude, quandoquidem Deæ omnes cantilena.

HOMERI HYMNVS in Herculem magnanimum.

13

HErculẽ Iouis filium canã, quem inter hoĩes longe præstantissimũ peperit in amœna Thebarũ urbe, Alcmena Ioui cõmixta. Qui terra ac mari infinitis iactatus est erroribus. Iussu regis Euristhei multa quidẽ & ipse cõfecit egregia facinora, & multa sustulit. At nũc in delitijs agit, in pulchro niuosi olympi solo, & habet uenustam Heben. Salue rex Iouis fili. Largire & uirtutem, fœlicitatemq́;.

HOMERI HYMNVS in Æsculapium.

14

MOrborum medicum Æsculapium cantu celebrare incipio, filium Apollinis, quem peperit diua coronis Dotio in campo, Phlegÿ regis filia, gau-

dium magnum mortalibus, acerbos q dolores deliniat. Et tu quoque sic salue, ô rex. Tibi enim carmine supplex sum.

HOMERI HYMNVS IN CASTORA ET POLLVCEM.

15

CAstora & Pollucem cane Musa diserta Tyndaridas, qui Ioue olympio prognati sunt. Quos sub Taygeti uertice peperit ueneranda Leda, clam à Ioue nubes denigrante superata. Saluete Tyndaridæ, uelocium equorum domitores.

HOMERI HYMNVS IN MERCVRIVM.

16

MErcurium cano Cyllenium, Argi interfectorem, Cyllenemq; atq; pecore frequentē Arcadiam tenentem imperio, ac Deorum sane q̄ utilem nuncium. Quem peperit Maia Atlantis filia, Ioui in amore mixta, uerecunda. At Deorum se subduxit commercio, habitans opaco in antro, ubi Iuppiter uenustæ sese commiscuit nymphæ, nocte intempesta, quum pulchram Iunonem dulcis haberet somnus, clam Dijs hoībusq;. Et tu quidē sic salue Iouis & Maiæ fili. Porro à te ducto principio, alios canere aggrediar. Salue Mercuri internūtie, bonarū ac uenustarū rerū largitor.

HOMERI HYMNVS IN PANA.

17

MEmora mihi musa Mercurij dilectum filium, qui caprinis est pedibus, ac caput gerit dupli ci obuinctum cornu: quiq; delectatur crepitaculis, ac per pisam arboribus consitam unà incedit cum nymphis choreas ducere solitis, & hæ præruptorum saxorum uertices perambulant, Pana inuocantes pastoralem Deum & comatum ac squalidum, qui omnē niuosum collem sortitus est. Et uertices montium ac saxosa cacumina, huc atq; illuc obambulat p densa uirgulta. Interdum molli pellectus anni, interdum iterū per confragosos scopulos commeat, in summum aliquem uerticem conscendens ouium speculam. Sæpius uero longos montes caprisq; frequentes percurrit. Et in colles digreditur feras mactans, acute cernens. Tūc autē (ut hesperus) clanxit, summis egrediēs arundinibus, suauiter carmine ludens, non illum canendo præcurrerit auis, quæ uere florente in ramis lamentans, suauem emittit uocem. Verum cum illo tum nymphæ montanæ dulcicanæ, frequentantes ad fontē ceruleum canunt. Per montium iuga resonat echo. At Deus huc atq; illuc in medium irrepens chorum, crebro pedibus assequitur. Cruentam autem lyncis pellem habet ad terga, animum dulci oblectans cantu, molli in prato. Illic crocus dulcem spirans odorem

siue hyacinthus, uirens numeroso admiscetur gramini. Porro Deos *carmine celebrant*, *& longum olympum ut* Mercurium *admodũ utilem, ac supra cæteros præstantem, nempe q omnibus Dijs celer est nuncius.* Atq *hic in* Arcadiã *fontibus copiosam, ouiũq; matrẽ uenit:hic illi templum est* Cylleniũ,*ubi ille (etsi* Deus *esset)gracili uellere oues pauit apud uirum mortalẽ.* Creuit *enim mollis ille amor, qui eum inuasit, ut pulchræ nymphæ* Dryopis *filiæ in amore misceretur.* Deinde *optatas celebrauit nuptias.* Peperit *autẽ illa in domo* Mercurio *charum filium,uisu certe monstrosum,caprinis pedibus, duobus cornibus, ac multi strepitus existentem, & dulce ridentem.* Verum *nutrix exurgens, fugit & dereliquit puerum: metuit enĩ ut uidit faciem illam toruam & hirsutam.* At *hũc statim bonus* Mercurius *acceptum, in ulnas posuit (admodũ enim in aĩo gaudebat* Deus*) & confestim ad* Deorum *se recepit consessum.* Puerum, *densis inuolutum pellibus syluestris leporis, iuxta* Iouem *collocauit, atque alios* Deos.*Ostendit autem suum filium: omnes enim* Dij *oblectabant animum, ac inter cæteros* Bacchicus *ille* Dionysius *illi indidit nomen* Pani, *propterea quod omnibus oblectarit animum.* Et *tu quidem sic salue, ô rex.* Te *enim cantu litabo: nam & tui & aliorum,carmine memor ero.*

Finis hymni in Pana.

HOMERI HYMNVS *in Vulcanum.* 18

ALti consilij ac industriū Vulcanū dulcis cane musa, q cū Minerua Cæsia præclara opera in terra docuit mortales, q antea in antris uitam degebat per montes, nō secus ac feræ. Nunc autē per artificiosum Vulcanū opera docti, facile ætatē fructiferum in annū exigunt, securi suis in domibus. Sed propitius esto Vulcane, largire uirtutēq; & fœlicitatem.

HOMERI HYMNVS *in Apollinem.* 19

APollo, te quidē & cygnus sub alis suauiter cantat, in ripas insiliens, ad uorticosum amnē Peneum. Te deinde poëta dulcē habens cytharā suauiloquus & primū & nouissimū semper canit. Et tu quidē sic salue rex, cantu enim te placo.

HOMERI HYMNVS *in Neptunum.* 20

DE Neptuno magno deo cantū exordiar, terræ motore ac turbulenti maris, quiq; helicona & latas habet capras. Duplicem tibi, ô terræ motor Dij honorem tribuerunt, & equorum domitorem esse, & seruatorem nauium. Salue Neptune terræ motor, ceruleis crinibus decore, ac beate, benignum habens animum, fer opem nauigantibus.

HOMERI HYMNVS IN IOVEM.

21

IOuem Deorũ præstantißimum canã siue maximũ, late sonantẽ, ualidissimũ, fructiferum, qui cũ Themide seorsum sedẽte crebros miscet sermones. Esto propitius late sonans Iuppiter præclarissime, maxime.

HOMERI HYMNVS IN VESTAM.

22

VEsta, quæ regis Apollinis longe iaculantis in Pytho, sacrã domũ obambulas diuina, semper tuis crinibus liquidũ distillat oleum. At ueni ad hanc domum, accede eandem cum Ioue sapiente mentẽ habens, ac gratiam simul præbe carmini.

HOMERI HYMNVS *in Musas & Apollinem.*

23

A Musis exordiar, & Apolline, & à Ioue. E Musis enĩ & longe iaculante Apolline poëtæ sunt in terra & cytharœdi. At è Ioue reges Verum hic fœlix est, quẽ diligunt Musæ, uox illi suauis ab ore fluit. Saluete Iouis proles, & meũ in honore habeatis cantum. At ego uestri & alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS
Ad Bacchum. 24

HEdera coronatũ Bacchum, altiſonũ canere incipiam, Iouis & Semeles inclytæ præclarũ filium, quẽ nutrierũt nymphæ comatæ à patre rege ſinu ſuſceptũ, & ut æquũ erat molliter educabãt in Nyſſæ uallibus. Hic autẽ adoleſcebat patris ſentẽtia fragrãti in antro, inter Deos adnumeratus. Verũ ubi hunc celebrem Deũ educaſſent nymphæ, frequentabat p nemoroſos receſſus, hædera & lauro ornatus. At ſimul ſequebãtur nymphæ. Hic uero ducẽ agebat, immenſa autem ſylua magno fremitu reſonabat. Et tu quidem ſic ſalue uuis plene ô Dionyſie. At largire, ut nos cũ gaudio ad horas ueniamus, iterũ ex horis in multos annos.

HOMERI HYMNVS
in Dianam. 25

DIanam cano aureum gerentẽ telum, uenatoriã uirginẽ uerecundã, ceruifigã, ac ſe ſagittis oblectantem, ſororẽ aureo enſe Apollinis, quæ p umbroſos montes, & uentis expoſita promõtoria ſe uenatiõe oblectans, aureũ tendit arcũ, triſtia emittens iacula. Tremũt arduorũ montiũ uertices, hirſuta ſylua grauiter ob ferarũ clangorẽ reſonat. Inhorreſcit terra, ac piſcibus frequẽs mare. hæc uero forte gerens pectus, in oẽm ſe partẽ cõuertit, ferarum perdens genus. At ubi oblectata gaudio aĩm expleuit ſpeculatrix ferarũ

ac sagittis gaudens Diana, posito arcu incuruo chari fratris, Phœbi Apollinis petijt domũ, ad opulentã Delphorum rempublicã, Musarum & Gratiarũ pulchrũ instaurans chorum. Hic tensili arcu & sagittis suspensis, uenusto circũamicta ornatu, præcedit choros ducens. Verũ hæ immortalẽ emittentes uocẽ, celebrãt pulchrã Latonã, q, peperisset proles, Deorũ consilio et opere lõge optimos. Salucte ô Iouis et Latonæ comatæ ples: nã ego et uestri et alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS in Mineruam. 26

ATticam Mineruã, illustrem deam, canere incipiam, Cesijs decorã oculis, multi cõsilij, inflexibilem aĩm habentẽ, uirginẽ uerecundã, urbium patronam, robustã, tritogenam, quã ipse peperit sapiẽs Iuppiter uenerando è capite bellica arma habentem, aureaq; & splendida. Reuerentia habebat omnes qui id uiderent, Deos. Hæc uero ante Iouem cum impetu exsilijt ĩmortali de cerebro, acutũ uibrãs telum. At magnus cõcutiebatur olympus grauiter ob impetuosam Mineruã: circũ aũt terra terribiliter sonuit, mare uero cõmouebatur purpureis exagitatũ fluctibus. Verũ cõstitit statim põtus, & præclarus Solis filius ueloces equos diu sistebat, donec uirgo præclara diuinis humeris deposuisset arma ĩmortalia Attica Pallas. Gaulsus est autẽ Iuppiter. Et tu quidẽ sic salue Ægiochi Iouis

filia. At ego & tui & alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS in Vestam. 27

VEsta, quæ in altis oĩm domibus, & immortaliũ Deorũ, & humi incedentiũ hoĩm, sedẽ sortita es perpetuã, ac antiquum honorẽ, pulchrum habens præmium. Non enĩ sine te conuiuia mortalibus: ubi enim non Vesta incipiens, prima & postrema suaue delibat uinum. Et tu mihi Argi interfector Iouis & Maiæ fili, nuncie aurea uirga donate, diuinorum bonorũ dator, habita pulchras domos mutuo gratas aĩo, propitius existens, feras opẽ cum uerecunda ac chara Vesta: nã ambo terrenorũ hoĩm pulchra docti opera, uigorẽ & mentẽ sequimini. Salue tu Saturni filia, & aurea uirga Mercuri. At ego & uestri & alterius ero memor cantus.

HOMERI HYMNVS in terram matrem omnium. 26

TErram oĩm matrẽ canam optime stabilitã, honoratissimã, q̃ pascit oĩa, quæcunq; in terra sunt, certe quæcũq; diuã super terrã incedũt, aut q̃ sup mare, aut q̃ uolant, hæc pascũtur tuis opibus. Ex te enĩ fœcũdæ ac fructiferæ sunt, ô uenerãda. In te situm est mortalibus aut uitam dare aut auferre. Hic profecto beatus, quẽ tu prõpto aĩo honorabis. Huic affluẽter oĩa adsunt. Porro illi onerãtur fructifera arua aut in agris pecore fœlix est, ac domus bonis impletur.

Hi certe gloria p urbem pulchris mulieribus copiosam dominantur: at beatitudo & multæ sequuntur opes, si lij uero lætitia ac corporis uigore florent. Porro uirgines læto aïo festiuis in choris ludẽtes, oblectant se p molles herbæ flores, quos tu honorabis ueneräda Dea beatũ numen. Salue Deorũ mater, stellati cœli cõiunx Prompta tu mihi manu quæcũq; ad uictũ spectant pro carmine luculenter præbe. At ego tui & alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS in Solem. 29

Solem celebrare, age, Iouis filia incipe Musa Calliope. Splendidũ hũc peperit Euryphaëssa nigris decora oculis, terræ et stellati cœli filio: siquidẽ uxorẽ inclytã duxit Hyperion Euphaëssam suã sororẽ, quæ illi præclaros peperit filios, rosidã Aurorã, & uenustam Lunã, & indefessum Solẽ, Dijs prorsus similẽ: q lucet hoïbus atq; immortalibus Dijs. Hic conscensis equis horrendũ intuetur aurea è galea. hinc splẽdidi porro radij clare se uibrãt. At lucẽtes de capite genæ gratã reddũt faciẽ ac lucidã: pulchra autẽ circũquaq; fulget uestis, uentorũ flatu tenuiter cõtexta. Verũ subtus sunt masculi equi: hic utiq; productis equis et curru aureo, cœlũ permeat diuinus oceanũ uersus. Salue rex, largire quæso prompta manu quantũ ad uitã luculente transigendã satis est. Nã à te exorsus celebrabo semideorũ hoïm genus, quorũ opa Dij indicarũt mortalibus

HOMERI HYMNVS in Lunam. 30

PErgite canere celerē Lunam, ô Musæ dulciloquæ Iouis filiæ, carminū peritæ: à qua cœlo ductus splendor terrā inuoluit, immortali de capite multus prosilit nitor. Luce illa radiante, enitescit tenebricosus aër, aurea corona deuoluūtur radij, & rite oceano perpulchrū lauās corpus, splendidis se uestibus induit Luna diuina, ac ubi iūxerit ardua ceruice equos ac fulgidos, impetuose illos aget recta uespertino tpe Luna semimēstrua: Qñ magnus ille globus impletus ē, tū splēdor auctæ lunæ redditur fulgētissimus de cœlo Signū & indiciū est mortalibus. Huic utiq; aliquādo in amore ac lecto mixtus est Iuppiter: hæc uterū ferens omnifariā peperit filiā, decenti inter immortales forma præstantē. Salue regina Dea uenusta, diua Luna, prompta, pulchris decora crinibus. A te enim exorsus illustria semideorū hoīm facinora canam, quorū opera poëtæ, musarū ministri, grato celebrant ore.

HOMERI HYMNVS in Castora & Pollucem. 31

IOuis filios formosæ canite Musæ Tyndaridas, Ledæ pulchræ pulchras proles, Castora equorum domitorem, & inculpatū Pollucē. Hos sub Taygeti magni montis iugis, in amore mixta cū Ioue nigras habentem nubes, peperit seruatores in terra degentiū hoīm

ac na-

ac nauium ulociũ. Quãdo impetuosæ procellæ ꝑ im-placatũ mare sparguntur, tum nautæ è nauibus uota faciẽtes, inuocãt magni Iouis filios candidis agnis, editiorẽ puppis partẽ conscendẽtes. Verum hanc uentus procellosus ac fluxus maris in fundũ depresserũt. At hi statim apparuerunt, pernicibus se alis ꝑ aẽra uibrantes, & confestim consopierunt, graues illas uentorum procellas ac fluctus albescẽtis maris strauerũt nautis, fœlicia periculi signa. Porro id quũ uidissent gauisi ac defuncti sunt calamitosa illa molestia. Saluete Tyndarides, uelocium equorũ domitores. At ego & uestri & alterius memor ero cantus.

HOMERI HYMNVS IN HOSPITES.

32

VEneremini hospitijs utentem siue domo, q urbem excelsam, Cumã uenustam nymphã habitatis Sardiniæ alticomæ postremum pedẽ, diuam qui bibatis aquam flaui amnis Hebri pulchriflui, quẽ immortalis genuit Iuppiter.

Hymnorum finis.

DIONIS

CHRYSOSTOMI ORATIO DE HOMERO, POETARVM PRINCIPE.

DEMocritus quidē de Homero sic dicit: Homerus diuinam sortitus naturam omnigenum, uerborum fabricatus est ornatum, ita ut haud quaquā liceret absq; diuina atq; fœlici natura, adeo pulchra & scita cōdere carmina. Porro & alij multi scripserunt: hi quidē manifestis poëtam laudibus attollentes, simul & declarantes ijs, quæ dixit cōtraria: hi uero hoc ipso sententiā enarrantes. Non solū Aristarchus, & Crates, & alij cōplures è posteris, qui grammaticorum appellationē tulerint, Verum primū è Criticis etiā ipse Aristoteles (à quo Criticē & grammaticen ortū traxisse ferūt) in multis dialogis poetæ facit mentionē, maxime illū admirans & honorans. Ad hæc quoq; poëticus ille Heraclides, quin & horū primus Plato, nusquā nō huius meminit, illecebris quidem atq; gratia carminū obstupescens, sed sæpius culpans in fabulis, quas de Dijs conscripsit, tanquā dicentē ea, quæ nihil hoībus conferāt utilitatis, nempe auaritias, & mutuas insidias atq; adulteria, & cōtentiones de

Dijs narrantem, haud quaquã illum faciens participẽ suæ ciuitatis atq; reipublicæ sapientis,(ut ipse quidem putabat)futuræ, ne hæc de Dijs audiant iuuenes, quos ille custodes ac ciuitatis duces declarat. Neq; iterum de ijs quæ apud inferos sunt quicquã dicens triste, ad pugnam hos atq; ad mortẽ reddat molliores, nec quicq̃
† ut multi male in repub. uersantes, † imperio cõferrẽt. Verũ de his & alius huberior sermo & prolixior, & haud facilis: Vtrum in his peccarit Homerus, an naturales fabulis rationes (ut tum habebat cõsuetudo) tradiderit mortalibus, haud sane promptũ foret id discernere, non secus atq;(ut mea habet opinio) si quis duobus amicis utrisq; probis, altero alterum accusante, ex illis condemnaret alterum. Cæterum scripsit Zeno philosophus in Iliada & Odysseam, & de Margeto siquidẽ apparet, & illud Homeri fuisse adhuc iunioris, atq; facientis periculũ de sua ad poẽsim natura. At Zeno nihil Homeri dicit. Sed enarrans ac docẽs, hæc quidẽ ad opinionẽ, illa uero ad ueritatẽ scripsit, ne sibi ipsi in his, quæ opinatur, cõtraria dixisse uideretur Porro primũ hic Antisthenis est sermo, hæc quidẽ opinione, illa autẽ ueritate dicta esse poẽtæ. Sed hoc inelaboratum reliquit, istud certe per singulas declarauit partes. Insuper & Persæus Zenonis filius in hoc idem argumentum scripsit, & alij complures, quinetiã Plato simul culpans eum(ut dixi) etiam uim eius admirandam ostendit esse poeseos, tanquam eum qui omni rei par sit, & oẽs reuera uoces emittat, fluuiorumq;

& uentorum ac fluctuum, & iubet admodum pacifi-ce lana coronatum & unguento perfusum ad alios ablegare: hoc certe mulieres apud Chelidonas faciūt. Deinde etiam id, quod ad sermonis uenustatem spectat adiens, magnopere propter poësim admiratur uirum. Nam reuera sine diuina fœlicitate, sine Musarum & Apollinis afflatu fieri haud potuit, ut sic tenue ac magnificum & suaue quoq; condidisset poëma. Ita, ut non solum hos, qui linguæ ac uocis sunt eiusdem, tanto iam tempore detinuerit, uerum etiam, ut multi è barbaris, diuersæ linguæ ac mixti existentes, admodū sint in eius carminibus exercitati, quum tamen aliarū Græcarum rerum multa ignorent: etiam ex his aliqui, qui procul dissiti sint. Quum & apud Indos cantari dicunt Homeri poesim, qui eum in suum idioma ac uocē transtulerunt. Ita, ut & Indi astrorū, quæ apud nos sunt, multorum ignari (ursas enim apud se apparere negāt) Priami tamē calamitatū & Andromaches & Hecubæ lamentationum & ululatus, & Achillis atq; Hectoris fortitudinis haud quaq̄ nescij sunt. Tantū potuerunt unius uiri literæ. Et uidetur mihi hac potētia & Syrenas antecedere & Orpheum: siquidē lapides & plantas & feras uocare & agere, quid aliud est, q̄ Barbaros hoīes Græcæ uocis rudes, adeo uiolenter ducere, neq; linguæ neq; rerum exercitium habētes, (de quibus sermo est) sed reuera (ut puto) cythara delinitos. Porro multos ex indoctioribus quoq; Barbaris nomen puto audisse Homeri, quid uero significet, haud li

quido cognoſcere,animal ne,an rem aliam,an plantã. Quinetiam & multi uitam uiri laudant multo magis, q̃ poeſim,quod nimirũ in rerum indigentia uitam exigens & cæcus,tantum tamen ſibi ex poeſi lucri fecerit,quantum uitæ fuerit ſatis. Deinde fortitudinis & magnanimitatis admiraculum quoq; eſt, quod nuſquã proprium adſcripſerit nomen. Imo ne propria quidẽ in poeſi ſui memoriã inſeruerit. Atqui alij omnes,quicunq; ui quadam mentis præſtare uiſi ſunt,aut carmine aut oratione ſoluta ſcribentes,ſuum nomen & primo & poſtremo adſcripſerunt.Multi etiã in ipſo orationis decurſu & poemate: quemadmodũ fecit Hecatæus & Herodotus & Thucidides:ſiquidẽ hic nõ modo ſolũ in capite hiſtoriæ, ſed ſæpius teſtatur p quãq; hyemem & æſtatẽ, quod hæc conſcripſerit Thucidides. Cæterum hic Poeta adeo fuit liber ac magnanimus,ut nuſquã ſui meminiſſe uiſus ſit. Sed reuera,quẽadmodum Deorũ uates tanquã ex abdito atq; receſſu loqui,deinde certe q; omnia etiã,ex quibuſcũq; fructũ ac commodum ſibi demetere poſſet mortalium uita,ſtilo ſit complexus. Nam alia,ſi enarres,multum ſumpſeris moleſtiæ,quæcunq; fecit de uirtute & uitio,& de regibus,breuibus quales eos dicit oportere eſſe? Nam quemcunq; regum probat, Ioui conſilijs dicit eſſe parem, & Ioue genitos omnes bonos reges. Et Minoa magnam iuſtitiæ famam habentem apud Græcos,Ioui familiarem ac diſcipulum eſſe narrat, tanquã primum & maximum oĩm illorum regem, & ſolũ illum ſcientem &

tem & tradentem artē regiam, & æquum esse, ut boni reges ad illum respicientes, imperium gubernent, homines Deo (quantum fieri potest) reddētes similes. Eundem in modum & Iouis mores, & regnum quale nam erat, in alijs multis ad liquidum declarat. Vt autem complectens breuibus, potentiā simul & animum explicaret, eum semper hominum Deorumq; patrē nominat, quod necesse sit regum curam paternam esse, & sollicitā cum beneuolētia & amicitia, perinde atq; si non aliter cōueniret homini præesse & imperium gerere, quàm amāti & prouido: quum Iuppiter ipse non dedignetur hoīm pater uocari.

Erratula.

Folio.187.linea.4.Pytho, lege Python. Fo.195.li.7.nū secus, lege non. Fo.196.lin.3.nec quicq̄ te torosæ, lege nec quicquā torosæ. Fo.199.lin.6. cœpit lege cepit. Eodē lin.18.Primū quidē, lege primam. Hymno ultimo lin.3.altitonæ, lege alticomæ.

INDEX
in Homeri Odyß.

Amphi-

E

Ocyalus

FINIS.

Follo primo quoties legis Mentor, legendū est Mentes.

Excusa per Ioannem Grapheum, Mense Aprili Anno M. D. XXVIII.

CVM PRIVILEGIO CÆSAREO ad Triennium, ne quis alius in hac inferioris Germaniæ ditionibus, imprimere præsumat sub pœnis in ipso Priuilegio contentis.



Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει.